V. 32. *Τὰ μὲν σημαίνομαι.* Legitur hic v. ap. Suidam s. *Σημαίνομαι*, quo verbo in eadem re usus est Oppianus Cyn. I. 453. *μυξωτῆρσι κύνες πανίχνια σημήναντο*, quanquam patet latius; *πασχητιῶν μειράκιον ταῖς θριξὶ σημαινόμεθα* Synes. Enc. Calv. p. 85. similiterque Philostratus V. Ap. III. 53. p. 137. Appian. Civ. IV. 19. Aelian. H. Ann. VII. 48. cf. Abresch. ad. Aesch. T. III. 163. Toup. in Suid. T. III. 323. Id attici oratores *τεκμαίρομαι* dicere solent, posteriores *σηματίζομαι.* Ed. Pr.

V. 33. *Κοὐκ ἔχω μαθεῖν ὅτου.* In Suidae cod. l. c. vitiose scriptum *ὅπου*, quod Elmslejo placuisse mireris.

V. 34. *Καιρὸν δ' ἐφήκεις.* Suidas s. *Καίρια* ex h. l. *καιρὸν δ' ἐφήκεις ἀντὶ τοῦ ἐπικαίρως.* Infra v. 1317. *καιρὸν ἐληλυθώς* et Eur. Hel. 479. *καιρὸν οὐδέν' ἦλθες.* Poetae saepe praepositionem addunt: *ἐς καιρόν* Arist. Avv. 1672. Eur. Hec. 666. Hipp. 899. Phoenn. 105. quam praeverbii scripturam ne quis, animum ad *ἐς κόρακας* referens, in hac verborum consequentia perinde stabilem putet, admonendum est et codd. passim *εἰς* exhibere et libros impressos Plat.
85 Phaedr. 229. A. Xenoph. Cyr. III. 1, 8. Alexis Diog. III. 27. Lucian. Lex. §. 3. Heliod. I. 3. [Himer. Ecl. IV. 16, 108.] etc. In soluta oratione semper praepositio additur vel *εἰς* vel *κατά* v. Dorv. ad. Char. p. 419. [1]) nec solum post verba *ἥκειν*,

---

[1]) Aliud significat *οὐδένα καιρὸν τὴν τρυφὴν παριείς* Zosim. I. 33. *ἔξεστιν εἰσιέναι πάντα καιρόν* Galen. de cogn. Anim. Morb. c. V. 527.

παρεῖναι, et similia; εὖ λέγειν καὶ ἐς καιρόν Herodo. IX. 87. pro quo Pindaro licuit καιρὸν εἰ φθέγξαιο Pyth. I. 157. similiterque εἰς καλὸν ἥκεις Plat. Symp. p. 174. E. εἰς καλὸν εἶπας Oed. T. 78. εἰς καλὸν ὤλετο Anth. P. c. IX. n. 236. cf. Boisson. ad Philostr. p. 612. Rueckert. ad Plat. l. c. Bornemann. ad Xen. Symp. I. 4. Sed latino *commodum advenis* quod respondeat, nihil reperi praeter hujusmodi adjectiva: ὥριον ἐρχομένη Arat. 1075. νύχιον ἀπέπλευσεν Anton. Lib. c. I. [ἐννύχιον φοιτῶν Athen. p. 544. A.] καταβαίνοντι ὄρθριον Plut. V. Cat. Min. c. 41. ὄρθριον ἥκων Aristid. T. I. 280. Ἀωρίαν ἥκοντες praebent codd. Arist. Ach. 23. sed simplici nomine Graeci non utuntur, quin aut praepositionem addant ἐν ὥρᾳ Polyb. XVIII. 2, 4. Theocr. XXI. 40. v. Casaub. ad Athen. T. II. 469. vel καθ' ὥραν idem XVIII. 12. quorum illud quamvis Aristophanis auctoritate munitum aliquibus displicuisse docet Antiatticista Anecd. p. 94. aut articulum aliudve epithetum, τὴν ὥραν ἥκειν ἐπὶ τὸ δεῖπνον *tempestive* Lucian. Somn. §. 7. Navig. §. 22. τὴν εἰθισμένην ὥραν Hippocr. Prorrh. T. I. 338. Plut. V. Mar. c. XXXVII. 116. cf. Elmslej. ad Bacch. 722. τὴν ὥραν τῆς ἀπαλλαγῆς Diod. XIII. 94.

V. 34. *Πάντα γὰρ — χερί.* Affert h. v. Eustathius p. 805, 27.

V. 37. *Τῇ σῇ — κυνηγίᾳ.* Schol. ἀντὶ τοῦ τῆς σῆς κυνηγίας, quod adscriptum in cod. Δ. et Paris. In Heidelb. κυναγίᾳ in qua forma Eur. Hipp. 109. omnes codd. et Edd. consentiunt, sed pari consensu κυνηγία scribitur Bacch. 339. 86
v. ad Phryn. p. 430.

V. 38. *Πρὸς καιρὸν πονῶ.* Numnam huc pertinet Suidae glossa *πρὸς καιρὸν ποιῶ, ἀληθῶς?*

V. 39. *Ὡς ἔστιν ἀνδρὸς τοῦδε τἄργα.* Cod. Γ. ἀνδρὸς ἔργα τοῦδε.

V. 40. *Καὶ πρὸς τί δυςλόγιστον ὧδ' ᾖξεν χέρα.* Scholiastes in Parall. πρὸς ποῖον σκοπὸν ἀφορῶν ἐκίνησεν οὕτω χεῖρα δυςλόγιστον· ἔστι δὲ ἀντὶ ἐπιῤῥήματος ἀντὶ τοῦ δυςλογίστως. Sic Electr. 139. σὺ δ' ἐκτὸς οἴκων ᾖξας πρὸς τί; sed hoc loco δυςλόγιστον proxime ad pronomen interrogativum pertinere videtur, τί δ' ἐστὶ τὸ δυςλόγιστον, πρὸς ὅ — Verum incidit alia quaestio haud paullo gravior. Pro χέρα enim Ruhnkenius Ep. Cr. I. 33. χερί substituit, transitivam

---

τοῦτον τὸν καιρὸν πρὸς τοῖς ἱεροῖς γίγνονται Philostr. V. Ap. VI. 14, 252. ubi καιρός pro χρόνος valet; sic et πολλὴν ὥραν προςψιθυρίσας Jamblich. V. P. p. 124. πᾶσαν ὥραν προςεδρεύων Democrit. Stob. Flor. I. 40. p. 17. utique contra veterum consuetudinem.

verbi ᾄσσειν significationem undique exterminare conatus; nam Eur. Bacch. 147. Or. 1436. Orph. Arg. 967 (972.) αἰθύσσειν, Apoll. I. 1254. ξίφος ἐπισσείων scribendum esse; in Nonni loco XXI. 150. εἰς φόβον ἀΐσσουσα κυβηλίδα θῆλυν Ἐνυώ, nisi is haec agentem forte effugisset, idem sine dubio αἰθύσσουσα reposuisset, neque injuria, quum ἀΐσσειν neque in hoc amplissimo poemate, neque in Paraphrasi uspiam significatione transitiva praeditum legatur, αἰθύσσειν autem et composita cum accusativus σέλας, λαίλαπας, χαίτην, πτέρα, πέδιλα saepius juncta reperiantur III. 130. V. 2. VII. 93. VIII. 305. XVIII. 260. etc. Ed. Pr. Nonno αἰθύσσειν, quod volueram, restituit Graefius, Orpheo Hermannus, idemque Euripidis exemplum in Bacchis removit mutata interpunctione, hoc autem loco ᾄσσειν statuit non magis accusativum χέρα modo transitivo regere, quam si dicitur βαίνω πόδα vel ut v. 42. ἐμπίπτει βάσιν. Posterius tum, quum ad illum locum pervenero, erit retractandum; nunc de verbo βαίνειν dicam, quo Porsonus quoque ad Orest. l. c. usus est ad defendendos, quos Ruhnkenius impugnavit, locos; *verba*, inquit, *quae motum significant, recte accusativum asciscunt instrumenti aut membri, quod praecipue adhibetur,* βαίνειν πόδα, περᾶν πόδα, *ac si* ᾄσσειν αὔραν, φλόγα *dicitur, ex*
87 *passivo* ᾄσσομαι *intelligi debet, verbum* ᾄσσειν *re vera esse activum.* Verum enim vero ᾄσσομαι medium est, non passivum, [ut λάμπομαι v. Musaeus 254. Nonn. Dionys. XL. 384.] Deinde minus caute verbis motus (sive potius incessus) in universum tribuit, quod plerisque eorum non convenit; nam ἕρπειν, ἰέναι, στείχειν, βαδίζειν, οἰμᾶν, φοιτᾶν, ὁδεύειν, πορεύεσθαι, πηδᾶν, casum illum non adsciscunt. Postremo βαίνειν πόδα cum ᾄσσειν χέρα comparandum non esse vel ex eo patet, quod hoc semel legitur, illud autem in omni genere ac ratione dicendi pervulgatissimum est, primum simplex: ἐπ' ἀλλοδαπὴν οἶμον ἔβαινε πόδα Pancrates ἐν πρώτῳ Κογχροηίδος (scrib. Κοσροηίδος) Athen. XI. 478. A. tum maxime composita: ἐπιβὰς τῇ βύρσῃ τὸν δεξιὸν πόδα Lucian. Tox. §. 48. unde Suidas ἐπιβαίνων affert s. Ἐπὶ βύρσᾳ, ἐπιβῆναι τῷ ἀριστερῷ ἐκείνης τὸν ἐμὸν δεξιόν Dial. Meretr. IV. fin. μὴ πόδα τόνδε πρόβαινε Theognis v. 278. προβὰς τὸν ἀριστερὸν πόδα Poll. V. 23. οὐδὲ τὸν ἕτερον πόδα ἐκ Κορίνθου προβεβηκώς Lucian. Quom. Hist. §. 29. πόδα μετάβατε in cantico Laconico Luc. Salt. §. 11. ἐκβὰς ἁρμάτων πόδα Eur. Heracl. 802. quibus similia Porsonus ex Sophocle et Aristophane affert sine ullo causae suae emolumento; nam βαίνειν nulli nomini adjungitur praeter πόδα, ᾄσσειν vero multis variisque, nec mirum, quum βαίνειν et ποῦς naturae

vinculo contineantur, ᾄσσειν et χείρ nullo nisi fortuito. Itaque illa eodem modo copulantur quo ἐξελθεῖν et προελθεῖν οὐδὲ τὸν ἕτερον πόδα Dinarch. c. Dem. p. 100, 82.[1]) nulla cum actionis transitione sed ita ut praepositio addi possit, quam apposuit Lucianus Epist. Sat. §. 19. καθ᾽ ὁπότερον ἂν προβαίνῃ, cujus praepositionis notio cum verbo συμβαίνειν comprehenditur Philostr. V. Ap. IV. 8, 168. Achill. Tat. I. 88
1, 15. aliisque locis ubi dicitur συμβεβηκὼς τὼ πόδε. Sic igitur statuo, cum hocce verbo notionem pedis ita conjunctam esse ut sua sponte se insinuet incogitantibus, nihilque interesse utrum in accusativo ponatur an in dativo: προςβῆναι ποδί Eur. El. 490. Hec. 1263. ἐμβαίνω ποδί 1288. Rhes. 214. et cum aliis verbis ἵν᾽ ἐκβάλω ποδὶ ἄλλην ἐπ᾽ αἶαν El. 94. θριγκοῦ ὑπερβάλλω (vel ὑπερβαίνω) ποδί Ion. 1321. de quo loco disceptatur, κλίμακ᾽ ἐκπέρα ποδί Phoenn. 100. et cum accusativo ἐκ γῆς τῆςδ᾽ ἀπαλλάσσου πόδα Med. 728. οὐκέτ᾽ ἐν γῇ τῇδ᾽ ἀναστρέψει πόδα Hipp. 1106. ἐπὶ γαίας πόδα πεζεύων Alc. 809. ἐμβήσῃ πόδα Heracl. 169. περᾷ ὑπὸ σκηνῆς πόδα Hec. 53. μαλακοὺς κισσὸς ἄλοιτο πόδας Erycius Epigr. XIII. ἀμφίσβαινα λοξῇ καμπύλα νῶτα περισκαίρουσα πορείῃ Nonn. V. 150. Σεμέλη λοξῷ καμπύλον ἴχνος ὑποσκαίρουσα πεδίλῳ VIII. 21. Neque solum verbis incessus sed omnibus, quae ad corporis motus referuntur, addi solet nomen ejus partis, quae in motu est; λέων χαίνει στόμα Anth. Pal. IX. n. 797. ἡ γῆ ἔχανε τὸ στόμα αὐτῆς Genes. IV. 11. ἐπένευσε τὴν κεφαλήν Artemid. V. 71, 423. et ἐπένευσε τῇ κεφαλῇ Plut. V. Philop. c. XX. βρύχει τοὺς ὀδόντας Hippocr. de Morb. Mul. I. 611. et 623. T. II. Archias Epigr. XII. 4. [Erotian. p. 106.] et βρύχει τοῖς ὀδοῦσι, *frendet dentes* et *dentibus*, quae verba his nominibus tam cognata sunt, quam μύειν ori oculisque, ὀκλάζειν genubus, φρίσσειν comae, *offendere* pedibus, oculis *connivere*, sed omnia plerumque absolute usurpantur, nec facilis dijudicatio, utrum pleonasmus sit si nomina istarum partium adjiciuntur, an ellipsis si desunt[2]). Sed nolo id facere longius; patet enim

---

[1]) Simplex fortasse Eur. Alc. 1163. εὐτυχοίης νόστιμον δ᾽ ἔλθοις πόδα haud pauci codd. praebent pro ἔλθοις ὁδόν. Sed videtur potius πούς pro πορεία positum ut χρόνου πούς etc. De Ciceronis verbo *pedem e villa egressi non sumus*, dubitari potest graeco more dictum sit an romano. Sed Aristotelis de Incess. Anim. c. V. 706, 7. πάντες τὰ ἀριστερὰ προβάλλονται καὶ ἑστῶτες προβεβήκασι τὰ ἀριστερὰ μᾶλλον, prioribus adnumerandum est, ut et substantivum, quo Comicus utitur in Schol. Apoll. III. 533. Θεσσαλὶς σελήνης αἰθέρος καταιβάτις. Suidas Καταιβάτης Ζεὺς — διὰ τὸ καταβιβάζειν τὸν κεραυνόν· sed hoc incertius. [προβὰς τὸν πόδα τὸν ἀριστερὸν καὶ τὸν δεξιὸν ὑποβάς Poll. V. 23.]

[2]) Si verbum ὀκλάζειν cum κλᾷν, *suffrago*, *supplex*, cognatum est, proprie

προβαίνειν τὸν πόδα cum *ᾄσσειν τὴν χέρα* nullo modo componi posse. Si quis autem illa in auxilium vocet, *ἐκβαίνετον*
89 *τὸν πατέρα* Arist. Fragm. Inc. XXXVII. *ἀνάβαινε τὴν θέαν* Galen. de Adm. Anat. L. III. 3, 70. T. IV. (p. 354. T. II. Kuehn.) pro quo Himerius Ecl. XXXI. 6, 290. *μεταβιβάζειν τὴν θέαν* dixit, *τὸ συγγενές νιν ἐμβέβακεν ἴχνεσιν πατρός* Pind. P. X. 20. quod Scholiastes interpretatur *ἐπιβῆναι πεποίηκε*, ut hoc loco *ᾄσσει χέρα* accipiunt pro *ᾄσσειν ποιεῖ*, haec igitur satis quidem certa sunt factitivae significationis exempla sed a proposito aliena propter praepositionem, cujus accessu verba neutralia saepe factitiva fiunt, ut *ἀνατέλλω* i. q. *ἀνατέλλειν ποιῶ*, *ἀνένηψα αὐτὸν* Lucian. Bis accus. §. 17. *οἱ μύες ἀνανεύουσι τὴν κεφαλὴν ὀπίσω καὶ ἐπινεύουσι* Galen. de Us. Part. L. XII. 8, 597. T. IV. *ἐπινεύσας τὸ κεράμιον ἐᾶσον ῥυῆναι* Geopp. VII. 9, 1. [1]) *ἔγνωσαν ἀναπνεῦσαι τὴν ἵππον* Heliod. VIII. 14, 339. *σπεύδω ἀμεταβάτως, ἐπισπεύδω δὲ ἕτερον* Schol. Theocr. V. 3. similiterque *ἐπιβάσκειν*, *ἐπισχύειν* et *συνεπισχύειν*, *κατασθενεῖν*, *κατασιγᾷν* et *κατασιωπᾷν τινα* [2]) aliaque ad v. 869. adscripta. Ergo simplicia circumspicienda sunt et ea quidem primitiva, nam de derivatis ad l. c. dissеretur. Plerumque quidem cum significatione mutatur terminatio aut simplici paragoge *πλήθω*, *πίμπλημι*, *βαίνω*, *βιβάζω*, *προςβιβάζω*, *γέμω*, *γεμίζω*, *πίνω*, *πιπίσκω* etc. aut, quod in derivatis fieri solet, declinatu, *δειπνέω*, *δειπνίζω*, *ἀριστάω*, *ἀριστίζω*, *σιγάω*, *σιγάζω*, cujus heteroclisiae similitudo apparet in latinis *liquere, liquare, sedere, sedare, placere, placare, clarere, clarare, lucere, collucare, fugere, fugare, pendēre, pendĕre.* Sed sunt etiam quae duas significationes in una specie inclusas habeant, quae ex ordine percensebo, si prius ambigua quaedam amolitus fuero. Primum enim verba augendi et adolescendi, *αὔξω*, *ἀέξω*, *αὐξάνω* [3]) *ἀλδήσκω*, *ἀτάλλω*, *ἀτιτάλλω* Tzetz. Anteh.

---

dicitur *ὀκλάζω τὸν πόδα*, abusive autem *ποῦς ὀκλάζων* Nonn. XVIII. 15. Christodor. Ecphr. v. 300. *ὀκλάζειν ἐπὶ τοῖς ποσί* Paus. X. 29, 4.

[1]) Cum his nemo conferet *ἐπινεύω τὴν κεφαλήν* vel *τὸν αὐχένα* Sext. c. Rhet. p. 215. [*τὴν κεφαλὴν εἰς τὴν γῆν νεύων* Philostr. Iun. Imagg. XI. 881.] quae sunt *ὅλον κατὰ μέρος*, ut *αὐχένα κύψε Λυαίῳ* Nonn. XVII. 346. Magis ambigua sunt *λόφον νεύει τρυφάλεια* Oppian. Cyn. I. 184. *νεύοντες λόφους* Apollon. II. 1065.

[2]) Suspectum est simplex *σιωπησάμενος τὰ πλήθη* Polyb. XVIII. 24, 4.

[3]) Contra Luciani praeceptum Aristoteles Anal. Pr. I. 7. p. 446. Sylb. *αὐξάνει ἡ σελήνη*, Polyb. XVI. 21. *ηὔξανε τὸ κακόν*, quod Schweighaeuserus temere suspectat, Diod. XI. c. 81. et c. 90. *ἐὰν αὐξήσωσιν.* Sic etiam Conon. XLIV. Clemens Strom. VIII. 919. et alii, quos viri docti ad Lucian. Philops. §. 4. Thomam M. s. h. v. et ad Soph. Oed. T. 1085. attulerunt, nonnulla aliena intermiscentes.

v. 60. *ἀδρέω* et *ἀδρύνω*, quae cum latino *condensare* id est 90
densescere apud Columellam comparari possunt, tum *βλα-
στάνω*[1]) et nonnulla tempora verbi *τρέφω*[2]), quibus ad
amussim respondent latina *augere* et *grandire*, postremo his
cognatum *φύω*[3]) et opposita *φθίνω* atque *μινύθω* v. Mer-
rik. ad Tryph. v. 10. Blomfield ad Pers. v. 915. haec igitur
meo quidem judicio naturâ transitiva sunt, retransitione autem
neutralium speciem sibi induunt; idque de uno illorum, quod
propter significationis similitudinem primitivis adjunxi, hoc
fidentius affirmo, quia etymi ratio congruit; nam ut a *βάω*,
βαστάζω, a *ῥύω* *ῥυστάζω*, et a similibus principiis *ἑλκυστάζω*,
ἑρπυστάζω, *ἀερτάζω*, *νευστάζω*, *κλαστάζω*, *ὀνοτάζω*, itidem a
βλάω, unde *ἔβλην* et *βέβληκα*, per traducem nominis partici-
pialis *βλαστός* propagatum est *βλαστάνω* cum significatione
exuberandi et foras trudendi, ut Virgilius loquitur: *gemmae
se trudunt, pampinus gemmas trudit,* Lucretius *pullorum exa-
mina* (ab eo quod est exigere) pro germina, similiter Graeci
ἐκβάλλειν pro *ἐξανθεῖν* Anecd. p. 38, 17. et Philostr. Herr. 91
p. 663. *ἐκδεδώκασιν οἱ βότρυς.* Non magis in computatio-
nem veniunt *κρύπτω*, *κεύθω*, *παύω*, *λήγω*, *ἵζω*, *εἰςφρῶ*, *ἀπο-
σπῶ,* quae sine dubio transitiva sunt sed cum tacita ad sub-
jectum relatione neutralia fiunt. Alterum genus dubiorum
continet ea, quorum certa tempora a significatione praesen-
tis discrepant, *ἔνασσα*, *ἔχασσα*, *κέκαδον*[4]), *λέλαχον*, *ἤριπον*,
ἤρικον, *λέλαθον* et ionicum *ἀνέγνωσα*, de quibus omnibus
una est eademque dubitatio, fortuitumne sit, quod haec tem-
pora diversam a ceteris potestatem habent, an sermonis
quodam arbitrio sancitum, vel, ut exemplis agam, utrum ver-

---

[1]) Ignotus scriptor in Schol. Odyss. *Σ*. 367. *ἥλιος διὰ γῆς* (fort. *δι' αὐγῆς*) *πάντα βλαστάνει φθίνει τε.* Schol. Eur. Hec. 448. *δάφνη ἀνεβλάστησε κλάδους.* Alia ad v. 869. addam.

[2]) Quod Herodianus Schol. Ven. *Φ*. 279. tradit *τὰ ἐνεργητικὰ τούτου τοῦ ῥήματος ἀντὶ τοῦ παθητικοῦ τάσσει*, fortasse non de solo aoristo et perfecto valet. Maxim. Tyr. XII. 4, 220. *ἡ ψυχὴ κατὰ τὸ θνητὸν τρέφει καὶ αὔξει καὶ κινεῖ* (motus edit) *κατὰ δὲ τὸ ἀθάνατον νοεῖ καὶ λογίζεται* etc. His retransitivis etiam *ἆσαι* adnumerandum videtur.

[3]) Grammaticus Herm. p. 407. *φύω τρίχας καὶ φύουσι τρίχες.* Hoc intellectu praesens semel apud Homerum, saepius apud posteriorcs legitur Aristot. Probl. V. 27. Liban. Decl. p. 1074. T. IV. Geopp. III. 5. 3. Xenocrat. II. p. 7. Himer. Ecl. XX. 4, 270. Theocr. VII. 75. Moschus III. 108. Oppian. Cyn. II. 567. imperfectum Pancrates Athen. XV. 677. F. et contra *ὁ φύς* pro *ὁ φύσας* v. Hasius ad Leon. Diac. p. 469. Corais ad Heliod. p. 62. *ἔφυσε* pro *ἔφυ* Anth. Pal. App. N. 135. sed Brunckio et Jacobsio suspectum. [Phot. 75, 97. Meinek. ad Theocrit. VII. 75.]

[4]) Grammaticorum exemplis adde Hesych. *πρόχασον*, *πρόελθε* ct *κεκαδῆσαι*, *χωρίσαι.* Neutralis significatio apparet in latino *cedo,* factitiva in *σχάζω* *discedere facio.*

bum *λαγχάνειν* significationem, qua latina *participare* et *communicare* praedita sunt, per omnia inclinamenta propagaverit an pro temporibus et modis variarit; Proculus quidem Epigr. VI. 4. *λελάχοι* dixit pro *λάχοι*. Ac fortasse verborum thematicorum *δάω* et *δίω*, si plura superessent exempla, significatio appareret liberior; hujus certe futurum factitivum est in Phalar. Ep. LXXXIV. 240. *μηδεὶς ἐμὲ λόγοις καταδείσειν οἰέσθω* pariterque *λήθειν* in Maxim. v. 77. *τῆμος σελήνη λήσει εὐνῆς*, id est *ἐπιλαθέσθαι ποιήσει*, et paragogum *ληθάνω* atque compositum *ἐκλῆσαι* Alcaei Fr. LXVI. cum praesenti *ἐπιλήθω* Aretae. Sign. Diut. II. 12, 169. *ἡδονὴ σφέας λάζυται ἐπιλήθουσα τῶν πάρος*, quomodo Ptolemaeus apud Homerum legebat *κακῶν ἐπιλῆθον ἁπάντων*, sed Aristarchi lectionem confirmant imitatores, Gregor. Naz. Carm. 50. p. 179. B. Theophyl. Hist. II. 11, 46. C. v. Jacobs. ad Aelian. p. 158. sq. Philostr. Epist. XIV. 920. *ἡ ξυνουσία οὐκ ἐπιλήσει σε τῶν ἀφροδισίων.* Ac praeter Ptolemaeum fuisse quosdam factitivae significationis amatores nimios, testatum faciunt Scholiastarum adnotationes; ad Il. I. *μῆνιν ἄειδε θεά* Schol. *ἀντὶ τοῦ ἀείδειν ποίει, ὡς πάντας μὲν ῥ' ἔλπει.* Photius: *Ἔσπετε (νῦν μοι Μοῦσαι) εἰπεῖν ποιήσατε.* Schol. Pind. P. IV. 63. *ἀπίθησέ νιν, παθητικῶς* (scr. *μεταβατικῶς*) *ἀντὶ τοῦ ἀπιθῆ ἐποίησε.* et ad Ol. X. 1. *ἀνάγνωτε,*
92 *οὐχ ὥς τινες, ἀντὶ τοῦ ἐγνωρίσατε.* Ad ultimum, qui Odyss. XI. 579. *δέρτρον ἔσω δύνοντες*, nomen illud interpretati sunt *ῥάμφος* v. Schol. Suid. Etym. M. hos credibile est verbo adjuncto eandem tribuisse significationem quam habet *δύω* *immergo* Theophr. H. Pl. V. 4, 8. compositum *καταδύω* [1]) et nonnumquam latina *penetrare* et *insinuare*, hisque contrarium *eliminare.* His igitur omnibus vel remotis vel in dubio relictis afferam certa hujus conversionis exempla. Primum *πτήσσειν* et *φαίνειν*, quorum auctores extant; tum *πλήθει κρητῆρα* pro *πίμπλησι* Probl. Arithm. XLIII. Anall. T. II. 489. *ὁ φλοιὸς στίλβει πρόσωπον ἐπιχριόμενος* Dioscor. Mat. I. 112. p. 111. *σκαρθμῶν ἰαύσεις στόλον* Lycophr. v. 111. pro *παύσεις*, *ἔπλευσαν ναΐον ὄχημα* Eur. Iph. T. 410. pro *ἤρεσαν*, *ὄφις κακόν οἱ ἔχραε κοῖτον* Nicand. Ther. 315. et *κυνόδοντα* v. 277. pro *ἐνέχριμψεν*, *ἐνέσκηψεν*, *ἐνήρεισε*, ac fieri potest, ut illa tria verba furtim ad constructionem syno-

---

[1]) Apollon. I. 1008. *δύπτοντες κεφαλὰς καὶ στήθεα*, Schol. pro *δύνοντες* accipit. Adnotabo h. l. Plutarch. Amator. c. XXV. 67. T. XIII. *ὥςπερ ἐν φωλεῷ καταδύσασα* pro *καταδῦσα* scriptum, *δύσαντος τοῦ ἡλίου* Olympiod. ad II. Meteor. p. 43, a. pro *δύναντος*, Hom. H. Ap. 443. *ἐς δ' ἄδυτον κατέδυσε,* Charit. V. 5, 116. *ταῦτα λέγουσα ἐνέδυ καὶ ἐκόσμει τὴν Καλλιῤῥοήν.*

nymorum, quae apposui, sese applicuerint. Quae autem Brunckius ad h. l. aliique attulerunt causativorum verborum exempla, ea paullo cautius tractanda sunt. Primum si dicitur *τοὶ δὲ λοετρὰ πυρὶ ζέον* Apoll. III. 273. id sine controversia huc referri debet; eodemque modo *ζεῖν* et *ἀναζεῖν* in vulgari sermone frequentatur v. Poet. de Herb. v. 34. Hippocr. de Morb. Mul. II. 837. T. II. Galen. de Simpl. Med. X. 4, 259. Geopp. II. 46, 210. et quod Atticis tribuitur, *βράττειν*. Grammaticus Hermanni p. 393. *βράζει τὸ ὕδωρ, ἀναβράζω ἐγὼ τὸ ὕδωρ.* Etym. M. *βράσσω ἐπὶ τοῦ ἀποτελέσματος, ἀναβράττω κίχλας* [Aristoph. Pac. 119]. Sed his viri docti adnectunt aliena aut ambigua: *Τυφὼς ἐξαναζέσει χόλον* Aesch. Prom. 370. *ἀναζείουσα βαρὺν χόλον* Apollon. IV. 391. *θυμὸν ἐπὶ Τροίῃ πόσον ἔζεσας* Philipp. Epigr. LXXV. 7. quae ad tropum etymologicum referri possunt, *πόσην ὀρ-* 93
γὴν ὠργίσθης, ac si Plutarchus de Alex. Virt. IV. 60. T. IX. corpus vermifluum dicit *εὐλὰς ἀναζέσαι*, accusativus haud dubie eundem locum obtinet quem genitivus ap. Herodo. IV. 205. *ζῶσα εὐλῶν ἐξανέζεσε*, Diog. La. I. 112. *σῶμα φθειρῶν βρύον.* [*Ἀναθάλλω* germinare facio legitur in V. T. Alexandrina; *ἀνάπτει τὰ τῆς φιλονεικίας* e x a r d e s c i t a m b i t i o Niceph. Greg. Hist. VI. 4, 108. C. v. ad Phryn. p. 528.] Idem valet de Nonn. XII. 359. *ὀπώρη ἀνεκήκιεν ἀφρὸν ἐέρσης*, nec significat *ἀνακηκίειν ἐποίει*, sed accusativus est rei actionem in se perfectam consequentis. Clarius id fiet exemplorum appositione. Primum absolute dicitur *ἡ πηγὴ ἀναβλύει, ἡ γῆ βρύει*, sed ubi cum specie fontis bullientis, prati pullulantis comprehendimus notionem rei, quae emergit, accusativum addimus *ἡ πηγὴ οὐ παύεται πότιμον ἀναβλύουσα* M. Anton. VIII. 51. sive *ἀναβλύζουσα* Schol. Hermog. p. 99. T. IV. *κρήνη βρύουσα ὕδωρ* Paul. Sil. in Therm. 51. *νάπη πηγὴν ἀμβλύζει* Epigr. Adesp. CCCLXIII. *ὅσα λειμῶνες βρύουσι* Himer. Ecl. X. 13, 108. *ἀνέβρυον ἄνθεα τοῖχοι* Nonn. VII. 346. qui omnes et secundo casu uti poterant et tertio; neutri vero locus est in significatione vere factitiva: *οἱ ποιηταὶ λίμνην αὐτῷ περιέβλυσαν νέκταρος* Philostr. V. Ap. III. 16, 116. *Χάριτες ῥόδα βρύουσι* Anacr. XLVIII. (37.) 2. id est germinare faciunt, *Ὧραι λειμῶνας βρύουσιν* Himer. Or. I. 19, 360. pro quo alius casus non potest substitui, quia poetae, Gratiae, Horae ipsae non pullulant, ut *τόπος βρύων ὕλης ποικίλης* Joseph. Antt. XIII. 3, 638. Similiter verba *ἀνθεῖν* et *θάλλειν*, etsi plerumque absolute dicuntur, tamen casum adsciscunt vel ejus rei, qua quis floret, *νεανίσκος ἀνθῶν ἴουλον* v. Schaefer. ad Ar. Plut. p. 530. quod nihil differt a *παῖδες χνοάζοντες ἰούλους* Oppian. Cyn.

IV. 347. et *χνοάζων κάρα* Oed. T. 742. vel ejus rei, quam aliquis efflorescendo vel florum instar producit: *ἀχρὰς θάλλουσα ὀπώρην* Leonid. Tar. Epigr. XLIV. *ὕδωρ Πειρήνης θηλήσει μέγαν υἱόν* Alex. Aet. V. 9. *λίθους οὓς φύσις ἤνθησε* Anth. Pal. I. Ep. 10, 62. *πᾶν τὸ πεδίον ἐξήνθησεν ἁλμυρίδα* Plut. de Mul. Virt. p. 276. T. VIII. *τὸ σῶμα φλόγα ἐξήνθησε* V. Alex. c. XXXIV. *βόες μελίττας ἐξανθοῦσι* V. Cleom. c. XXXIX. (ut *εὐλὰς ἀναζέσαι*) *αἱ λαγόνες μέλι*
94 *ἐξανθοῦσι* Alciphr. III. 23. et per translationem *τὸ φιλότιμον ἐξανθεῖ τὴν περιαυτολογίαν* Plut. de laud. propr. c. XVIII. 210. T. X. ubi Reiskius praeter causam *ἐξαίθει* emendat; *πολλὰ καὶ φαῦλα προεξανθοῦσιν αἱ μεγάλαι φύσεις* de S. N. V. c. VI. 229. quod minus ornate dixit in V. Demetr. c. I. *καὶ κακίας μεγάλας αἱ μεγάλαι φύσεις ἐκφέρουσι* [1]). Factitivum horum omnium nullum dici potest. Latius vero patent verba lucendi. His enim qui additur accusativus, praeter partem, qua quis fulget (exempli causa *χρῶτα λάμπει* Pind.) primum modum fulgoris significat, ut de Typhoeo Aesch. Prom. 356. *ἐξ ὀμμάτων ἤστραπτε γοργωπὸν σέλας*, de eodem Apollod. II. 4, 9. *πυρὸς ἐξ ὀμμάτων ἔλαμπεν αἴγλην*, de Medea Philipp. Epigr. LIII. *ὑπαστράπτει φόνιον πῦρ*, de Oreste Eur. 747. *στίλβει νοσώδεις ἀστραπάς*, de Herone Musaeus v. 55. *μαρμαρυγὴν ἀπαστράπτουσα προσώπου*, Philostr. V. Ap. III. 8, 101. *λίθοι πάντα ἀπαυγάζοντες χρώματα*, quorum locorum ea est ratio, ut nomen verbi significationem temperet quodammodo atque adeo cum adverbio vel generis neutrius adjectivo commutari possit. Secundo accusativus denotat rem, quae cum fulgore quodam proditur, *αὐθάδης τρόπος πολλάκις βλαβερὰν ἐξέλαμψεν ἄταν* Diog. I. §. 85. quo loco *ἐξήνθησεν*, ut supra, dici poterat. Tertio rem, in quam fulgor transfunditur, *δαΐδων ἤστραψε σέλας θαλαμηπόλον εὐνήν* Mus. v. 276. ut compositum *ἥλιος τὴν γῆν καταλάμπει* Diod. I. 7. quo si accedit nomen fulgoris effusi, duplex casus existit *ἐλλάμψει πᾶσι τὴν οἰκείαν φύσιν* Procl. in Alcib. I. 181. T. I. ed. Creuz. *νοῦν ἐλλάμπουσα ταῖς ψυχαῖς* in Tim. II. 96. *ἕσπερος ἐπαστράπτων τοῖς ὀργίοις τὸ φέγγος* Himer. Or. XIV. 33, 666. *σέλας καταστίλβων ἐς βιότητα* Hom. H. in Mart. VII. 10. Ab his omnibus differt factitiva potestas, veluti si Nauplius dicitur *δόλιον ἀστέρα λάμψας* Eur. Hel. 1131. *μολόντες ἐκλάμψουσι θυμάτων σέλας* Ly-
95 cophr. 1090. *τὸ φῶς πάλιν λαμπρὸν ἀναλάμψει ὁ κύριος* Plut.

---

[1]) Plat. Polit. 310. D. *ἀνδρεία τελευτῶσα ἐξανθεῖ μανίαις.* Lucian. Nigrin. §. 16. *ἀνθεῖ πολλαῖς καὶ ἀγρίαις ἐπιθυμίαις,* ubi Hemsterhusius alia adscripsit.

V. Alex. XXXIII. 294. μή τις Σπάρτῃ κῦδος ἔλαμψε νόθον Dioscorid. Epigr. XIII. 6. τούτῳ καλὸν ἄνθος ἔλαμψεν Ἔρως Artemon. Epigr. I. p. 79. T. II. ἀπὸ κρήατος Αἰσονίδαο στράπτεν Ἔρως ἡδεῖαν ἀπὸ φλόγα Apollon. III. 1017. ex homerico Ἀθήνη δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθος πῦρ leniter deflexum. Verbis fulgendi simillima sunt, quae fluere significant. Nam et horum significatio intransitiva non tollitur addito casu, sive genitivo; αἵματος ῥέουσιν αἱ μῆτραι Hippocr. de Nat. Mul. p. 572. T. II. οἱ ποταμοὶ πολλοῦ ὕδατος ἔῤῥεον v. Ellendt. ad Arrian. IV. 7, 10. cui apposita sunt e priori genere λειμῶνες ἴου ἠδὲ σελίνου θήλεον Odyss. V. 73. ἡ γῆ πᾶσα ἀρετῆς ἤνθησε Philostr. V. Ap. IV. 6, 154. sive dativo ποταμοὺς δάκρυσι ῥυῆναι Aristid. XX. 262. T. II. [κρήνη ῥέουσα καθαρῷ ὕδατι Aelian. V. H. XII. 57.] Δίνδυμον ὕδατι νᾶεν Apoll. Arg. I. 1146. quod Scholiastes ut homericum ῥέεν αἵματι γαῖα ad metathesin refert; sive cum accusativo τὴν γῆν ῥεῖν μέλι καὶ γάλα καὶ ποταμοὺς νέκταρος Himer. XIII. 7, 597. ποταμὸς οἶνον καὶ γάλα ῥεῖ Paus. X. 31, 2. ῥόος λευκὸς ῥέει λευκὸν ὡς ὄνου οὖρον Hipp. de Morb. Mul. II. 773. T. II. quae quomodo dicta sint, perspicuum fiet collatione adjectivorum. Nam si nemo dubitat quin ποταμὸς εὐρὺ vel καλὰ ῥέων, ποταμοὶ κελαδεινὰ ῥέοντες [Apollon. III. 532. προνήϊα πολλὰ κόμην ἐτίναξε Anthol. VI. 281. μακρὰ ῥέοντες Quint. Sm. VIII. 465. ἄκρα μελαινομένη Anthol. VI. 64.] adjectivum sit pro adverbio, si hoc idem valet de translatis ὀδόντες λευκὰ θέοντες Hesiod. Sc. 147. ποιὴν λευκὰ θέουσαν Herod. Att. v. 24. κλίσιν κρυπτὰ θέουσαν Joann. Gaz. Ecphr. I. 120. si ad extremum pro adjectivis saepissime substituuntur substantiva, nihilque inter se differunt τακερὸν sive τακερὰ βλέπειν et τακερὸν βλέμμα βλέπειν Alciphr. I. Ep. 28. φόνιον δέρκεσθαι, φόνον λεύσσειν Theocr. XXV. 137. et φονίου δέργμα λέοντος λεύσσειν Aesch. Pers. 82. ἁβρὰ vel σαῦλα βαίνειν et καλλαβίδας βαίνειν Athen. XIV. 630. A. ἡδὺ γελᾶν et ῥόδα προςσεσηρέναι XV. 685. A. non potest dubium videri, quin nominis adjectivi et adverbii relatio sit eadem. Sed vere causativum est χρυσὸν ἔῤῥευσα *aurum profudi* Gregor. Naz. de vita sua p. 30. A. et Νεοπτόλεμος ἔῤῥει χοάς Eur. Hec. 527. cui loco quae apponuntur exempla, ea omnia aut ad prius pertinent genus [1]) 96
aut composita sunt, atque ne ea quidem satis certa; quare subponam alia: ὁ πίθος τὸ ἐμβαλλόμενον οὐ συνεῖχεν ἀλλὰ διέῤῥει εὐθύς Lucian. Hermot. §. 61. ut Petronius dixit c.

---

[1]) Κατὰ ὅλον καὶ μέρος constructum est οἱ ῥέοντες τὰς σάρκας Galen. Eupor. II. 10, 163. T. XIV.

71. *amphorae gypsatae ne effluant vinum*, *ἡ γαστὴρ ὑδατώδεα διαῤῥεῖ* Aretae. Sign. Diut. I. 13, 108. et *ἄνοσμον ἐκρέει* ib. p. 109. *ὁ θώραξ τὸ περιττὸν ἀντιμεταῤῥεῖ* Plut. Placc. Phil. IV. 22. pro quo proxime post legitur *ἐξερᾷ*, ut apud Simplicium Auscult. IV. 22. *αἱ κλέψυδραι ἐκρέουσι τὸ ὕδωρ*, sequente mox verbo *ἐρᾷν*, quae est propria actitivae significationis forma, cognata, ut videtur, defectivo *ἀποέρσαι*, quod proluere sive diluere denotat, ut *ἀποῤῥεῖν* diffluere; atque haec ipsa verborum *luendi et fluendi* convenientia fortasse non fortuita est cf. Doederlein. Synon. T. II. p. 18. Eodem referri licet *Νύμφαι καλὰ νάματα πλημμύρουσι* Orph. Arg. 495. *Γίγας πίδακας ὀμβρήσας* Nonn. II. 33. quanquam saepius accusativus huic verbo adjunctus, sive est ejus rei, quae depluitur, ut *ὅτῳ ὁ θεὸς τὸ ἀγαθὸν ὤμβρησε* Philo. Resip. Noe p. 283. A. *ὁ θεὸς ἐπινίφει καὶ ἐπομβρεῖ τὰς τῶν ἀγαθῶν πηγάς* Id. *Quod deus immut.* p. 315. E.[1]) sive ejus,
97 quae compluitur, *ὀμβρήσας λάρνακα δακρύοις* Epigr. Adesp. DCLV. non a propria verbi significatione regitur sed a translata, ut in superioribus exemplis, *ἕσπερος ἐπαστράπτει τὸ φέγγος*, *σέλας ἀστράπτει εὐνήν*, quorum loco nos compositis ultimur, *zustrahlen, bestrahlen, beregnen.* Haec igitur verba florendi, fluendi, stillandi, sudandi, fulgendi, suis finibus reguntur, neque cum *ᾄσσειν* recte collata sunt. Sed non magis assentior iis, qui verba, ut ajunt, motus in auxilium vocant, *θοάζω* (*θύω*) *ὁρμάω*, *οἰστρέω*, *δινέω*, primum quia derivativa sunt, deinde quod natura transitiva esse sed reflexione intransitiva fieri videntur ut latina *ruo, praecipito, verto, muto, migro.* Postremo superiora exempla, *λήθω*, *πλήθω*, *πτήσσω* etc. ad explicandum illius verbi usum ambiguum satis sunt; eamque ambiguitatem in ipso themate *ἄω* insitam fuisse suspicamur, unde et *ἀΐσσω* et multa alia propagata videntur, quibus notiones et natura cognatae et similibus sonis signatae

---

[1]) Similiter Athen. VIII. 333. A. *ὗσεν ὁ θεὸς ἰχθύας.* Hesychius *Ἀνομβρεῖ*, *ἀναβάλλει*, quod neutrale est ap. Euseb. Or. de Laud. Const. VIII. 741. *ζωοποιοῦ νάματος ἀνομβρήσαντος πηγῆς δίκην*, exuberantiam significans, ut Hesych. *ὀμβρεῖ* interpretatur *ὑπερισχύει αὔξει, πιαίνει.* Hinc credibile fit, cognata esse *ὄμβρος*, *uber* (*οὖθαρ*), *βρύω* et *βλύω.* Suidas *ὀμβροβλυτέω* affert et *ἀνομβροῦσαι, ἀναβλύζουσαι.* Ammonius *βρύειν ἐπὶ τοῦ ἀνθεῖν, βλύειν δὲ ἐπὶ τοῦ ἀναβάλλειν*, sed utrique communis est significatio exuberandi communiterque de fetu fruticum et animantium dicuntur, unde nomina *ὄβρια*, *ἔμβρυα*, *ὄμβροι*, *umbri* (ut *pulli*) et verba *ἐξαμβλοῦν* (latinum *ejicere*) *ἐξαμβρύειν ἐπέφλυσε* id est *βλαστῆσαι ἐποίησε* Hesych. *pullulare*; *τὰ φύλλα ἐκβράσσουσι* Geopp. I. 6, 28. ab eodem *βρύω* propagatum. Hinc confirmatur quod supra dixi, *βλυστάνω* (Anecd. p. 1388. s. *Κεραδέω*) et *βλαστάνω* communem habere a verbo *βλάω, βάλλω* originem, unde etiam Philemo p. 243. *ἀμβλώσκειν* repetit. [*γυνὴ ἐξέδωκεν ἔχιν ἀντὶ βρέφους* Appian. B. C. I. 83.]

comprehenduntur, flandi, halandi, flammandi, flagrandi hisque conjuga substantiva *αὖρα*, *ἀήρ*, *αὐγή*, *αἴγλη*, *αἶθος*, (*aestus*, *aestas*) *ἄϊξ*[1]), quibus omnibus subjectus est motus crispans, coruscans, vibrissans; neque alia, puto, causa cur *αἰθύσσω* et *παιφάσσω*[2]) duplicem habeant intellectum. Ad ultimum locum reservavi duo verba singularia, quae quum factitiva fiunt, pro activa passivam inferunt significationem; nam in Odyss. XI. 502. *τῷ κε τέῳ στύξαιμι μένος καὶ χεῖρας*, significatur *στυγεῖσθαι ποιήσω*, et ap. Maxim. v. 66. *νείκεα λυγρὰ τὰ καὶ πινυτήν περ ἐοῦσαν ἀνέρι καὶ ποθέοντι θοῶς ἤχθηρεν ἄκοιτιν*, pariter *invisum reddit*, quem intellectum habet compositum *ἀπεχθαίρω* Odyss. IV. 105. eodemque modo Scholiastae Pind. Ol. VI. 163. et XIII. 3. *γνῶναι* et *γνώσομαι* accipiunt pro *γνωστὸν ποιεῖν*, quibus adstipulatur Boeckhius, dubitat Matthiae Gramm. §. 228.[3]) Sed finem imponamus 98
huic enormi adnotationi, quam non produxissem, nisi priores, (quos Matthiae citat ad Eur. Hec. l. c.) res dissimillimas, *ᾄσσειν χέρα*, *προβαίνειν πόδα*, *χνοάζειν ἴουλον*, *πηγὴ ῥεῖ γάλα*, *οἰνοχόος ῥεῖ οἶνον*, in unam Myconum confudissent, omnia verba, quibus accusativus adiungitur, transitiva vocitantes, sive factitiva sunt, sive affectiva[4]), sive casum illum proprie regunt, sive *κατὰ τὸ σημαινόμενον*[5]). Ceterum in factitivis tropae vocalis, qualis apparet in *cado, caedo, imbibo, imbuo,* vestigia nulla reperi, nisi forte statuendum est, *κίω* ad *κέλλω* (cello, cillo), *κλέω* ad *κλύω*[6]) eandem habere rationem, quam

---

[1]) Ab eodem illo *ἄω* quomodo nomen *vapor* existere potuerit, apparebit haec comparantibus: *δράω* (*ἀποδιδράσκω*) *δραπέτης*, *θάω*, *θάπω*, *μέλος*, *μέλπω*, *κείρω*, (carpo) *καρπός*, *κοῖλος*, *κόλπος*, *λᾶς*, *lapis*, *χάω*, *capio*, *τρέω*, *trepidus*, *περόνη*, *πόρπη*, *luo*, *lupercus*.

[2]) *Λαμπάδα παιφάσσουσα* Joann. Gaz. Ecphr. 525. (II. 167.) *Ποιφύσσω*, quod Sophro Fr. CCXXIV. pro *πτοεῖν* sive *ἐκπτήσσειν* usurpavit, factitivum videtur verbi *φύζω*, unde *πεφυζότες* et *ἄφυζα λέαινα*.

[3]) Ewald. Krit. Gramm. der hebr. Sprache §. 102. p. 187. *Es kann zwar von allen absoluten, aber nicht von allen relativen Verbis eine solche Causativform gebildet werden; jenes ist in vielen Sprachen, dieses der hebräischen fast ganz eigenthümlich.* Graeci hanc significationem, sive mutata verbi forma sive servata, absolutis attribuere solent, si quidem communem usum et exempla nobis cognita sequimur.

[4]) Cur factitiva dicere maluerim quam, ut Buttmannus, causativa, neminem latebit. Affectiva vel communicativa vocemus licet ea verba, quae etiamsi intransitiva sint, tamen assumunt casum ejus rei, cui partem substantiae suae communicant, *ἐπαστράπτειν τινὶ φέγγος* etc.

[5]) *Ἐπικουρεῖν τινι κάραβον* Arist. Thesm. Fr. III. *δάκρυσι πλημμύρειν γενειάδας* Orph. Arg. 886. etc.

[6]) In *θεοκλυτέω* repullulat significatio verbi primitivi *κλέω*.

habet ἕστακα ad ἕστηκα, περάσαι ad περᾶσαι. Sed, opinor, desinamus [1]).

V. 42. *Τί ποίμναις τήνδ' ἐπεμπίπτει βάσιν.* Eodem modo Euripides verbum neutrale cum duplici casu construxit, uno personae, altero rei, γουνπετεῖς ἕδρας σε προςπιτνῶ Phoenn. 300. id est γουνπετῶ σε, neque aliter, puto, in Trach. 339. τοῦ με τήνδ' ἐφίστασαι βάσιν, *quid tibi me accessio est,* sive τί με ἐπῆλθες, cujus verbi constructionem ἐφίστασαι illud sequi videtur. De hoc nostro loco vere admonet Triclinius οἱ λέγοντες τὸ ἐπεμπίπτειν ἀντὶ τοῦ ἐπιβάλλειν τἀλη-
99 θὲς ἀγνοοῦσιν· ἀλλ' ὥςπερ φαμὲν πολεμῶ σοι πόλεμον καὶ ἦλθεν καλλίστην πορείαν. Sed si putavit πόλεμον πολεμεῖν dici posse ut πομπὴν πέμπειν et similia, pervagatum errorem sequutus est, de quo dixi in Dissert. de Figura etymologica.

V. 44. *Ἦ καὶ τὸ βούλευμ'* — La. Lb. βούλημ', quod Schol. Aristoph. Plut. 490. in antiquis exemplaribus legi tradit, probatque Musgravius. Notum est et nomina illa et verba βούλεσθαι, βουλεύεσθαι, a librariis saepe confundi v. Wesseling. ad Herodo. I. 66. Interpp. ad Arist. Plut. 493. Stallbaum. ad Phileb. p. 103. Sturz. ad Dion. XXXVI. c. 30. Sed hoc loco optio facilis. Ed. Pr. Pro ἦ καὶ aptius videtur ἦ γὰρ — *ergone.*

V. 45. *Κἂν ἐξέπραξεν* — Schol. Rom. et La. a secunda manu ἐξεπράξατ' γρ. ἐξέπραξεν. In vulgata lectione consentiunt Thomas M. s. *Εὖ,* Eustath. p. 1564, 20. codicesque omnes. Aesch. Pers. 720. καὶ τόδ' ἐξέπραξε. Plutarch. V. Ages. XXVIII. ἐξέπραξε τὸν πόλεμον. Subsequenti versu usus est Schol. Pind. Ol. I. 52.

V. 47. 48. *Νύκτωρ — ἀφίκετο.* Hos versus affert Moschopulus Sched. p. 32.

V. 50. *Πῶς ἐπέσχε χεῖρα μαιμῶσαν φόνου* — Haec sic scripta repetunt Suidas s. *Μαιμῶσα* et Eustath. p. 921. 18. Sed Scholiastes: γράφεται καὶ διψῶσαν, quod legitur in ignoti poetae versu Athen. X. 433. F. ἴσχειν κελεύω χεῖρα διψῶσαν φόνου, ut κορέσσαι χεῖρα διψῶσαν φόνου apud Lycophronem, acerrimum Tragicorum imitatorem v. 1171. φόνου διψᾷν Christodor. Ecphr. v. 227. pro quo accusativum φόνον διψᾷν substituit Philippus Anth. Plan. N. 136. p. 667. μαιμᾷν ἐδητύος Apollon. Arg. II. 269. Sophoclis versum ab Athenaeo ipso memoriae vitio ad istum modum interpo-

---

[1]) Consulto omisi τέθαφε *obstupefecit,* quo poetam comicum usum esse Buttmannus in Ind. Anomm. credidit, ἔπειγε *fac celeriter*, et ἀνακάλυπτε *detege* scil. quod tectum est.

latum esse, Heraldi opinio est parum probabilis ad Arnob. L. I. p. 14. Ed. Pr.

V. 51. *Ἐγώ σφ' ἀπείργω.* Cod. *Γ.* *ἀπεῖρξα*, cod. *Θ.* *ὄμμασιν.*

V. 52. *Γνώμας — ἀνηκέστου χαρᾶς.* Turnebus in margine *ἀνεικάστου*, quod simile videtur Scholiastarum lectionibus commenticiis. Suidas s. *Γνώμη* hunc versum apponit ut vulgo scribitur. *Γνῶμαι* sunt ludibria oculorum, quibus 100
dea Ajacem a proposito itinere deflectebat. *Quidam imaginibus falluntur, qualem insanientem Ajacem vel Orestem poetarum fabulae ferunt* Celsus L. IV. c. 8. *Δόξας* vocat Aeschylus Choeph. 1044. quas a mentis alienatione sejunctas esse posse vel ex Eur. Hel. 583. *ἢ γὰρ φρονῶ μὲν εὖ, τὸ δ' ὄμμα μου νοσεῖ*, intelligitur. Ed. Pr.

V. 53. 54. *Πρός τε ποίμνας ἐκτρέπω σύμμικτά τε λείας, ἄδαστα βουκόλων φρουρήματα.* Cod. *Θ.* *ξύμμικτα* ceteri plerique *σύμμικτα*, quod Hermannus revocavit. Nomen *ἄδαστα* ex h. l. affert Etym. M. s. *Δατῶ.* Comma post *λείας* positum delevit Schaeferus probante Hermanno, ut duplex genitivus ab uno regatur nomine. Hujus constructionis exempla bene multa collegerunt Matthiae Gramm. §. 380. et ad Eur. Ion. v. 12. Bernhardy Synt. p. 162. aliique quos Ern. Ellendtius nominat ad Arrian. T. I. 330. neque copia exhausta est. Ac profecto, si *βουκόλων φρουρήματα* significaret pastorum in custodiendo grege curam, nemo dubitaret, quin rei ab ipsis custoditae nomen in genitivo adjungi possit, *βουκόλων φρουρήματα* sive *φρουρὰν λείας*, ut Thucyd. III. 115. *τὴν τοῦ Λάχητος τῶν νεῶν ἀρχήν*, ubi unus genitivus activam habet significationem, alter passivam. Verum enim vero his Sophoclis verbis greges ipsi denotantur, quos ut credam uno eodemque loco et *φρουρήματα ποιμένων* et *φρουρήματα λείας* sive *ποιμνῶν* dici posse, istis quidem exemplis non adducor. Sed dicam, quid requiram. Pylades vocatur *παίδευμα Πιτθέως* Eur. El. 886. greges *ποιμένων βοσκήματα* Cycl. 189. vel *φυλλάδος Παρνησίας παιδεύματα* Androm. 1100. et iidem per circumloquutionem *βοσκήματα μόσχων* Bacch. 677. ut pueri *νεογενῆ παίδων θρέμματα* Plat. Legg. VII. 789. B. Item Thetis dicitur *Νηρέως γένεθλον* Androm. 1273. Thetidis sorores *Νηρηίδων γένεθλα* Nonn. XLIII. 258. [*τεὴν γενέθλην* id. XLVIII. 228. *θρέμμα Λερναίας ὕδρας* Soph. Trach. 572. Schol. *περιφραστικῶς ἡ ὕδρα.*] Quis vero conjuncto utroque genitivo, subjectivo et periphrastico, Pyladem a Pittheo educatum appellavit *Πυλάδου παίδευμα Πιτθέως*, vel pecudes *μόσχων βοσκήματα ποιμένων?* quis matrem Achillis *Νηρέως γένεθλον Νηρηίδος* aut [hydram Lernaeam

Ἥρας θρέμμα ὕδρας aut] creatos a deo homines *θεοῦ γεννή-*
101 *ματα ἀνθρώπων* captumve a Meleagro aprum *Μελεάγρου ἄγραν κάπρου?* quae verba significant potius apri capturam Meleagri opera perfectam. Neque magis huc pertinet *Κάστορος ἄγαλμα πατρίδος* Hel. 209. aliaque ejusmodi, quae commodiore loco tractabuntur. Haec igitur ratio fuit, cur tralaticiam interpunctionem non immutarem. Ex Scholiastae verbis *τὸ πᾶν τῆς συντάξεως, σύμμικτα βουκόλια, τῆς λείας τὰ ἄδαστα*, et Triclinii *τὰ σύμμικτα φρουρήματα τῶν βουκόλων, τὰ ἄδαστα τῆς λείας*, colligi licet, eos verba *λείας ἄδαστα* a ceteris separasse, universa autem uno complexos esse ambitu. [Ellendtius T. I. p. 16. *λείας* genitivum partitivum esse statuit *ἀπὸ λείας ἄδαστα*, ex universa praeda nondum electa et partita.] [*σύμμικτα λείας* ut *ἄνολβα βουλευμάτων* Soph. Antig. 1264. *ἄσημα βοῆς* ib. *σύνδρομα πετράων* Apoll. Rh. II. 346. pro *σύνδρομοι πέτραι* vel *συνδρομὴ πετρῶν*.]

V. 55. *Ἔκειρε πολύκερων φόνον.* Scholiastes *ἀντὶ τοῦ κείρων ἐποίησε* ut v. 42. *ἐπεμπίπτει βάσιν* pro *ἐποιήσατο βάσιν μετ' ἐπιθέσεως*, et Schol. Thuc. I. 15. *ἐκδήμους στρατείας ἐξῄεσαν* interpretatur *ἐξιόντες ἐποίουν*, cujus supplementi usum respuunt alia: *νόσον βαρεῖαν ἐνόσει, αἰσχρὸν θάνατον ἀπέθανε* etc. Idem *πολύκερων* exponit *πολλῶν κερασφόρων ζώων*, fere ut Elmslejus Oed. Col. 718. *ἑκατόμποδες Νηρῇδες* interpretatur *ἑκατὸν Νηρῇδες ὀρχηστρίδες*. Sed illo loco pedum mentio ad evidentiam pertinet, eoque repraesentantur Nereides navibus praenatantes et quasi *ἁμιλλώμεναι τοῖς ἑκατὸν ποσί*[1]). Numerosum quidem gregem non absonum foret *multicornem* dici, sed pro *πολλοὶ κερασφόροι* substitui posse *πολύκερω*, parum credibile videtur. In La. scribitur *πολύκερον*, ac *πολύκερως φόνος*, quantumvis a nostro sensu abhorrens, tamen non licentius est quam *γηγενὴς μάχη* Cycl. v. 5. Ion. 987. *τετρασκελὴς κενταυροπληθὴς πόλεμος* Herc. 1272. atque plurima talia, quae neque mirari desinimus neque mutare audemus, quia, quum *ἀλλοεθνὴς πόλεμος* Dionys. Antt. V. c. 5. pariterque temperata probaverimus, quae his minutatim et gradatim accumulata sunt, repudiare non possumus. [*διγλήνους ὦπας* Theocrit. Epigr. VI. 2.]

102 V. 56. *Κύκλῳ ῥαχίζων.* Haec verba Suidas s. *Ῥαχίζων* ex hoc loco excerpsit.

---

[1]) Hecatomben veterum nonnulli dictam putant *ἀπὸ τῶν ἑκατὸν βάσεων, ὅ ἐστιν εἰκοσιπέντε ζώων* Hesych. s. v. Eustath. p. 49, 12. Etym. M. 320, 45. ubi pro *βάσεων* perperam scriptum *βοσκημάτων*. Atque hoc modo centumpedas Sophocleas absolvit Scholiastes, quasi duo Scholiastae dici possint quadrupedes Scholiastae.

V. 57. *Αὐτόχειρ κτείνειν ἔχων.* Schol. et La. *γράφεται κτείνειν παρών.* Si quid in antiquis libris variatum est, potius *ἑλών* quam *παρών* fuisse crediderim; hoc qui adscripserunt primi, lectores admonere voluerunt similium locorum v. 1131. *τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θάπτειν παρών*, v. 1384. *οὐδ' ἔτλης παρὼν ἐφυβρίσαι*, ubi Reiskius imprudens in plagam incidit, non animadverso, participia *παρών*, *μολών*, *ἔχων*, *ἰών*, saepe *φράσεως ἕνεκα* addi atque ita ut tum inter se permutari tum plane omitti possint. Dehinc conjecturam feci in Eur. Heracl. 416. *καὶ νῦν πικρὸν ὧν συστάσεις ἂν εἰςίδοις* scribendum esse *καὶ νῦν παρὼν ἂν* [nisi potius e codd. lectione *πικράς* colligendum est illum *πυκνάς* scripsisse]. Quemadmodum Scholiastae Homerici sedulo adnotare solent, si quid poeta diversis locis pariter enuntiavit, ita credibile est, quod v. 312. legitur *ἐμοὶ τὰ δείν' ἐπηπείλησ' ἔπη*, similitudinis ergo adscriptum esse versui 650. *τὰ δείν' ἐκαρτέρουν τότε*, et hoc jam pro diversa afferri lectione. Aliud hujus rei exemplum praebet cod. Jen. v. 327. Inter ceteras autem lectiones a Scholiastis commemoratas nulla est, quae vulgatae praeferri mereatur, una v. 1056. *ὡς ἐλοιδόρει* ex mendosa scriptura profecta, pleraeque aut interpretandi causa adscriptae v. ad v. 616. aut similes iis, quas Critici male seduli fabricari solent nullo corruptae scripturae indicio sed sola mutationis facilitate allecti; quod genus v. 404. *ποῖ τις οὖν τράπῃ* affertur pro *φύγῃ*, v. 564. *φρουρὰν ἔχων* pro *θήραν*, v. 582. *τραύματι* pro *πήματι*, v. 1104. *ἢ καὶ τοῦδε σοί* pro *ἢ καὶ τῷδε σέ*, cujusmodi emendationes scilicet saepe nobis aliena verba transscribentibus excidunt perinvitis. Illorum certe nihil est, quod e Didymi vel Pii vel Praxiphanis exemplaribus haustum esse praestem. Ed. Pr. Hujus judicii nostri ab Osanno impugnati probatio potentissima, quod subsequuti editores ne unam quidem illarum lectionum susceperunt praeter *βλέποντας* v. 273. ab Hermanno adscitum sed rejectum rursus a Dindorfio.

V. 58. *Ὅτ' ἄλλοτ' ἄλλον, ἐμπιτνῶν, στρατηλατῶν.* Scholiastes: *ὅτ' ἄλλοτ' ἄλλον ἀσυνδέτως εἴρηκεν.* Aut ego non 103
satis attendi aut hoc *ὅτ' ἄλλοτε* pro *ὁτὲ δέ* vel *ἄλλοτε δέ* alibi non legitur, sed simile tamen quiddam *ἐνίοτε δέχονται τὴν τῶν ἀγαθῶν ἔστιν ὅτε φύσιν* Plat. Phileb. p. 32. D. Et *τοῦτ' ἄλλο* Oed. T. 603. *τοῦτ' αὖθις* Ant. 167. pro *τοῦτο δέ* valent. Scholiastes Rom. *Ἐμπίπτων* (sic) *γράφεται ἐμπεσὼν ἢ ἐμπιτνῶν.* Sed Schol. Laur. *ἐμπιτνῶν γρ. ἐμπεσών.* Codd. Γ. La. *ἐμπίπτων γρ. ἐμπεσών.* Ceteri *ἐμπιτνῶν*, nullus *ἐμπιτνών*, quod Dindorfius edidit, nedum *ἐμπίτνων.* Tacet Elmslejus.

V. 59. *Φοιτῶντ' ἄνδρα μανιάσιν νόσοις.* Hunc versum Hesychius exhibet sed interpolatum: *φοιτῶντ' ἄνδρα μανιάσι λύσσαις, λυσσήμασι· τὴν ἑδραίαν μανίαν φοῖτον ἔλεγον· τουτέστι τὸν μεθ' ὁρμῆς μεμηνότα. Μανιάσιν λυσσήμασι* adsutum est ex Eur. Or. 270.

V. 60. *Εἰςέβαλλον εἰς ἕρκη κακά.* Schol. Laur. et cod. La. *γράφεται ἐς ἐρινῦν κακήν.* Sub hac lectione Wunderus Advers. in Philoct. p. 56. suspicatur latere veriorem *εἰς ἄρκυν κακήν.* Equidem neutram a Sophocle profectam, sed illam, cui Erfurdtius patrocinatur, prorsus intolerabilem esse arbitror propter eas rationes, quas olim minus dilucide exposui. Etenim si Ajax aut aliquis e majoribus ejus caede se obstrinxisset nefaria, tum vero consequuta hoc facinus *θεοβλάβεια* proprie vereque potuisset a Furiarum repeti instinctu coeco, ut *φρενῶν ἐριννύς* Antig. 603. vocatur illa amentia, quae Oedipi familiam parricidio funestatam in perniciem agebat. Sed quum Ajax nihil tale in se admiserit, ne Quintus quidem V. 360. et 452. ejus insaniam Furiae inscribit sed Lyssae sive Maniae, qua quum Aeschylus [1]) et Euripides ad pervertendas Penthei et Herculis mentes usi essent, Orpheus Arg. 872. Nonnus XXXI. 73. XLIV. 259.
104 poetaeque latini, priscae religionis ignari, cum illos heroes, tum Bacchum, Tereum, Medeam Furiis obnoxios inducunt, quarum munus constat antiquitus multo arctioribus circumscriptum fuisse regionibus. Si quis autem hoc defendat, Graecis solemne esse consilia et facta, quae nullum quidem scelus sed funestum tamen exitum habeant, ad Furias rejicere auctores Od. XV. 239. Il. XIX. 87. quo spectat Hesychii glossa *Ἐριννύας τὰς ἁμαρτίας*, atque adeo Furiae nomen in nocentissimum quemque conferri Agam. 729. Orest. 1390. Soph. El. 809. non proprie sed per similitudinem, equidem ultro largiar, illud ultionis ab inimicis petendae consilium et hinc sequutam vitae desperationem *ἐριννύν* nominari potuisse, quo nomine in ea re utitur poeta Anth. Pal. IX. n. 470. Ajacem consolans: *οὐ γὰρ Ὀδυσσεὺς ἤλιτεν εἰς σὲ θέλων, βριαρὴ δέ σ' ἔπεφνεν Ἀθήνη — καὶ ἠεροφοῖτις Ἐριννύς.* Verum hoc loco agitur de brevi illo sive mentis sive oculorum errore, qui in pecudum perniciem vertit; quem si Minerva jam tunc praevidit auctori funestum fore, tamen id nullo modo significare debuit spectatoribus, primum ne jucun-

---

[1]) In Xantriis Fragm. II. pro *κέντημα γλώσσης* scribendum videtur *λύσσης.* Illo commode usus est Euripides Herc. 1288. *γλώσσης πικροῖς κέντροισι κληδουχούμενοι,* sive potius *κληδονούμενοι.* In Sophoclis versu, quem ad v. 125. producemus, *λύσσης πικροῖς κέντροισιν ἠρεθισμένον,* convenit utrumque.

dam spei metusque vicissitudinem tolleret, quae dedita opera per totam fere fabulam continuatur, deinde ne crudelior videretur Ulixe ipso. Huc accedit verborum insolentia. Quis unquam legit *εἰςβάλλειν τινὰ εἰς Ἐριννύν?* vel simile quiddam, *εἰς Ἄρην, εἰς Ἀφροδίτην?* Teucer infra v. 1034. dicit gladium, quo Ajax se peremit, aut Furiam, aut Orcum fabricasse videri, nimirum quia haec nomina idem valent, *ἐριννύος κλητήρ, ᾅδου μάγειρος* etc. Quis vero hoc loco ferat *εἰςέβαλλον εἰς ᾅδην κακόν?* Ergo nec *ἐριννὺν κακήν*, quod fortasse ne Scholiastae quidem legerunt sed vel illud, quod Wunderus suspicatus est, vel *εἰς ἔριν κακήν*, *in pugnam turpissimam.*

V. 61. *Κἄπειτ', ἐπειδὴ τοῦδ' ἐλώφησεν πόνου.* Kruegerus ad Dion. Hist. p. 376. *ἔπειτα ἐπειδή*, inquit, *non cacophonon visum est Graecis.* Fortasse ne animadverterunt quidem; certe saepissime admiserunt non poetae solum Eur. Sisyph. I. 9. Arist. Vesp. 1322. Rann. 923. Eccl. 273. Phrynichus Poll. VII. 178. sed etiam qui prosa oratione usi sunt, modo extrita ultima prioris vocabuli litera Demosth. 1375, 105
13. Dio Cass. XXXVIII. 32. XL. 64. etc. modo relicta Hipp. de Int. Aff. p. 438. T. II. de Vis. p. 46. T. III. Thucyd. VIII. 67. et similiter *εἶτ' ἐπειδή* Demosth. 371, 19. Dionys. Art. c. IX. 7. Lucian. Alex. §. 27. sed *εἶτα ἐπειδή* Cronos. §. 12. Julian. Or. I. 39. C. *τοσόνδ' ὅσονπερ* Aesch. Ag. 834. *τέως ἕως* Arist. Pac. 32. Demosth. 721, 1. *οὕτως ὅπως* 34, 3. Aristid. T. I. 47. nec solum correlativa sed et *ὅμως δ' ὅπως* Isocr. Antid. p. 386, 178. *ἕως ἐῶσι* Eur. Or. 238. *ἐγὼ λέγω* Plat. Lach. 191. B. Soph. Phil. 107. *ἧμεν ἥμενοι* Iph. T. 1399. *ἣν γυνὴ γένῃ* Hel. 1312. etc. quae pertinent ad quaestionem de praeceptis euphonicis postmodo tractandam. — Pro *πόνου* codd. *Γ.* La. Lb. et pauci alii cum Edd. vett. *φόνου*, quod Brunckius praetulit proprium et vulgare infinito et poetico.

V. 63. *Ἐς δόμους.* Hermannus cum *ΓΘ. εἰς.*

V. 65. *Καὶ νῦν κατ' οἴκους.* Hoc abundare videtur post *ἐς δόμους*, sed magis etiam Trach. 689. *κατ' οἶκον ἐν δόμοις*[1]) ubi metri ratio pluralem non fert, quem, si vocalis sequitur, evitavit Sophocles in illa senarii sede *Ἀλλ' οἱ κατ' οἶκον ἦσαν* El. 1147. *πλεῖς δ' ὡς πρὸς οἶκον ἐκλιπών* Phil. 58. et Euripides Andr. 1052. *δεῖ τοὺς κατ' οἶκον ὄντας*, sed hic saepius spondeum, quum declinare posset, non aversatus est: *καὶ νῦν κατ' οἴκους ἐστί* — Andr. 41. Orest. 403. Herc. 614. Hel. 1389. Alc. 19. v. Adn. ad v. 441. Hermannus *συνδέτους* cum Aug.

---

[1]) Theocritus Id. XVII. 18. *δόμος ἐν Διὸς οἴκῳ*, hoc nomine totum significat, illo partem.

B. C. Eadem tamen est symploce in *δυςξύνετος* Phoenn. 1510. et similibus, nec mutatur *τῆς ξυμμάχου* v. 90.

V. 68. *Μηδὲ συμφορὰν δέχου* — haec *διὰ μέσου*, cohaerent *μίμνε τὸν ἄνδρα*. Ed. Pr. Hoc probat Schaeferus, Hermannus improbat; pendet animi Scholiastes.

V. 70. *Σὴν πρόςοψιν εἰςιδεῖν.* Suidas *Πρὸς ὄψιν, πρὸς θεωρίαν, Σοφοκλῆς*, quod nomen nisi ad subsequentem arti-
106 culum pertinet, ille hoc loco (nam alibi non legitur) *πρὸς ὄψιν* legisse videtur; Photius *Ὄψιν οὐ τὸ πρόςωπον οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀλλὰ τὴν πρόςοψιν.* — *Εἰςιδεῖν πρὸς ὄψιν* ut Eur. Hipp. 872. *πρὸς γάρ τινος οἰωνὸν εἰςορῶ κακοῦ*, quod injuria sollicitatur. Vulgatam lectionem tamen confirmat Eur. Phoenn. 1353. *εἰςορῶ πρόςοψιν ἀγγέλου*, quanquam simplex usitatius est, *τίν' ὄψιν σὴν προςδέρκομαι* Hel. 554. *ἐπεὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ εἶδε* Plut. V. Pelop. c. XXX. *οὐχ ὑπέμεινε προςιδεῖν τὴν ὄψιν αὐτοῦ* V. Timol. c. V.

V. 71. 72. *Τὸν τὰς αἰχμαλωτίδας χέρας δεσμοῖς ἀπευθύνοντα.* La. Lb. Harl. *αἰχμαλώτιδας* proparoxytonon, qui non fortuitus videtur error, nam invenitur saepius ita scriptum Eur. Hec. 1096. (Hermannus tacite correxit v. 1067.) Plutarch. de Fort. Alex. c. XII. Conon. XIII. Diod. III. 54. XI. 61. XVII. 37. et 66. quos locos Lud. Dindorfius partim correxit, partim transmisit, sed ortus ex fallaci analogia vocabulorum similiter terminatorum *ἠπειρῶτις*, *ἡλικιῶτις*, *πατριῶτις*, *στρατιῶτις* etc. quorum exemplum sequuntur, quamvis masculino destituta, *βορεῶτις*, *εὐιῶτις*, *κουρεῶτις*, *μυστηριῶτις*. Contrario errore *νησιωτίδες* scribitur in Scymni Perieg. v. 547. sed recte fortasse *εἱλωτίς* Plutarch. V. Ages. III. ap. Suid. s. v. et Steph. s. *Ἕλος*, neque enim Schaeferus ad Plut. l. c. demonstravit cur ab *Εἵλως* aut femininum nullum propagari aut hoc oxytonôs scribi non debeat, eodemque accentu est *Ἑλλωτίς*, cui idem principium *ἑλεῖν* vel *ἕλος* assignant Athen. XV. 673. A. Etym. M. *Δεσμοῖς ἀπευθύνειν*, quod Suidas ex h. l. profert, praeterea non legitur, nec tamen mutatione opus est, etsi facilem praebet Euripides Andr. 721. *λέοντα ἐντείνειν βρόχοις.*

V. 75. *Οὐ σῖγ' ἀνέξει μηδὲ δειλίαν ἀρεῖς;* Tria prima verba affert Planudes in Anecd. Bachmanni p. 96. T. II. Codd. *Γ.* La. Lb. *ἄρῃς*, *Θ. ἀρεῖς γρ. ἄρῃς*, plerique et Ald. *ἀρεῖς*, idemque legitur ap. Schol. Ven. I. 148. qui hunc versum transscripsit, et jamdudum Dawesio praeeunte Misc. p. 221. receptum est. Trach. 1183. *οὐ θᾶσσον οἴσεις μηδ' ἀπιστήσεις ἐμοί;* Plato Symp. 175. B. *οὔκουν καλεῖς αὐτὸν καὶ*
107 *μὴ ἀφήσεις;* Eur. Hipp. 498. *οὐχὶ συγκλείσεις καὶ μὴ μεθήσεις;* et omissa copula Aesch. Sept. 252. *οὐ σῖγα, μηδὲν*

τῶνδ' ἐρεῖς; Secus interpretatur Scholiastes *ἀφανίσεις ἀπὸ σαυτοῦ*. Ed. Pr.

V. 77. *Τί μὴ γένηται;* Hunc versum producit Planudes in Anecd. Bachmanni p. 61. T. II. Scholiastes *μή τι γένηται φοβῇ;* eodem modo *τί μὴ γένηται* Eur. Suppl. 544. et *τί μὴ ποιήσω* Soph. El. 1276. quod latino *quidni faciam* specie congruit, intellectu differt. Romani conjunctiones finales pronomini interrogativo nunc praeponunt, *ut quo nos reciperemus?* Liv. XLIV. 39, 5. *ut qualiter sentiremus?* Plin. H. N. XIII. 13. nunc subjiciunt: *quid uti facerent?* Cic. p. P. Sext. c. 39. Graeci semper postponunt Oed. C. 1725. *ὡς τί ῥέξομεν;* Soph. El. 398. *ὅπως τί δράσῃς;* Ion. 527. *ὡς δή τι φεύγεις*, quomodo scribendum videtur Herc. 1411. *ὡς δή τι φίλτρον ἔχων;* pro aclito *τι*. Nam omnibus hisce locis conjunctio *ὡς* haud dubie finalis est, sed omisso verbo, quod ab ea regitur, haec ejus significatio sic obscuratur, ut plane abundare videatur tantumque hoc efficiat ut intelligamus interrogationem, quae sequitur, ad antecedentia referri, *ὡς τί δή quid ita* Iph. A. 1342. *ὡς πρὸς τί* Oed. T. 1174. Col. 1182. *ὡς πρὸς τί χρείας; ὡς τί χρήζων; ὡς τί δὴ θέλων;* v. Matthiae ad Phoenn. 621. a quo de caussis hujus constructionis dissentio. Similiter *ὅτι τί;* Demosth. *ὅτι τί δή;* Lucian. Enc. Dem. §. 22. refertur ad prius dicta, velut, si quis negaverit se hoc vel illud facturum esse, interrogat alter *ὅτι τί* sc. *γεγένηται;* ut *ὡς τί* sc. *γένηται;* quod verbum particulae finali addit Andocides Or. III. p. 26, 26. *ἵνα ἡμῖν τί γένηται;* plerumque autem omittitur: *ἵνα δὴ τί προςέθηκε* Arist. Nubb. 1192. etc. v. Hermann. ad Vig. p. 849. Matthiae Gramm. §. 620. idque imitantur scriptores Latini: *ut quid autem colitur?* Augustin. Civ. IV. c. 18. pro quo antiquiores solum *ut quid?* dixisse videntur. Illud *ἵνα τί* crebro usu ita in unum coaluit, ut *ἐπίῤῥημα ἐρωτήσεως* vocetur Etym. M. 471, 16. et proinde sive addito verbo sive omisso sub uno scribatur accentu Arist. Eccl. 719. Plat. Apol. p. 26. C. Evang. Matth. IX. 4. quibus locis nuperi editores 108
hyphen deleverunt; attamen perveterem esse hanc scribendi rationem testantur Arcadius p. 184. et Grammaticus Hermanni p. 460. *τὸ ἱνατί καὶ διατί ἐν τῇ συνηθείᾳ (συνεπείᾳ) ὀξύνεται.*

V. 78. *Πρόσθεν οὐκ ἀνὴρ ὅδ' ἦν; Nonne hic vir antea fuit tecumque versatus est sine ullo tuo periculo? cur ejus hominis praesentiam extimescis, quem toties antea vidisti imperterritus?* Sic in Ed. priore haec verba acceperam. Idem placet Schaefero; Hermannus diversum sentit: *Nonne hic fuit antea homo*, id est, *mortalis?*

V. 79. Οὔκουν — Cod. Θ. οὐκοῦν, ut Edd. veteres.

V. 80. Ἐν δόμοις μένειν. Sic codd. plerique et Aldus; εἰς δόμους cod. Γ. Jen. Dresd. A. ἐς δόμους Lb. La. sed huic supra scriptum ἐν δόμοις. Scholiastes: ἐς δόμους, ποιητικῶς ἀντὶ τοῦ ἐν δόμοις, cui si confidendum est, in dubium veniet Antig. 1241. τέλη λαχὼν δείλαιος ἐν ᾅδου δόμοις. Sed quae praeterea afferuntur hujus enallagae exempla Ion. 806. Cycl. 819. Hec. 1095. Aj. 1092. ubi ἐν θανοῦσι pro ἐς θανόντας accipit Duckerus ad Thucyd. VII. 87. ea nihil efficiunt; unicum est Eur. Iph. T. 620. εἰς ἀνάγκην κείμεθα. Ed. Pr. Illud εἰς ᾅδου δόμους, quod dubitanter proposueram, pro certo adoptavit Elmslejus. Postremum exemplum ab Herodoteo, quod Matthiae Gramm. §. 578. p. 1142. apposuit, τὰ τέκνα εἰς Σαλαμῖνα ὑπέκκειται, differt eo, quod praepositio ὑπέκ verbo κεῖσθαι significationem τοῦ ὑπεκκομισθῆναι communicat, quae simplici verbo tribui non potest. Similius foret Dem. c. Arist. I. 786, 13. μεθ᾽ ὧν οἱ ζωγράφοι τοὺς ἀσεβεῖς γράφουσιν εἰς ᾅδου, nisi cod. Coisl. ἐν ᾅδου praeberet, quod Bekkerus recepit; ac sequitur paucis interjectis τῶν ἐν ᾅδου θεῶν. Neque ex Eur. Hipp. 1106. λείπομαι ἔν τε τύχαις καὶ ἐν ἔργμασι λεύσσων, necessario consequitur ut λεύσσειν ἐν τούτῳ pro εἰς τοῦτο dici liceat. Thucydidis locum VIII. 17. correxit Bekkerus; de aliis errat Priscianus L. XVII. 21. p. 86.

V. 82. Φρονοῦντα γάρ νιν οὐκ ἂν ἐξέστην ὄκνῳ. Pro γάρ νιν La. γάρ τ᾽ ἂν in lemmate; idem et Jen. Aug. B. Dresd. B. ἐξέστην ἰδεῖν, vel e recordatione versus anteceden-
109 tis vel e glossa οὐκ ἂν ἀπέφυγον φόβῳ ἰδεῖν. Veram et veterem lectionem sequitur Suidas s. Ὀκνῶ et Schol. Rom. οὐκ ἂν ἐξέστην δι᾽ εὐλάβειαν. Τὸν κίνδυνον ἐξίστασθαι Dio Cass. XXXVI. c. 11. ἐκστῆναι Dem. c. Lept. 462, 2. Androt. 617, 15. ex quo Schaeferus vitiose colligit etiam in Or. p. Cor. p. 331. 7. pro οὐδενὶ ἐξίσταμαι reponendum esse accusativum, quem duo codd. exhibent; nam illic significatur *declinare*, ἐκνεῦσαι, hic vero *cedere*, quod tertium casum poscit, ἐκστῆναι et ὑπεκστῆναι τῷ καιρῷ *tempori cedere* Plut. V. Cat. c. XXXV. Philostr. V. Ap. IV. 36, 167. cf. Olear. ad VII. 10, 286. καὶ (κἂν) Πανὶ λιγυρὸν μέλος ἠχοῦντι πᾶς ὅςτις ἐκσταίη Julian. Epp. XLI. p. 76. et cum genitivo rei, quam quis alteri cedit, τῆς πεδιάδος αὐτῷ ἐξέστησαν Dio Cass. XXXI. 3. σοὶ τῶν εὐφημιῶν ἐξίσταντο Himer. Or. XXXIII. 15. quibus locis unusquisque videt accusativum prorsus importunum esse. Sed cum hoc casu dicitur ἐξίστασθαι τὸν ἐπιφερόμενον Liban. Or. in Const. p. 310. T. III. περιστῆναι τὸν κίνδυνον Jamblich. V. P. XXXIII. 479. περι-

ἵστασο (devita) *τοὺς ἡγουμένους* Artemid. IV. 59, 374.[1]) uterque de una persona, quod Lucianus Pseudos. §. 5. et Thomas fieri vetant sed injuria; nam posteaquam *περιστῆναι* pro *ἐκκλῖναι* dici coeptum est, in ejusdem verbi constructionem successit. Similiterque *ὑποῤῥεῖν* et *ὑπεκρεῖν τινα* usurpatur ut latinum *subterfluere* pro subterfugere apud Demosthenem et Plutarchum[2]); neque aliter *ὑποχωρεῖν τὸν ἐπιόντα* v. Winckelmann. ad. Euthyd. p. 133. quod verbum restituendum est Dioni Chr. VI. 208. *τοὺς γεράνους τὸν χειμῶνα* 110
ἀποχωρεῖν[3]). Nam hoc neque pro *ὑπεκκλίνειν* poni, neque, si propriam retinet significationem, cum quarto casu construi potest, multumque fallitur Bernhardy Synt. p. 113. *ἀποχωρῶ τὰ ὄρη* dici posse putans pro *ἀπὸ τῶν ὀρέων*, et *ἀποικῶ σε* pro *ἄπωθεν σοῦ*.

V. 83. *Ἀλλ' οὐδὲ νῦν σε μὴ* — Cod. *Γ. καί* pro *μή*.

V. 87. *Σίγα νυν ἑστώς*. Hunc versum Thomas M. s. *Νῦν*, Schol. Arist. Plut. 414. Planudes in Anecd. Bachm. T. II. p. 60. sive Grammaticus Etymologico Gud. additus p. 657, 58. Moschopulus Sched. p. 45. et Eustathius p. 1312, 19. memorant.

V. 88. *Ἐκτὸς ὢν τυχεῖν*. Cod. *Γ. κυρεῖν*.

V. 89. *Ὦ οὗτος, Αἴας*. Hermannus *Αἶαν* ut legitur apud Suidan s. *Ὦ οὗτος*, in codd. *ΓΘ*. et plerisque aliis; sed *Αἴας* La. Membr. Mosq. B. et Grammatici Anecd. p. 1183. Gregor. p. 117. Eustath. p. 1469, 59. qui omnes haec verba afferunt ad comprobandam nominativi et vocativi similitudinem. *Ὦ οὗτος, οὗτος, Οἰδίπους* Oed. C. 1627. Hanc articuli cum pronomine conjunctionem Apollonius de Pron.

---

[1]) Sic et *περικάμπτεσθαι ὁρμὰς δριμείας* Galen. Eup. I. 5, 343. *παρακάμπτειν τὰς ἀπαντήσεις καὶ ὁμιλίας* Diod. V. 59. sed differt hoc, quod ipsum *κάμπτειν* in se continet notionem praepositionis. [*ἐκπέπτωκε τὸν ὅρον* Galen. T. XVIII. II. 319.]

[2]) Locos notavit Schneiderus in Lex. quorum alterum si cognitum habuisset Wolfius, nunquam eo prolapsus esset ut Demosthenem *ὑποῤῥεῖν* pro *subruere, labefactare,* usurpasse affirmaret; quod ut stabiliret, latinum *ruo* idem quod graecum *ῥέω* esse licenter sumsit. Atque hoc auctore Bastius Ep. Crit. p. 231. Parthenii verba *ὡς δὲ μᾶλλον αὐτὸν ὑπέῤῥει τὸ νόσημα* eodem traxit, quae significant, *quum morbus eum altius penetraret.*

[3]) Paullo post VII. 245. *ἔλαφον καταπονῶ καὶ συνυφίσταμαι* editum pro *σὺν ὑφίσταμαι*, syllabis male conglutinatis ut in Procl. V. Marin. c. VII. p. 6. Boiss. *κάμνοντος αὐτῷ τοῦ σώματος, παρέστη τῇ κλίνῃ ὑπερφαινόμενος παῖς* pro *ὕπαρ φαινόμενος*, nam de visione loquitur, non de somnio; et ap. Hesych. *Κνισαλέῳ περικνίστῳ* p. *πυρὶ καπνιστῷ, Βουβάλιον, γυναικὸς μόριον* p. *γυναικὸς κοσμάριον* etc. et contra Plut. de Audit. VIII. 145. T. VII. *ὀφρῦν κατὰ σχῆμα κινῶν* pro *ὀφρύος κατάστημα*, quod p. 148. *προσώπου κατάστασις* dicitur. Alexis Poll. VII. 72. *γυνὴ λινουργὸς περὶ τοίχους ἀφείλετο* scrib. *περιτυχοῦσ'*.

p. 25. B. et p. 72. C. Sophronis exemplo excusat, meliorum oblitus.

V. 90. *Τί βαιὸν ἐντρέπῃ τῆς ξυμμάχου.* Hermannus *ἐντρέπει*, ut *Δ*. Mosq. B. Pro *ξυμμάχου* cod. *Θ. συμμάχου*, ut apud Suidan s. *Τί βαιόν* legitur. Eustathius p. 610, 9. *ἐντεῦθεν λαβὼν Σοφοκλῆς βαιὸν ἐντρέπεσθαι λέγει τὸ οὐδ' ὅλως ἐπιστρέφεσθαι.* Simplicius in L. de An. I. 43. b. *μικρὸν ἀντὶ τοῦ οὐδ' ὅλως κατὰ ἀττικὴν συνήθειαν.*

111 V. 96. *Κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή.* Suidas hunc versum s. *Μὴ οὐχί* retulit, quasi *τὸ μὴ οὐ* h. l. legisset.

V. 97. *Πρὸς Ἀτρείδαισιν ᾔχμασας χέρα.* Cod. *Γ. χέρας*, La. *χέραι* (sic). Musgravius *ᾕμαξας* emendat ut v. 45. *χεῖρας αἱμάξαι.* Sed quisnam Sophoclem omnia ad unum exemplum et regulam scripsisse putet? *Αἰχμὰς αἰχμάζειν* homericum est; *αἰχμάζων γενύεσσι* Oppian. Hal. II. 612. Ex utroque casu conflatum illud *χέραι*. Ed. Pr.

V. 98. *Ὥςτ' οὔποτ' Αἴαντ' οἴδ' ἀτιμάσουσ' ἔτι.* Pro *ὥςτ'* Elmslejus scribit *ὡς*, praeter rationem; *τοσοῦτον ᾔχμασα ὥςτε* — ut Phoenn. 1606. *οὐ τοσοῦτον ἀσύνετος πέφυκα, ὥςτε — ἐμηχανησάμην,* et suppresso pronomine demonstrativo Or. 379. *ὥστ' οὐκ ἂν αὐτὸν γνωρίσαιμ' ἂν εἰςιδών.* Pro *οἴδ'* in cod. *Θ.* adscriptum est *οἶδ'*, et Schol. Rom. *ἐὰν δασυνθῇ, ἐπὶ τῶν Ἀτρειδῶν, ἐὰν δὲ ψιλὸν, ἀντὶ τοῦ οἶδα.*

V. 101. *Εἶεν· τί γὰρ δὴ παῖς* — Moschopulus Dict. Att. qui hoc loco utitur ad probandum, *εἶεν* esse *ἀποθετικὸν καὶ προκαταστατικὸν τῶν τε εἰρημένων καὶ ῥηθησομένων*, pro *τί γὰρ δὴ* scribit *τί δή σοι.* Illud pervulgatum est Grammaticorum praeceptum, *εἶεν* esse *ἐπίῤῥημα τοῦ μὲν προτέρου λόγου ληκτικὸν, ἑτέρου δὲ ἀρκτικόν* Schol. Eur. Phoenn. 849. etc. quomodo etiam *ναί* et *νὴ Δί' ἀλλά* dici solet. Et ut hanc significationem adverbii similem, quae postremam syllabam interdum producit, ab optativa distinguerent, nonnulli *εἰέν* scripserunt Anecd. p. 1327. Hoc loco Hermannus post *εἶεν* pro stigme hypostigmen posuit, quia haec vox ad sequentia potius quam ad praecedentia referri videatur.

V. 103. *Ἦ τοὐπίτριπτον κίναδος.* Afferunt hunc versum Suidas s. *Κίναδος*, Thomas M. p. 535. Schol. Arist. Nubb. 447. et partem Eustathius p. 481, 2. *Ὦ συκοφάντα καὶ ἐπίτριπτον κίναδος* Andoc. de Myst. p. 49. (p. 13.) *τὰ τοιαῦτα κινάδη* Dinarch. c. Dem. p. 95. Genitivi et dativi exempla et auctores affert Etym. M. s. h. v. Ed. Pr.

V. 104. *Ἔγωγ'· Ὀδυσσέα, τὸν σὸν ἐνστάτην λέγω.* Bothius *ἔγωγ' Ὀδυσσέα* sublato commate. Quum idem olim
112 *Ὀδυσσέα σόν* scripsisset, vulgatam defendi Etymologi M. testimonio p. 625, 24. *παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἴαντι μαστιγο-*

φόρῳ τὸν σὸν ἐνστάτην λέγω, ἀντὶ τοῦ ἀντιστάτην, et Scholiastae Oppian. Hal. I. 152. *τὴν ἐν πρόθεσιν ἀντὶ τῆς ἀντὶ εὑρίσκομεν, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ τὸν σὸν ἐνστάτην* etc. quae ipsa verba apud Zonaram leguntur s. *Ὁμοκλή* p. 1448. ubi *ἐγὼ δ'* editum. In eadem senarii sede Eur. Phoenn. 927. *σφάξαι Μενοικέα τόνδε*, Rhes. 977. *ἔπειτ' Ἀχιλλέα Θέτιδος*; sed ib. v. 710. *Ὀδυσσῆ* scribitur, ap. Lycophr. 1038. *φονῆ*, ut graecus ait interpres, *κατὰ συναίρεσιν ἀττικήν*[1]), *βασιλῆ* Eur. Phaeth. Fr. V. 24. *βραβῆ* Schneiderus in Epigr. *Ἀδεσπ.* DCXXVII. pro *βράβην* reponi jubet; e vicino genere addam trisyllabum *δημεχθέα* Callimachi Anecd. p. 1188. et *ἀκρατέα νηδὺν ἔχων* in exitu senarii Athen. XV. 686. A. Ed. Pr.

V. 107. *Πρὶν ἄν τί δράσῃς* — affert Moschopulus ad Il. I. p. 13.

V. 108. *Δεθεὶς πρὸς κίον' ἑρκείου στέγης.* Hunc versum et 110. affert Suidas s. *Ἑρκεῖος*, unde haec scriptura pro vulgata *ἑρκίου*, quam G. Schneiderus defendit, auctore Elmslejo recepta est. Scholiastes: *πρὸς τὸν κίονα τοῦ περιφράγματος τῆς αὐλῆς ἢ τῆς τοῦ δώματος στέγης· ἕρκιον* (sic) *γὰρ τὸ δῶμα.* Moschopulus Sched. p. 101. *ἑρκίον τὸ περίφραγμα, παροξύτονον.* Aristid. XIV. 206. T. I. *αὐλῆς ἑρκία* (cod. *ἕρκια*). Sed hoc nomine Tragici non magis utuntur quam similibus *τειχίον, ἴχνιον, ἴκριον.* Patet igitur adjectivum esse, quod plerumque per simplex iota scribitur non solum apud Tragicos sed alibi quoque v. Dionys. Antiqq. I. c. 67. de Dinarch. c. IV. Philostr. Imagg. II. 22, 848. Cornut. de N. D. c. 9, 150. Poll. VIII. 87. Anecd. p. 256. Schol. Ven. XII. 63. Etym. M. 375. Maxim. v. 325. ubi 113
pro *Ἑρκίου οὐ* recte emendarunt *Ἑρκείου*, eademque correctio nuper multis aliis locis adhiberi coepta est, partim codicum auctoritate, partim metri causa, quod alteram formam saepe repudiat ut Tzetz. Posth. 733. nunquam exigit. Sed quum et illi haud raro fluctuent et ex eo, quod poetae alicubi metri causa fecerunt, non possit judicari, quid hac necessitate soluti fecerint, opportunum videtur hujus universi generis, in quo librarii plurimum vacillant, rationes explicare. Primum ex Etym. Gud. p. 43, 22. *τὰ διὰ τοῦ ιος κτητικὰ ἀπὸ πρωτοτύπων εἰς ος* (scr. *εἰς τος*) *γινόμενα, εἰ φυλάττουσι τὸ τ*[2]), *διὰ διφθόγγου γράφεται, Ἀρχεστράτειος, Καλλιστρά-*

[1]) Lascaris Gramm. L. III. Lit. E. fol. 8. *Τυδῆ, Ἀχιλλῆ, φονῆ — ὁ Κέκκος φησὶ κατὰ συναίρεσιν ἀττικὴν γενέσθαι.* Maittairius Dial. p. 36. *quis*, inquit, *ille Ceccus fuerit*, *nescio.* Est Tzetzes ipsissimus, qui nomen suum ita scribit. *Κέκος* Schol. Lyc. 727. Latini *Caecum* vocant v. Du Cang.

[2]) Stephanus *Βήρυτος, Βηρύτιος, ὡς Ἀζώτιος. σεσημείωται τὸ Μιλήσιος ἐν τοῖς τοπικοῖς ὅτι ἐτράπη ὡς τὸ Θεοδόσιος. τὸ γὰρ θεόδοτος καὶ*

τειος, χωρὶς εἰ μὴ ὦσιν ἐθνικά, ὡς τὸ Βοιώτιος[1]), ex hoc igitur praecepto cognoscitur, jam olim improbata esse, quae nostros libros obsident, οἱ Ἡρακλείτιοι Procl. in Crat. p. 10. οἱ Δημοκρίτιοι Olympiod. in Alc. p. 92. ed. Creuz. hisque non meliora Σπαρτάκιοι Plut. Comp. Nic. c. Crass. c. III. et V. Pomp. c. XXXI. Ἰφικράτιοι Polyaen. III. 9. Λυσιμάχιοι VII. 25. quae Schaeferus et Coraius corrigere praetermiserunt, Ἱπποδαμία ἀγορά Andocid. I. p. 7, 45. Bekk. etc. Sed haec vitia jam in dies rarescunt. De iis, quae
114 radices suas in tertia declinatione habent, nihil adnotatum legi praeter curtum illud Etym. M. p. 226, 48. quod ad nomina in ων exeuntia pertinet. Horum duo genera commemorat, barytona et perispomena, quae si per ντ declinentur, adjectiva in ειος terminari, δρακόντειος, ξενοφώντειος, exceptis propriis ut Λεόντιος. His proxime subjungit πλὴν τοῦ Ποσειδῶν, Ποσειδῶνος, ex quo patet excidisse aliquid de perispomenis pure declinatis, Θῶν, Τυφῶν, ταῶν, quorum duo postrema nunc quidem aliter scribi solent, sed a Grammaticis cum Ποσειδῶν componuntur ut eodem accentu notata v. Etym. M. 749, 20. Arcad. p. 16. 10.[2]) Deinde idem ille docet, a barytonis, quae per νος declinentur, eandem terminationem existere, τρυφώνειος, θεώνειος, exceptis duobus, ἀπολλώνιος et ἀμμώνιος, quorum tamen feminina illuc revolvi, ἀπολλωνεία βάξις, ἀμμωνεία φήμη, fortasse propter topica, Ἀπολλωνία, Ἀμμωνία. Quae omissa sunt in hoc canone, postea explicabimus, si de propositis transactum fuerit.

ἀθάνατος καὶ ἀμβρόσιος σύνθετα· (imo Ἀθανάσιος, Ἀναστάσιος, Θεοδόσιος, ἄμβροσιος, ἀκηράσιος etc. ἀπὸ συνθέτων).

[1]) Nec repugnant Ζεὺς φύτιος et Λητὼ φυτία (de Diana falluntur Lexicographi) quia deorum epitheta sunt propriis aequalia, quorum illud φυτάλμιον, hoc fortasse, si a Phaestiorum fabulis abimus, κουροτρόφον (id enim Latonae cognomen) sive *almam* significat, nullo modo τὴν Πυθίαν, quod Goettlingius ad Anon. Oecon. p. 110. Ottfr. Muellero improvide credidit; scilicet quia Siculi κύτρα pro χύτρα dixerunt, iccirco etiam φότος pro πόθος et quidvis dici posse sumemus? A στρατός andronymicum fingitur Στράτιος vel Στρατίος et comparativus στρατιώτερος, quem ex aeolico poeta affert Choeroboscus Anecd. p. 1340. Positivum non magis legi quam φύτιος, praeter epitheton Ζεὺς Στράτιος. Photius Στράτιος· Ἄρης καὶ Στρατία Ἀθηνᾶ, ἡ δευτέρα βραχεῖα, ex quo corrigendum Ἀθηνᾶ Στρατεία Lucian. Dial. Meretr. IX. 234. Idem valet de Ῥέτιος. [Φύτιος nomen proprium est Athen. II 35. B. p. 115. μελαντείους πέτρας poeta in Anecd. Ind. s. Τάλας.]

[2]) Τυφώνειος Plutarch. de Is. c. XLIII. 163. τυφώνιος c. LXII. 189. Synes. Prov. II. 124. C. etc. ταώνιος Lexicis addidit Schneiderus demto auctore; haec per ειος scribenda esse colligimus ex Etymologi verbis πλὴν τοῦ Ποσειδῶν. [Τεμμίκιον ἄστυ Steph. p. 615. Mein. Ταντάλεος Anthol. V. 236. Ἀγαμεμνονέη-Ποδαλειρείη ib. IX. 631.]

De primo igitur et secundo genere inter omnes convenit; nam *δρακοντίων ὑδάτων* Eunap. Excc. Legatt. p. 480. et si quid aliud a librariis in hoc genere peccatum est, omnino in computationem non venit, superantibus contrariis exemplis: *γιγάντειον μέγεθος, αἰάντειος γέλως, κρεόντειος θρόνος* Oed. T. 400. Clemens Strom. IV. 585. *ἀτλάντειος πόλος* Eur. Pirith. Fr. III. 5. *ἀχερόντειον σπήλαιον* Schol. Apoll. II. 734. *ἀχεροντεία ναῦς* Callim. Frag. CX. quanquam his ipsis poetae vocalem debitam detrahere liberum habent. Stephanus *Ἀχέρων, ἀχερούσιος· λέγεται καὶ ἀχερόντειος ὃ διὰ τὸ μέτρον Ἀριστοφάνης* (Eqq. 471.) *ἔφη ἀχερόντιος*, idque Anth. Pal. V. n. 236. et saepius apud Euripidem legitur, ut *λαομεδοντία ἀμπλακία* Pind. Isthm. VI. 42. neque tamen iccirco *ποιάντιος υἱός* minus *παράλογον* habetur quam *αἰπύτιος τύμβος* v. Steph. s. *Ἄβαντες*, Eustath. ad Dion. 803. ad Hom. p. 989, 10. Sed quod *Λεόντιος* scribitur Plat. Rep. IV. 115
440. E. *Γερόντιος, Δρακόντιος*, is est legitimus andronymicorum flexus, quem sequuntur *Λεόντιον, δρακόντιον*, hoc herbae[1]) illud mulieris nomen, et gentilicia *Βυζάντιος, Ὑάντιος, Ἀθαμάντιος* v. Steph. s. *Βυζάντιον* [*Ἀθαμάντιον πεδίον* Apollon. II. 516.], quibus assimilantur interdum possessiva localia *Μελάντιοι σκόπελοι* v. Tzschuck. ad Strab. XIV. 519. [Hermann. ad Orph. 1363.] sed rectius *Λαοδαμάντειος λιμήν* Scylax Per. c. 106. p. 307. nec probo *Ἀριστόξενος ἐν Πραξιδαμαντίοις* Harpocr. s. *Μουσαῖος*. Eadem est de ceteris terminationibus cautio; nam quum secundum Etym. M. 660, 43. substantiva in *ωρ*, quae vocalem corripiunt, adjectiva in *ειος* mittant, *ἀλεκτόρεια ᾠά* Synes. Ep. IV. 165. D. *νεστόρειος οἶκος* Suid. s. v. possessiva hujus generis poetarum arbitrio iota amittunt *νεστόρεος, ἑκτόρεος, ἀνακτόρεος* Paul. Silent. Ecphr. Soph. I. 111. propriis et propriorum vicariis vulgo litera *ε* eximitur *Νεστόριος, Ζεὺς φρατόριος, Ἀθηνᾶ φρατορία*, eodemque exemplo *Μεμνόνιος, Χαρίστιος*, Anall. T. II. 488. *Θεμίστιος*, a quo differt adjectivum *θεμιστεῖος* vel ut Herodianus jubet, *θεμίστειος* v. Schol. Pind. Ol. I. 18. omninoque non plus quam tria andronymica in *ειος* terminantur *Βασίλειος, Ἡράκλειος, Ἄρειος* (non *Ἀρεῖος* v. Heusing. ad Julian. Caes. p. 118.) v. Suid. s. *Βασίλειος* et Adn. ad

---

[1]) Sic et *λυσιμάχιον*, quae *λυσιμάχιος* vocatur Galen. de Simpl. Med. Fac. l. 21, 64. T. XII. *ἑλένιον, πολυπόδιον, μελαμπόδιον*. Sed trigenera sunt *πολυπόδειος, δασυπόδειος*, neque excusari possunt *Οἰδιποδία κρήνη* Plutarch. V. Sull. c. XXIX. 210. Pausan. IX. 18, 4. *ἔπη ἃ Οἰδιπόδια καλεῖται* IX. 4, 5. alibi *Οἰδιποδίας* nomine inscripta, et notissimum carmen *Μελαμποδία*, nisi affinitate propriorum v. Ebert. Dissert. Sicul. p. 207. qui Muelleri commentum *Μελαμπῳδία* recte damnat.

Phryn. p. 368. — Sequitur alterum genus, eorum, quae quum barytona sint, genitivum in ωνος mittunt. Id autem valde fluxum est et instabile; πυῤῥώνειος λόγος Diog. La. IX. §. 77. Julian. Fragm. p. 301. C. πυῤῥωνεία αἵρεσις Galen. de Art. c. VII. 162. A. T. III. convenit cum regula supra proposita, quam firmat Suidas: Πυῤῥώνειοι οἱ τὰ τοῦ Πύῤῥωνος φρονοῦντες, Πυῤῥώνιος δὲ ὄνομα κύριον, repugnat autem οἱ
116 Πυῤῥώνιοι Phot. Bibl. CCXII. 279. Τίμων ὁ Πυῤῥώνιος Athen. IV. 160. A. non emendatum illud a Dindorfio, qui Καλλιμάχιος, Κρατήτιος et centena talia jure merito expulit. Ad eandem regulam pertinere videntur Suidae parapegmata: Ἀγνώνειος ὁ τοῦ Ἅγνωνος παῖς — Ἀδώνειοι κῆποι, Ἀδώνια συνεσταλμένως — Ἀπολλώνεια ἔργα τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος etc. atque Anecd. p. 104, 13. κυδώνιον μῆλον, βραχέως· Φιλήμων, quo excusatur forma minus legitima sed multis communis nec omnibus eximenda, quia haec vocabula cum propriis et gentiliciis aliquid similitudinis habent; μῆλα [κυδώνια Galen. X. 299. μῆλα] κυδώνια καὶ στρούθια Athen. II. 59. B. et 81. D. pro quo Edd. veteres priore loco praebent elegantius στρούθεια, sed στρούθια Galen. de Sanit. tuend. VI. 15. p. 450. T. VI. Dioscor. Mat. I. 150. et saepius invenitur; altero cod. Pal. κυδώνεια exhibet ut Urbinas Theophr. H. Pl. II. 2, 5. Sic γλυκώνειον μέτρον apud metricos, χειρώνεια ἕλκη Galen. de Tumor. XIII. 727. T. VII. de Temper. III. 3, 664. T. I. Comm. in Hipp. de Hum. I. 26, 460. T. XVI. (ubi τηλέφια perperam pro τηλέφεια) Ἠετιώνεια (ἄκρα) Steph. s. v. Anecd. p. 262. et in plerisque libris Thucyd. VIII. 90, 4. ζηνώνειος ὑφήγησις Athen. IV. 158. B. χειλώνειος τρόπος Diog. La. I. 72. ἀγαθώνειος ποίησις Suid. κυλώνειον ἄγος Plut. V. Solon. XII. et XIII. Diog. I. 110. οἱ πλατώνειοι Philostr. V. Ap. I. 7. p. 8. τὰ κιμώνεια Plut. V. Cim. c. IV. ἑρμώνειος χάρις Zenob. sed ἑρμώνιος Hesych. Suid. ἀγαθώνιος Hesych. Zenob. κονώνιος κύλιξ Athen. XI. 478. B. 486. C. κυλώνιον ἄγος Hesych. κυλώνιοι et κυλώνειοι in eadem pagina Jambl. V. Pyth. 35. p. 248. φειδώνεια μέτρα et minus recte φειδώνια v. Tzschuck. ad Strab. VIII. p. 152. [τυφωνείων παθημάτων Phot. 242, 546. παιωνείας χεῖρας Galen. X. 390.] χαρωνείοις βαράθροις Galen. de. Us. Part. VII. 8, 540. χαρωνείων πνευμάτων Comm. I. in Hipp. Epid. p. 10. T. XVII. P. I. absolute χαρώνεια Diog. La. VII. 123. Simplicius in L. I. de An. p. 51. a. sed χαρώνια Aretae. Sign. Ac. I. 7, 12. [Jamblich. Myst. IV. 1. p. 106, 10.] χαρώνια et πλουτώνια Strab. XIV. 636. et 649. temenicorum modo scribuntur. Postremo contra Philemonis §. 62. et Eustathii praeceptum p. 785, 20. προπαροξύνεται ἡ Δολώνεια

ὥςπερ καὶ ἡ Τηλεγόνεια καὶ Ὀδύσσεια καὶ Ὀρέστεια καὶ Πα- 117
τρόκλεια καὶ Ἡράκλεια, non solum Δολωνία scribitur Aelian. V. H. XIII. 14. Schol. Il. XXIII. 806. sed etiam Δευκαλιωνία v. Sturz. ad Hellan. p. 70. sq. et apud eundem Aelianum l. c. Κυκλωπία, apud Aristophanem Λυκουργία Thesm. 135. Ὀρεστία Rann. 1124. nuper correcta[1]). Duo autem Stephani praecepta invicem contraria Σίρβων — τὸ κτητικὸν Σιρβώνιος, ὡς Κιθαιρώνιος καὶ Ἀργανθώνιος, et Ἀργανθώνη τὸ κτητικὸν Ἀργανθώνειος ὡς Κιθαιρώνειος, λέπας Κιθαιρώνειον (Eur. Bacch. 1043.) ea nescio quomodo inter se conciliari possint, nisi priore loco scribatur τὸ ἐθνικόν, sed magis suspicor Σιρβών scribendum esse acuta ultima ut Κιθαιρών, unde Ἥρα Κιθαιρωνία Plutarch. V. Arist. c. XI., et Ἀργανθών, unde ὄρος Ἀργανθώνιον Strab. XII. 564. quod poetae metri causa Ἀργανθώνειον vocant v. Etym. M. 135, 26. Idque nos traducit ad ea genera, quae ab Etym. silentio praeterita sunt. Nam de oxytonis, quae per ωνος declinantur, ille nihil dixit, vel ut alii loco reservaret vel quia adjectiva hinc ducta unius modi sunt, ἀγώνιος, αἰώνιος, λειμώνιος, τελαμώνιος, Ἀντρώνιος, Καλυδώνιος etc. v. Steph. s. Δωδώνη, praeter unum παιώνιος[2]). Nec magis in censum retulit oxytona, quae vocalem nominativi corripiunt, χθόνιος, ἠόνιος, ἡγεμόνιος Mercurii cognomentum Procl. in Alcib. I. 195. T. I. χιόνιος sive χιόνεος, aliaque minus stabilia. Ἀηδόνιος solum probat Hermannus Opusc. T. III. 306. nec puto aliter dici νομὸς, θρῆνος ἀηδόνιος, sed alteram formam praestat Nicocharis versus Anecd. p. 349. τὸν ἀηδόνειον ὕπνον
ἀποδαρθόντα [σε, αὐτὸς σὺ] σαυτὸν αἰτιῶ, quanquam Non- 118
nus V. 411. ἀηδονίου ὕπνου scribere coactus est, et Joannes Gaz. Ecphr. II. 274. χελιδονίου ῥοδεῶνος, id est *verni*, χελιδονίη ὥρη Nonn. XXXVIII. 272. Zonaras p. 1850. χελιδόνιον μέλος, χελιδόνειον δὲ κρέας, convenienter regulae metusiasticorum[3]). [Χελιδόνιαι-ειαι ἰσχάδες Athen. 652. D. sq.]

---

[1]) Ὀδυσσείη Erycius Epigr. XI. 298. T. II. dixit ut ἀληθείη. [Ὀρεστεία remansit Athen. XII. 513. A.]

[2]) Parum dilucide Schol. Arist. Ach. 1227. παιώνια ἑορτή — παιώνιον ἰατρεῖον ἢ σωτήριον φάρμακον. Periecticum rectius παιωνεῖον scribitur apud Photium; adjectivum παιώνειος salutaris sive medicatus Plutarch. Cons. ad Apoll. p. 359. T. VII. Philostr. V. Soph. II. 1, 5. p. 551. Julian. Epp. XV. 20. Longin. XVI. 2. Duobus postremis locis codd. παιώνιος praeferunt, quod Galen. de Sem. I. 10. p. 198. T. III. Origen. c. Cels. II. 444. F. Procl. in Theol. XVI. 41. et alias saepe invenitur, sed poetarum atticorum metris revincitur v. Walz. ad Rhett. Gr. T. I. 11. Andronymicum est Παιώνιος Paus. V. 10, 2. ut Παιάνιος Eutropii interpres; mendose Παιώνειος Diog. II. 113.

[3]) Sic in ceteris quoque terminationibus; περδίκειος v. Suid. δελφά-

Dies halcyonidas Aelianus H. Ann. I. 36, 9. ἀλκυονείας appellat, ubi cod. ἀλκυονίας. Ad ultimum ille oblitus est barytonorum, quae eadem vocalem in declinatu corripiunt, ἁρμόνιος[1]), ἀξόνιος, δαιμόνιος, περιβραχιόνιος, περικιόνιος, στημόνιος, τερμόνιος, μνημόνιος. Pro postremo quidem codd. Pollucis μνημόνειος exhibent, sed ea forma metusiasticis reservanda videtur ut μεμνόνεια κρέα, et temenicis τὸ Μεμνόνειον, quanquam in hoc quoque libri multifariam fluctuant v. Interpp. ad Herod. V. 53. Jacobs. ad Aelian. p. 457. sq. denique possessivis andronymicis. Suidas Ἀγαμέμνων, καὶ ἀγαμεμνόνειος οἶκος καὶ ἀγαμεμνονεία ναῦς. Sic scribitur ἀγαμεμνόνειος πηγή Philostr. Heroicc. XVIII. 691. ἀγαμεμνόνειος δαίς Sophocl. ap. Eusth. 1507, 64. ἀγαμεμνόνεια[2]) χείρ Etym. M. 461, 44. ἀγαμεμνόνειον γένος Dio Cass. XXXV. 11. ἀγαμεμνόνεια φρέατα Eusth. 461, 13. minus recte ἀγαμεμνόνια ap. Hesychium. In Tragicorum diverbiis semel, nisi fallor, ἀγαμεμνόνειος legitur Iph. T. 1290. in canticis saepius ἀγαμεμνόνιος, ut ἀμφιόνιος Phoenn. 831. et in Cyri Epigr. II. 4. τυφαόνιος Nonn. XIII. 320. XLV. 211.
119 ὀφιόνιος XLI. 362. ἀμαζόνιος XVII. 6. [στημόνιος Theophr. 117.] ἰασόνιος Theocr. XXII. 31. Nonn. XXX. 250. Strab. XI. 526. ἠιόνιος Aesch. Suppl. 66. Epigr. Adesp. CCCCLXXXVII. 254. πανδιόνιος Append. Epigr. N. 192. ἰξιόνιος Hom. Il. XIV. 317. quod Eustathius p. 989, 6. dicit σημειῶδες μὴ διὰ τῆς ει γραφέν, quae vulgatior est in sermone soluto scribendi ratio. Haec inter pullulat tertia terminatio, ἀγαμεμνόνεος, quod quater apud Homerum legitur et in Agathiae Epigr. XLVIII. Anth. P. IX. n. 631. [ὀφιόνεος Opp. Cyn. II. 237.] κιόνεος Nonn. XVIII. 81. Paraphr. V. 2. ubi Passovius χιονέην scripsit, et saepius χιόνεος, nec raro νῆσοι χελιδόνεαι Lucian. [Amorr. T. II. 295.] Navig. §. 7. p. 161. T. VIII. Aristid. Panath. p. 153. et 169. Encom. Rom. p. 200. T. I. Himer. Or. II. 29, 416. quae vulgo Chelidoniae vocantur in utroque sermone, ab Herodiano autem χελιδονιαὶ ὡς πυρκαϊαί

κειος, σκυλάκειος, κοράκειος etc. quia metusiastica sunt, in scriptura multo magis sibi constant, quam φοινίκιος, ὀμφάκιος, κυλίκιος, quorum significatio aut diversa aut ambigua est. Ac gentilicia quoque Βεβρύκιος, Θρᾴκιος, Ναρύκιος, et localia Ἀνακεῖον, κυλικεῖον, φυλακεῖον, rarissime depravantur a librariis.

[1]) Hoc ipsum non extat sed composita παναρμόνιος etc. nec patronymicum Ἁρμονίδης potuisset existere nisi, ut ἴδμων, ἥμων, φράδμων, sic ἅρμων quoque in usu fuisset.

[2]) Hanc accentus notationem probant Buttmannus Gramm. §. 60. Adn. 1. et Dindorfius Praef. Corp. Scenn. p. XXI. rejicit Hermannus Opusc. T. III. 308.

Eustath. ad Dionys. 504. et Arcad. 99, 15. ubi *χελιδονιὰ δῆμος* scriptum pro *νῆσος*, sed ficus chelidoniae rectius *χελιδόνειοι* scribi videntur[1]). — A nominibus in *ην* exeuntibus quae producuntur adjectiva, eorum et numerus est exiguus et scriptura constans, *αὐχένιος*, *λιμένιος*, *ποιμένιος*, *σειρήνιος*, *γερήνιος*, si tamen *γέρην* illud, quod Grammatici afferunt, usitatum fuit: nam *Γερήνιος* non magis huc pertinet quam *ἑλλήνιος* et similia. Neque plus difficultatis exhibent ceterae terminationes praeter eam, cujus causa in hanc ingressi sumus disputationem. Schol. Ven. *Φ*. 471. ita tradit, adjectiva, quorum ortus a substantivis generis neutrius in *ος*, accentum in antepenultima, diphthongum in penultima habere, *ὀνείδειος*, *τέλειος*, *ἔλειος*, *ὄρειος*, cum exceptione eorum quae aut alpha in antepenultima habent, *πελάγιος*, *πάγιος* (scr. *ἅγιος*), *θάλπιος* (scr. *Θάλπιος*), aut duas consonas sic positas ut una sit syllabae primae finalis, altera secundae initialis, *ἑρκεῖος*, *Ἀργεῖος*, quorum posterius Stephanus s. h. v. alia ratione amolitur: *οὐ παρὰ τὸ Ἄργος οὐδέτερον, ἦν γὰρ διὰ τοῦ ῑ, ἀλλὰ παρὰ τὸν Ἄργον, τὸν κτίστην.* [V. Eust. 217, 42. Schol. Pind. Ol. VII. 33.] Exemplis regulae subnexis Schol. Z. 348. addit: *τέγεος ὡς τέλεος· τέγος γὰρ ὡς τέλος καὶ τέγειος* 120
ὡς τέλειος. Eustathius insuper p. 1343, 22. *γήρειος*, *κήδειος*, *κήτειος* [Opp. Hal. V. 43. Nonn. XVIII. 251.], pro quo nonnulli *χήτειος* invexerunt Od. *Λ*. 521. v. Schol. et Lehrs. de Aristarch. p. 155. Omittunt vero *ἔτειος*, *θάλειος*, *κτήνειος* Orig. c. Cels. IV. 546. B. *θέρειος*[2]), *σκύτειος*[3]), neque oxytoni *ἀφνειός*, quod a nomine neutro repetere solent, mentionem habuerunt. Ad exceptionem praeter *ἅγιος*, quod plerique tamen a verbo *ἅζω* derivant v. Arcad. 197, 27. Etym. M. 144, 5. pertinet *τενάγιος*, ab Eustathio additum p. 1144, 37. sed quod p. 1144, 30. a nonnullis adjectivum *ἄλγιος* in hunc numerum referri dicit, is positivus commenticius est; neque *σελάχιος* fidei satis habet v. Jacobs. ad Aelian. H. Ann. XV. 11. quem fugit Artemid. II. 14, 167. Duo autem illa, quae propter consonantes excepta sunt, *Ἀργεῖος* et *ἑρ-*

---

[1]) Plutarch. V. Cim. XII. et XIII. *ἐντὸς Χελιδονίων*, ut a *Χελιδόνιοι*. sed hoc gentis est nomen. [*Χελιδονίη ἄκρη* Quint. Sm. III. 234. *Ἄρτεμις Χιτωνέα* et *Κιθωνέα* addit Meinekius Progr. 1843. p. 45.] [Stephanus: *Ἕρμος ὡς ἕρκος οὐδέτερον· ὁ δημότης Ἕρμειος*. De *νύχιος*, *σπάτειος*, *ἐλέγχειος* dicetur alibi.]

[2]) *Θέριος*, quod Lexicographi nostri susceperunt, a conjectura profectum parum probabili.

[3]) In Stesichori Fr. VII. 63. certum est Athenaeum *σκύφειος* sive *σκύπφειος* legisse non *σκυφίον*, ut Kleinius voluit, sed incerta originatio, quia *ὁ σκύφος* dicitur et *τὸ* —.

κεῖος, Choeroboscus Anecd. p. 1339. b. et Eustathius p. [487, 30.] 1930, 30. artificiosius excusant, circumflexum ex diastasi aeolica repetentes, ut *ἀχρήϊος*, *ἀχρεῖος*. Sed hoc vix comprobavit Herodianus, qui diaeresi sublata non semper perispasin consequi monuit ap. Eust. p. 217, 42. id quod confirmant exempla *αὐλεΐος*, *Ἀχιλλεΐος*, *βασιλήιος*, *ἀρήιος*, quae, quum contrahuntur, proparoxytona fiunt. His quoquo modo explicatis unum restat regulae incongruens, *τεμένιος*, quod Eustathius p. 149, 10. a Sophocle ab eam causam assumtum putat, quia, si *τεμένειος* diceretur, e tribus continuis syllabis eadem resonaret vocalis. Sed vox polysyllaba eademque poetica excusationis nihil indiget. Ex his vero Grammaticorum exemplis et praeceptis clare cognoscitur, adjectivum *ἕρκιος* et illis ignarum et a proportione abhorrens esse; nam a nominibus, quae cum *ἕρκος* conferri possunt, nulla producuntur adjectica nisi in *εῖος*. Idque validius est argumentum quam vel poetarum auctoritas vel codicum indicia. Sed quod ad scripturam vocabuli attinet, hactenus sit satis dictum. *Κίων ἑρκείου στέγης*, ut Scholiasta ait, vel tibicinem
121 significat, qui tecti trabem fulcit, *τὸν τὴν ὀροφὴν ὑπερείδοντα κίονα* Plut. V. Rom. c. XXVIII. Paus. VI. 9, 3. quem Aeschylus Agam. 897. *ὑψηλῆς στέγης στῦλον ποδήρη* vocat, vel quamlibet aliam columnam in aula tentorii positam. Is consuetus alligandis noxiis locus: *προςδεθεὶς κίονι ἔλαβε πληγὰς πολλάς* Artemid. I. 78. p. 114. *δήσαντες πρὸς τὸν κίονα αὐτὸν ἐμαστίγουν* Aeschin. c. Tim. p. 83. eodemque modo Lysias Fr. XLV. 407, 4. Hyperides ap. Poll. III. 80. qui omnes masculino sunt usi *ὁ κίων*, ut et Arist. Vesp. 105. Aristot. Nicom. X. 3. 1174, 24. Schol. ad h. l. *ὁ κίων ἀρσενικῶς, παρὰ δὲ τοῖς Ἴωσιν ἡ κίων καὶ πολλὰ ἕτερα ἀρσενικῶς γραφόμενα θηλυκῶς οὗτοι προφέρουσι.* Schol. Pind. Ol. I. 10. *ἡ αἰθὴρ παρὰ τοῖς Ἴωσιν ὡς ἡ κίων καὶ ἡ Μαραθών. οὐ πάντα δὲ τοιαῦτα ἰωνικά ἐστιν· ἐπεὶ καὶ οἱ Ἀττικοὶ πολλὰ τῶν ὀνομάτων ἀρσενικὰ ὄντα θηλυκῶς ἐκφέρουσιν.* Idem genus Atticis tribuit Etym. M. s. v. nec video quomodo Lexicographi nostri contrarium tueri possint.

V. 109. *Τί δῆτα* — hunc versum profert Atticista in Villoisoni Anecd. p. 83. sed mendose *μὴ δῆτα* scribit, quod est exordium versus 111.

V. 110. *Μάστιγι φοινιχθεὶς θάνῃ.* Eudocia p. 200. *ἑρκεῖον τὸ περίφραγμα τῆς αὐλῆς* (hoc *ἑρκίον* dicitur) *Σοφοκλῆς πρὶν ἂν δεθεὶς πρὸς κίονα στέγης μάστιγι φοινιχθεὶς θάνῃ.* Perstat in opinione vetere Bothius vv. 109. et 110. in unum contrahendos esse omissis verbis *τὸν δύστηνον ἐργάσει κακὸν μάστιγι*, sic ut Minerva pronunciet *τί δῆτα*,

sequentia Ajax, nimirum quia absurdum sit dicere *nolo eum mori priusquam flagellatus moriatur.* Id in Ed. Pr. dixi stichomythiae lege refutari; quodque ille dici posse negat, saepe dictum esse Neuius ad Bacchyl. Fr. p. 34. aptissimis demonstravit exemplis Trach. 1135. *τέθνηκε πρὶν ἐξ ἐμῆς θανεῖν χερός*, et Phil. 1329. *παῦλαν ἴσθι μήποτ' ἐντυχεῖν πρὶν ἂν νόσου μαλαχθῇς τῆςδε*, quibus Bernhardy ad Dion. 898. abutitur in causa multum dissimili. In eadem fabula
v. 1225. Neoptolemus, quum Ulixi interroganti *ἡ δ' ἁμαρτία* 122
τίς ἦν; respondere deberet *ἥν σοι πιθόμενος ἄνδρα δόλοις εἷλον*, pro indicativo substituit participium *ἑλών*, ex interposita Ulixis oratione tacite repetens *ἔπραξα ἄπρεπες ἔργον — ἑλών.* Talia vix excusatione egent, sed Graecis multo duriora exciderunt, quae ferimus solum *propter bis mille annos.*

V. 112. *Χαίρειν τἄλλ' ἐγώ σ' ἐφίεμαι*, hoc est, *de ceteris, omnia, quae vis, fieri cupio,* quod cum usitata amandandi formula *χαίρειν σὲ κελεύω* verbis congruit, sententia discrepat, quippe sejunctum ab aspernationis significatione, quae illi non nativa quidem sed usus quodam arbitrio adjuncta est. Vix mentione dignum quod La. *Γ.* Aug. B. Dresd. A. exhibent *ἔγωγέ σ'* —

V. 114. *Ἐπειδὴ τέρψις ἥδε σοι τὸ δρᾶν.* Sic maxima pars codd. et Ald. in uno Pariss. *ὧδε*, quod codd. *ΓΘ.* Heidelb. et Lips. B. adscriptum probatumque est Musgravio[1]). Hermannus veterem scripturam retinens, articulum verbo additum explicandi vim habere censet, *τουτέστι τὸ δρᾶν* vel *τὸ δρᾶν λέγω*, Matthiae ad Hipp. v. 49. *τὸ δρᾶν* sc. *τοῦτο*, pro quo pronomen ad *τέρψις* relatum esse, quemadmodum Hermannus v. 453. *ὥςτ' ἐν τοιοῖςδε βοτοῖς* pro *ὥςθ' ὧδε ἐν βοτοῖς* dictum putat; sed certa hujus translationis exempla desunt. Sicut Oed. C. 766. *ὅτ' ἦν μοι τέρψις ἐκπεσεῖν χθονός* positum est pro *τερπνόν*, adaeque hoc loco dicere potuisset, *ἐπειδὴ τοῦτό σοι τερπνόν ἐστι, τὸ δρᾶν,* vel etiam *ἐπειδὴ τούτῳ τέρπῃ, τῷ δρᾶν, τουτέστι τῷ ἐνεργεῖν κατὰ τοῦ Ὀδυσσέως καὶ, ὥςπερ ἀρτίως ἔφηςθα, τῇ χειρὶ χρῆσθαι.* Sic Thucydides I. 32, 4. *ἡ δοκοῦσα σωφροσύνη, τὸ μὴ ξυγκινδυνεύειν.* Ergo post *σοί* posui comma, quia cogitatio paullulum suspenditur.

V. 115. *Ὧνπερ ἐννοεῖς.* Schol. Rom. et cod. La. *γράφεται ἐννέπεις*, ab hariolatione profectum.

---

[1]) Eadem dubitatio de Theocr. XVI. 23. *οὐχ ἅδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις*, ubi multi codd. *ὧδε*.

V. 118. *Ὁρᾷς Ὀδυσσεῦ* — Hunc et duos insequentes versus affert Suidas s. *Προνούστερος*.

123 V. 119. *Τίς ἂν σοι τἀνδρὸς ἢ προνούστερος*. Wakefieldius Silv. III. 63. emendabat *τίς ἦν*. Cod. *Γ. τούτου τίς ἀνδρῶν ἄλλος ἢ* — *Θ*. Mosq. AB. Heidelb. Jen. et Suid. l. c. *ἦν προνούστερος*. Anecd. Bekk. p. 111. et Photius: *Προνούστερος ἀντὶ τοῦ προνοητικώτερος· Σοφοκλῆς Αἴαντι μαστιγοφόρῳ*. Positivo *πρόνους*, quem Scholiastes Barocc. *ἄχρηστον* esse dicit, usi sunt Aeschylus Suppl. 982. Herodotus VII. 113. Eusebius Stob. X. 130, 29. ubi *προνοός* editum; Atticis scriptoribus inusitatus est.

V. 120. *Ἢ δρᾷν ἀμείνων εὑρέθη* — affert Suidas s. *Καίρια*. Elmslejus ad Med. 190. hic quoque *ηὑρέθη* suum praeponit, Bekkerus ap. Plat. Gorg. 514. B. et aliis locis *ηὕρισκον*, hic codicum auctoritate, ille, quod aliquoties legitur, ubique restituere obstinatus; qua de re quae ad Phryn. p. 140. dixi, confirmarunt alii v. Siebelis ad Paus. T. III. 372. Dindorf. ad Ar. Pac. 129. Poppo ad Thuc. I. 58.

V. 121. *Ἐποικτείρω δέ νιν δύστηνον ἔμπας, καίπερ ὄντα δυςμενῆ*. Hos vv. et duo subsequentes Suidas apposuit s. *Ἄτη*, secundum s. *Ἔμπης*, utrobique *ἔμπης*, ut in codd. omnibus et Edd. vett. legitur; *ἔμπας* Heathii admonitu e Scholiis restituit Brunckius. Quum Sophocles v. 563. spondei vitandi causa breviore *ἔμπα* usus sit, dubitari potest an hic quoque, ut fieri solet in penthemimeri v. ad v. 441., trochaeum praetulerit. Post *ἐποικτείρω δέ νιν*, comma in Edd. vett. deest; appositum rursus expunxit Schaeferus, Hermannus reduxit, *ἔμπας* proxime ad *δύστηνον* referens, ***miserum tamen etsi inimicum***. Mihi comma aut nullo loco aut post *ἔμπας* ponendum videtur; in cod. *Θ*. distinctio quae vocatur media, post *δύστηνον* apposita, junctis *καίπερ ἔμπης*, sicut Schaeferus ap. Dem. c. Callipp. 1241, 10. *ὅμως καίπερ* indistincte scribi jussit hoc loco comma inter *ἔμπας* et *καίπερ* relinquens.

V. 123. *Ὀθούνεκ'* — Sic in Ed. Pr. pro vulgato *ὅθ' οὕνεκ'* scripsi ob eas rationes, quas ad Phryn. p. 657. a falsa viri docti suspicione vindicavi [1]). Signo coronidis, quod Pas-
124 sovius in Lex. Gr. s. h. v. desiderat, minus opus est in vocabulo composito, cui communis consuetudo significationem

---

[1]) Schol. ad 1052. *ὅθ' οὕνεκα, ἐκ παραλλήλου*. Moschop. ad Hes. Opp. 113. *νόσφιν ἄτερ, ἐκ παραλλήλου*. Schol. ad Oed. T. 1463. *χωρὶς ἄνευ, ἐκ παραλλήλου*. cui conferri potest *χωρὶς ἰδίᾳ* Demosth. p. 155. 10. Horum tamen nulli similis est conjunctionum *ὅτι οὕνεκα* parallelismus, neque magis quae Matthiae Gramm. §. 636. apponit, *τίνος δὴ χάριν ἕνεκα, βοτανῶν ἕνεκεν χάριν*. Sed illis fortasse *ἦμος ὅτε* ante oculos fuit.

simplicis conjunctionis tribuit. *Τοὔνεκα* tam diu et in ipsis Grammaticorum libris hoc modo scriptum esse permirum est, quum jam veteres docuerint, nomen relativum, sive ut nunc loquuntur, correlativum esse v. Etym. M. p. 641, 44. Apollon. de Pron. p. 72. A. cf. Aglaoph. p. 498. Sed mirabilior est Reisigii opinatio Comm. ad Oed. v. 980. *ὁθοὔνεκα* ex *ὅθι οὕνεκα* compositum significare *ubi id est cujus causa quidque sit;* ergo h. l. *miseret me Ajacis ea in parte in qua est id, cujus causa miser est.* Tanti nova dicere non emam. *Συγκατέζευκται* cod. *Θ.* et Planudes in Anecd. Bachmanni T. II. 61. quod recepit Hermannus. [cf. Goettl. ad Hesiod. T. 88. *τὤμισυ* ad Opp. 559. *ὁθούνεκα* Matth. Gr. p. 1495.]

V. 125. *Ὁρῶ γὰρ* — Hunc totum locum usque ad finem v. 132. ad se transtulit Suidas s. *Εἴδωλον*, sex primores versus Stobaeus Tit. XXII. 22, 188. quatuor 125—128. Schol. Ven. *Ε.* 449. Secundo similem profert idem Stobaeus Tit. XLVIII. 4. *Σοφοκλῆς Αἴαντι, Ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον*, quae vulgo ex Ajace Locro petita putant. Ajacem nescio quis ap. Clementem Strom. L. II. 64. ita loquentem facit

Πῆμα δ' οὐδὲν ἐλευθέρου
ψυχὴν ἔδακνεν ἀνδρὸς ὡς ἀτιμία.
οὕτως πέπονθα καί με συμφορᾶς ἀεὶ
βαθεῖα κηλὶς ἐκ βυθῶν ἀναστρέφει
λύσσης πικροῖς κέντροισιν ἠρεθισμένον.[1])

quae Grotius inter Sophoclea retulit p. 461. nonnulli propter
furoris mentionem ad Ajacem pertinere crediderunt. Atque 125
huic fabulae Scholiastes Aristid. T. II. 143. nominatim adscribit, quae nullo modo ei conveniunt: *τὸ δειλίας γέρας ἀκίνδυνον Σοφοκλῆς ἐν Αἴαντι μαστιγοφόρῳ λέγει. Αἴας γὰρ εἰ δειλὸς ἦν καὶ μὴ θρασὺς, εἴληφεν ἂν γέρας τῆς δειλίας τὸ μὴ κινδυνεῦσαι αὐτοχειρίᾳ.* Sophoclem si constaret fabulam retractasse, haec unde provenerint, haud difficile esset ad suspicandum. Nunc Grammatici errorem quam temporis injuriam accusare malo. Ed. Pr. Quod Osannus affirmat (Ueber Sophocles Aias p. 130.) me, quum haec scriberem, a suspicione veri non procul afuisse, id a me longe deprecor; nam suspicionem istam duplicis recensionis et olim parum firmam judicavi et cognitis, quae Osannus pro ea dixit, funditus repudio. De proverbio *δειλίας γέρας ἀκίνδυνον* dictum est in Aglaoph. p. 67.

---

[1]) Bothius in primo versu *πῆμα δ' οὐδ'* — Schaeferus ad Bos. p. 215. *οὐδὲν δὲ πῆμ'* — ipse olim *οὐδὲν ὧδ'* — correxi; *συμφορᾶς* pro *συμφοροῦσ'* apta est Bothii emendatio, quam praecepit Suevernius v. Comment. ejus *Ueber einige Anspielungen* etc. p. 28. Sic *κηλὶς συμφορᾶς* Oed. T. 833.

V. 127. *Ὑπέρκοπον μηδέν ποτ' εἴπῃς.* Recte hoc Scholiastes refert ad Ajacis superbiam v. 767. et seqq. testatam, quam vel Cyclicorum carminibus vel scenicorum fabulis divulgatam, certe Sophoclis spectatoribus notam fuisse credi licet; cetera quae narrat ex Tragodumenis sumta, Ajacem noctuae signum gentilicium clypeo insculptum erasisse, deam ipsam, quum pugnaturo opem suam offerret, de curru detrusisse, ea si cognita fuerunt poetae, certe a re aliena judicavit. Pro *ὑπέρκοπον* apud Stobaeum l. c. surrepsit *ὑπέρογκον*, apud Schol. Ven. *E.* 449. qui vv. 125 — 128. affert, *ὑπέρκομπον* quod ipsum codd. nonnulli h. l. substituunt. Blomfieldius ad Sept. v. 795. statuit *ὑπέρκομπος* esse formam novitiam ex *ὑπέρκοπος* auctam interpositu literae *μ*, ut *ὄμβριμος*, *ὄμπνιος*, pro quibus rectius attulisset *στυφοκόμπος* v. Dindorf. ad Avv. 1288. *δοξοκομπεῖν* Dio Chr. LXVI. 347. v. Bast. Add. ad Longin. p. 644. *δημοκόμπος, δειλοκομπεῖν*, quae merito vituperantur. Sed opinionem ipsam falsam puto. *Ὑπέρκομπα* quae sunt et *ὑψίκομπα*, eadem *ὑπέρκοπα* ***immoderata et enormia*** dici possunt, sed non contra; in illis praeverbium et nomen perinde valent; in hoc praevalet praepositio, obscurata quodammodo compositi parte altera, ut *μεσό-*
126 *κοπος*[1]), quod quidam ita interpretantur *ὁ μέσου κόμματος ὤν*, fortasse recte, dummodo non a moneta translatum putetur sed a *περικοπῇ* sive circumcaesura (filo) corporis; nam dicitur illud proprie de statura, tum de aetate et specie in universum. Adjectivum *ὑπέρκοπος*, quod viri docti suspectant ut ex *ὑπέρκοπος* depravatum v. Matthiae ad Herc. 1059. [Hermann. Opusc. V. 153.] tueri videntur cognata, quibus aut sola mali ingruentis notio inest, ut *πρᾶγος νεόκοτον* Aeschyli et quotidianum *παλίγκοτος*, aut ne haec quidem sed indefinita modi significatio, sic ut *ἀλλόκοτος γνώμη τῶν πάρος* ***diversa priori sententia*** Philoct. 1191. nihil aliud significat quam *διάφορον* v. Corais ad Heliod. p. 146. et *ἰδιόκοτος* idem est quod *ἰδιόρρυθμος* v. Hesych. s. *Ἰδιόκοιτον.* Idem et Zenobius *Δίχολοι γνῶμαι κατὰ μετάληψιν, χόλος γὰρ ἡ ὀργή, ὀργὴ δὲ ὁ τρόπος.* Ergo, ut breviter complectar,

---

[1]) Passim *μεσοκόπος* scribitur v. Schweighaeus. ad Athen. IV. 177. F. T. II. 659. sed falso, nec simile hoc est paroxytonis *δημοκόπος, δοξοκόπος* etc. cf. Corais *Στοχασμ.* p. 72. in quibus significatio verbi activa, quanquam alio traducta, clare tamen apparet, sicut neutralis in *προκόπτειν*, quod cum *προτύπτειν, ὑπερπαίειν, ἀντιπαίειν* (adversari), *ἔμπαιος, πρόσπαιος*, comparandum videtur. In *ζηλότυπος, ἁλίτυπος, χαμαιτύπη, ἀβολεῖν (συμβάλλειν), ἀντιβολεῖν (ἄντεσθαι), συνηβολίη*, manet originis nota, sed in *μοιχοτύπη, καλαμοτύπος, χαμαιτυπής* (si pro *χαμαίζηλος* valet), *ὀξυβολῶ (ὀξέως ἀκούω* Suid. cf. *εἰκοβολῶ), μεμψιβολῶ, μετάδουπος*, non minus obscuratur quam in *εὐκόπως πέττειν, εὐκοπίᾳ τροφῆς* Agatharch. de M. R. p. 30. T. I.

ὑπέρκομπος propriam habet gloriationis significationem, unde transfertur ad res splendide exaggeratas, *ὑπέρκοπος* vero et *ὑπέρκοτος* immodicum et vehemens denotant.

V. 129. *Μηδ' ὄγκον ἄρῃς μηδέν'* — Sic plerique codd. Stobaeus l. c. Suidas Kuesteri l. c. et Eustathius p. 807, 20. qui *ὄγκον αἴρειν* ex h. l. affert; *ἄρῃ* vero exhibent La. Ven. Θ. Mosq. A. Aug. C. Lips. AB. ut vett. Edd. Stobaei atque Suidae. Significationem sibi sumendi sive animo concipiendi habet utraque forma; activa v. 75. *δειλίαν αἴρειν*, Iph. A. 1598. *θάρσος αἴρειν*, Musaeus v. 243. *ἄλγος ἀείρειν* [1]), media Diod. XXXI. p. 127. *πένθος ἤρατο*, Theocr. V. 20. *ἄλγος* 127
ἀροίμην, Oppian. Cyn. II. 63. *δῆριν ἀείρασθαι* etc. Ed. Pr.

V. 130. *Ἢ χειρὶ βρίθεις ἢ μακροῦ πλούτου βάρει.* Verba *εἴ τινος* — *βρίθεις* profert Eustathius p. 54, 28. *Βάθει* legitur ap. Stob. et Suid. ll. cc. in Γ. La. Ven. et plerisque aliis; *βάρει* Aug. A. Jen. Heidelb. Ald. et inter lineas Mosq. A. *γρ. βάρει*, quorum optio difficilis. Pro illo afferri potest, quod Hermannus monet, *βάθος* aliunde translatum esse quam *βρίθω*, ideoque sermoni poetico convenientius videri quam *βάρος*, quod in eadem metaphora consistit (*ἐμβριθὲς καὶ βαρύ* Plat. Phaedon. p. 81. C. cf. Fischer. p. 340.) *βάρει* quum olim praeferrem, hanc habui rationem, quod *βάρος πλούτου* et *ὄλβου* apud poetas leguntur Iph. T. 419. El. 1297. sed *βάθος πλούτου*, *βαθὺς πλοῦτος* et *βαθύπλουτος* vulgari usu trita sunt v. Interpp. ad Ep. ad Rom. XI. 33. [Ellendt. Lex. Soph. T. I. 286. *πλουτεῖν βάθιον* Tyrt. Fr. III. 6. *πλοῦτος βαθύς* Iulian. Or. II. 82. B.] *Μακρός* h. l. non opus est pro *βαθύς* accipi, quemadmodum *φρείατα μακρά* interpretantur v. Eustath. p. 192, 46. sed valet pro *μέγας* ut *μακραὶ οὐσίαι* Aristot. Pol. VI. 4, 3. p. 255. ed. Schneid. *μακρὰ δόξα* Aelian. V. H. I. 23. *ἀριθμοῦ μάσσονα* Pind. Nem. II. 36. *μήκιστον τεράων* Apollon. IV. 1364. *μήκιστος πλοῦτος* Emped. v. 420. qui v. 355. *μῆκος* pro *μέγεθος* dixit ut Sophocles Ant. 393. et contra Demosthenes p. 496, 18. *χρόνος τοσοῦτος τὸ πλῆθος* pro *μῆκος*; Aelian. H. An. XIII. 18. *τῷ πλήθει τῆς ἀλκῆς* eaque ratione nomina dimensionum, magnitudinis et multitudinis, qualitatis et quantitatis, mensurae et ponderis, crebro inter se, nec mirum, permutantur, *ὀλίγος κοῦρος* pro *μικρός* Ammon. p. 103. v. Valck. *βούπαις πολλός* Apollon. Arg. I. 760. *Σπάρτη*

---

[1]) Sed *φρόνημα αἴρων εὐήνιον καὶ σώφρον* Philostr. Herr. XI. p. 718. et *ἄφρονα μῆτιν ἀείρειν* Agathias Ep. LIII. p. 22. T. III. animi elationem assignificat, ut *ὑψοῦ αἴρει θυμόν* Oed. T. 914. *animos sustulit* Plaut. Truc. II. 8, 10.

πολλὴ pro *μεγάλη* Theocr. XXII. 156. cf. Wernsdorf. ad Himer. Ecl. XX. 3, 271. *βραχεῖς* pro pauci Polyb. IV. 19, 10. Euseb. Demonstr. L. II. 72. D. Nicet. Ann. VII. 8, 127. B. Niceph. Greg. Hist. IX. 4, 250. F. et apud veteres *βραχέα* oppositum *τῷ πολλά* v. Schoemann. ad Isaeum p. 185.
128 *μετρεῖν* pro *ἀριθμεῖν* et *ἀμέτρητοι* pro *ἀνάριθμοι* v. Jacobs. ad Anth. Pal. p. 47. *pondus* apud Latinos pro *copia*, *quanti* pro *quot* etc. Ab his vero acyrologiae exemplis, quae certis notionum generibus continentur, multum distat et abusio praedicatorum subjectis suis inconvenientium et inconsequentia metaphorae ab alio genere translationis in aliud transeuntis. In utroque veteres sibi multa indulserunt nostris scriptoribus inconcessa: sed haec in certum ordinem redigi nequeunt. Pindarus Nem. VI. 45. *ὦτ' ἀπὸ τόξου ἱεῖσ' εὔθυνε — οὖρον ἐπέων*, non minus licenter loquutus est quam illi qui, ut Quintilianus ait, quum initium a tempestate sumserunt, incendio aut ruina finiunt; *λῦσαι δ' ἐκ πυρσὸν ἔρωτος* Orph. Arg. 1330. *ἀνάψει νέφος οἰμωγῆς* Eur. Med. v. 107. et sic item alia. Quod ad conjunctionem disparabilium attinet, ea aut contra naturam est ut *ἀλφὸς μέλας* Anecd. p. 386. *νεβρῆ παρδαλέη* Orph. Arg. 451. *μολυβῆ κεραμίς* Athen. XIV. 621. A. *κέραμος ἀργυροῦς* VI. 229. C. *πυξὶς χαλκῆ* Galen. de Comp. Med. p. Loc. II. 584. T. XII. vel *κερατίνη* Alex. Trall. I. 10, 35. quae Proculus in Crat. c. 83. p. 44. *ψευδωνύμως* dici tradit *τῆς ὕλης μεταπεσούσης*, et compositi parte obliterata *ἱπποκόμος τῶν καμήλων* v. Valcken. ad Herod. VI. 129. Alia contra usum, *σιμοὶ τὴν κνήμην* Heliod. III. 1, 108. *κυλλὸς ποῦς, χεὶρ χωλή* v. Philemo Techn. p. 209. Schol. Arist. Av. 1386. Eq. 1094. Verum haec in transcursu tractari non possunt.

V. 131. *Ὡς ἡμέρα — τοὺς κακούς.* Eustathius de Ism. II. p. 70. *τοὺς γὰρ σώφρονας θεοὶ φιλοῦσι καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς.* Ed. Pr. Inutilis et supervacanea est correctio viri docti in Diario Class. A. MDCCCXV. p. 254. *ὡς ἦμαρ ἓν —*

V. 134. 135. *Τελαμώνιε παῖ, τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου.* Musgravius omissis *τῆς ἀμφιρύτου* ut supervacaneis, systema anapaesticum, si vulgarem in describendis versibus morem sequimur, a monometro inducit, quod perrarum est, *ὦ φάος ἁγνόν* Soph. El. 86. ex Hermanni descriptione, *δύστανε γύναι* Med. 357. *ὦ τέκνον, ὦ ξέναι* Iph. A. 1276. *ὦ παῖ, τί θροεῖς* Hipp. 212. Vulgatam satis stabi-
129 liunt Suidas s. *Βάθρον*, Lydus d. Mag. L. I. p. 14. Schol. Eur. Phoenn. 246. Grammaticus in Anecd. Bachm. p. 369. et in Append. Greg. p. 680. Ac si Musgravius dubitavit an insula *ἀγχίαλος* dici non possit, id refellitur Gemini exemplo,

qui in Epigr. V. 256. T. II. Anth. Pal. IX. n. 288. eidem Salamini hoc epitheton tribuit, ipsoque insulae hujus situ, quae tam prope a litore abest, ut *ἀγχίαλον* magis quam *ἀμφιθάλαττον* vel *πελαγίαν* nominari conveniat. Accedit, quod Hermannus et Bothius subjiciunt, fieri posse ut poeta urbem Salaminem *ἀγχίαλον* dixerit, quanquam haec ratio non convenit in Lemnum, quae ab Aeschylo Pers. 885. inter *ἀγχιάλους* refertur, etsi urbem cognominem non habet. Ed. Pr. Quod Bothius conjecturam olim a se propositam *βάθρον ἀγχίαλον*[1]), qua duo epitheta diversis adjunguntur subjectis, contra Elmsleji reprehensionem ad Heracl. 750. ipsius reprehensoris exemplo defendit, poterat sane locupletiores testes citare, Euripidem Hel. 408. *οἶδμα πόντιον γλαυκῆς ἁλός*, Iph. A. 165. *ἀμφὶ παρακτίαν ψάμαθον Αὐλίδος ἐναλίας*, Herc. 364. *τὰν ὀρεινόμον ἀγρίων Κενταύρων γένναν*, et Sophoclem ipsum Trach. 848. *ἀδινῶν χλωρὰν δακρύων ἄχναν*, quibus in locis nihil obstabat, quo minus duo uni nomini accumularentur epitheta; postremo poetas epicos Hesiod. Theog. 566. *ἀκαμάτοιο πυρὸς τηλέσκοπον αὐγήν*, Theocr. XXV. 10. *ἱερὸν θείοιο παρὰ ῥόον Ἀλφειοῖο*, Nonn. I. 300. *κωφὸν ἀδουπήτου μέλος ἠχοῦς*, aliosque. Saepe tamen Graeci non solum duo sed quatuor et amplius epitheta uni adaggerarunt substantivo. Hom. Od. IX. 322. *νηὸς ἐεικοσόροιο μελαίνης φορτίδος εὐρείης*. Il. XI. 32. *ἀμφιβρότην πολυδαίδαλον ἀσπίδα θοῦριν καλήν*. Hesiod. Scut. 250. *κῆρες κυάνεαι — δεινωποὶ βλοσυροί τε δαφοινοί τ' ἄπλητοί τε*. Aesch. Ag. 155. *μίμνει γὰρ φοβερὰ παλίνορσος οἰκονόμος δολία μνάμων μῆνις τεκνόποινος*. Si vero duo epitheta totidemque substantiva pa- 130
rili inter se convenientia obversarentur, persaepe iis ne in mentem quidem venisse arbitror aequabilis partitionis, nisi vel metri ratio vel concinnitatis admonuisset. Ergo Elmslejanus canon a Porsono, ut videtur, acceptus v. Hermann. ad Hec. 423. obstat quidem ne viris eximiis credamus, Eur. Hipp. 76. *ἀκήρατον μέλισσα λειμῶν' ἠρινὸς διέρχεται* scribendum esse pro *ἠρινόν*, *ne λειμών duo epitheta habeat*, *nullum autem μέλισσα*, qua ratione ducitur Matthiae ad El. 829. prorsus autem non eo valet ut vel receptas lectiones immutare vel ancipites dijudicare possimus. Nec in Iph. T. 12. *χιλίων ναῶν στόλον Ἑλληνικὸν συνήγαγ'*, veterum Edd. scripturae *Ἑλληνικῶν* viri docti praeferre dubitarunt.

---

[1]) Wunderus ait idem requirere Kaemmererum ad Hymn. Hom. p. 146. quod verba *ἀγχίαλος* et *ἀμφίρυτος* uni nomini tribui non possint. Libro illo per bibliopolas nostros uti non licuit, sed hoc certe non dubitari puto, quin bimaris Corinthus et *ἀμφίκλυστος* dici queat et *πλησίαλος*.

V. 136. *Σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω.* Hunc versum et duos sequentes promit Suidas s. *Ζαμενής* et *Κακόθρους.* Schematis Oropii et exempla compluscula et causas varias afferunt veteres; primum loco parum opportuno Il. VI. 479. *καί ποτέ τις εἴπῃ ἀνιόντα*, unus quidem Scholiastarum antiptosin causatur, qualis sit *γυναῖκα μαζόν*, alius *ἰδών* supplet; repugnat tertius *οὐ λείπει τὸ ἰδὼν ἀλλ' ἔστι συνήθης Ἀττικοῖς ἡ φράσις· Εὐριπίδης Ῥήσῳ* (390.) *χαίρω σ' εὐτυχοῦντα, καὶ Ὅμηρος* (Il. XIII. 352.) *ἤχθετο δαμναμένους.* Tum ad Il. IX. 77. *τίς ἂν τάδε γηθήσειε — οὐ λείπει τὸ ὁρῶν, ἀλλ' ἔστι παλαιὰ συνήθεια. Ἀριστοφάνης* (Ach. 15.) *ἀλλ' ἕτερον ἥσθην, καὶ Κρατῖνος* (Fragm. p. 43.) *γέγηθα τὸν ἄνδρα, καὶ ἔστιν ἐξ ἀντικειμένου οἷον, τίς οὐκ ἂν κλαύσειε.* Iidem cum Il. XIII. 353. *ἤχθετο δαμναμένους* conferunt Eupolideum *ἤδη γὰρ Ἀρίσταρχον στρατηγοῦντ' ἄχθομαι.* Postremo Eustathius Homerum, quum scriberet *γηθήσει νῶι προφανείσα* Il. VIII. 378. vel casum pro casu posuisse vel praepositionem *διά* omisisse censet [v. Spitzner. ad Il. VI. 479. *χρίμπτοντες ἑὸν χαίροντες ὄλεθρον* Opp. Hal. V. 534.]; Suidas autem s. *Χαίρω σε* usus Euripidis loco Sisyph. Fr. III. *χαίρω σε ἐλθόντα τόν τε μιαρὸν ἐξολωλότα,* rationem constructionis non addit sed schema Oropicum vocari narrat, omissum illud a schematum scriptoribus, Tryphone et Lesbonacte. Ex nostris Grammaticis Brunckius ad Phil. 1314. et Elmslejus ad Iph. T. 930. Oed. C. 1119. par-
131 ticipia *ὁρῶν* et *ἀκούων* omissa putant; quae si omitti licuisset, procul dubio saepius et in vulgari quoque sermone et post alia etiam verba irascendi et indignandi premerentur, quoniam notiones eas continent, quae sponte se in animum audientis insinuant. Sed praeter Heliod. VIII. 16, 128. *ἥσθην ἀπαγγελθέντα μοι τὸν νεανίαν,* nullum mihi apud Atticistas exemplum reperisse videor, nedum apud Atticos ipsos [1]). Schaeferus autem ad Bos. p. 26. nihil subaudiendum esse dicit, sed accusativum ex ipso verbo pendere, quasi haec legitima sit et ordinaria syntaxis aut non legitima sine explicatione admitti possit. Huic tamen assensus Buttmannus ad Phil. l. c. Wakefieldianis exemplis demonstrat, Romanos *pallere, ardere, pavere,* cum quarto composuisse casu atque Statium adeo *gaudet bella, gaudet fata suorum* dixisse; quorum illa prorsus aliena sunt, quia pallere aliquem non pro-

[1]) In Aesch. Ag. 1103. (1066.) *μαρτυρίοισι τοῖσδ' ἐπιπείθομαι κλαιόμενα τάδε βρέφη*, utique *ὁρῶσα* suppleri potest, sed et *μαρτυρεῖ* et alia, estque haec non grammatica ellipsis sed rhetorica, quam nos notis orationis abruptae et concisae significare solemus. [*ἠχθόμην τὴν ἀναβολὴν* Achill. Tat. IV. 1.]

prie dicitur, ut *χαίρειν*, sed per translationem, ut *πτήσσειν*, *ἐκπλήττεσθαι*, *ἄχθεσθαί τινα*, quae more solito constructionem eorum verborum sequuntur quorum vices sustinent; a Statianis autem graeca hoc differunt, quod omnia participium adjunctum habent, et quae paullo ante memoravi, et Eur. Dan. Fragm. VII. (IV.) 148. ceteraque a Matthiaeo Gramm. §. 414. p. 758. §. 555. p. 1088. collecta, excepto uno sed parum certo *γέγηθα τὸν ἄνδρα*, quod quum extra ordinem afferatur, omissi a Grammatico participii suspicio gliscit. Homericum *τίς ἂν τάδε γηθήσειε* non magis ad causam pertinet quam *ταῦτ' οὖν ὁ Ἀρταξέρξης ἔχαιρε* Plut. V. Pelop. c. XXX. *ταὐτὰ λυπεῖσθαι καὶ ταὐτὰ χαίρειν* Demosth. p. Cor. 323, 6. *τὰ κοινὰ χαίρων μόνος* Eur. Ion. 361. ac latina *id laetor, id doleo* v. Interpp. ad Sall. Cat. LI. 29. Illud autem Oppian. Cyn. I. 127. *βότρυν ἡμερίδων θλίβων ἐπιλήνια χαίρει*, cum *γαμήλια χρεμέθει* I. 341. comparandum itaque accipiendum videtur quasi *ἐπιλήνια χάρματα χαίρει* significetur, *er feiert die Kelterfreuden,* quod latine dici pot- 132
est *torcularia gaudia gaudet,* ut *Saturnalia vivit* et similia, quae in Dissert. de figura etymologica produxi. Nec ab hoc multum abest Statianum illud *bella gaudet*, id est bella ejus deliciae sunt, quod multo plus significat quam bellis gaudet; et Aesch. Choeph. 440. *χαίρουσα πολύδακρυν γόον,* quorum omnium nihil cum *ἐπιχαίρω σε εὖ πράσσοντα* conferri debet. Quare, si quis huc potius inclinet, ut hanc constructionem *τῷ ἀντικειμένῳ*, quod isti vocant, assimilatam credat, suo jure uti videbitur. Ego magis arbitror asyntaxiae rationem rhetoricam esse, non grammaticam. Nam infinitivum hic ferri non posse, perspicuum est; requiritur participium *σοῦ μὲν εὖ πράσσοντος*, sed quia, quod sequitur *σὲ δ' ὅταν ζαμενὴς* —, sententiae summam continet, hic accusativus pronomen praecedens in sui similitudinem traxit. — Verbum *ἐπιχαίρω*, quod Ammonius de *ἐπιχαιρεκάκῳ* dici jubet, hoc loco de *ἐπιχαιραγάθῳ* positum est ut *ἐπίχαρτος* Agam. 704. Trach. 1263. Alciphr. II. Ep. 4.

V. 139. 140. *Μέγαν ὄκνον ἔχω καὶ πεφόβημαι, πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας.* Primum versum expromit Eustathius in Ep. XV. Opusc. 323, 12. Tria prima verba affert Grammaticus in Etym. Gud. 647, 38. quatuor postrema Suidas s. *Πελειάδες*. In his Piersonus Veris. L. l. c. I. corrigebat *φήνης ὡς ὄμμα πελειάς*, utique incaute inconsulteque, licet assensi sint Valckenarius ad Phoenn. p. 152. et Musgravius; *ὑπόπτεροι πέλειαι* Philoct. 289. *πετεινοὶ οἰωνοί* Aesch. Sept. 1022. *πτηναὶ χῆνες* Anall. T. IV. 258. *πτηνοὶ ὄρνιθες* Arist. Avv. 1084. Eur. Troad. 148. quibus adjiciendum *ἰχθύες*

ἄνανδοι Soph. Fr. Inc. XLII. Neque Brunckio concedo *ὄμμα πελείας* nihil aliud significare quam ipsum *πέλεια*, sed Sophocles cogitate ita scripsit, quod animi metus maxime oculorum nictatione proditur, quare *οἱ σκαρδαμυκταί* timidi putantur Arist. Physiogn. p. 154. Hinc est quod Hesychius *καταμεμυκέναι* interpretatur *ἀποπτῆξαι* (scr. *ὑποπτῆξαι*) et Philostr. V. Apoll. IV. 11. 242. *κατέμυσεν ἄν τις πρὸς ἐνίας αὐτῶν ὑπ' ἐκπλήξεως*. In contrarium vergit *βλέπειν ἀσκαρ-*
133 *δάμυκτον* Arist. Eqq. 292. similiter ut *ὀρθοῖς* seu *ἀνεφγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέπειν* Plut. de Tranq. T. II. 476. E. Dionys. Antt. L. XI. 722. B. et simplicius *ἀντωπεῖν* atque *ἀντοφθαλμεῖν* v. Bentlej. ad Horat. I. Od. 2, 18. Ed. Pr. Epithetorum otiosorum usus jam multos multo ante Piersonum offendit. Scholiastes Flor. ad Eur. Or. 1383. *ἀδολεσχία τὸ σιδαρέοις ξίφεσι*, quo idem poeta utitur Hec. 719. solus Tragicorum. Galenus de Comate c. III. 656. T. II. *οὐκ ἦν τῶν ματαίως τὰ ὀνόματα ἐπιτιθέντων οὗτος ὁ ἀνὴρ* (Hippocrates) *οὔτ' ἀνοήτως πρόςκειται τῇ καταφορᾷ τὸ νωθρά, οὔτε φησὶν ὥςπερ Ὅμηρος ὑγρὸν ἔλαιον καὶ γάλα λευκὸν μηδενὸς ἕνεκα διορισμοῦ· καὶ γὰρ πᾶν γάλα λευκὸν καὶ ἔλαιον ὑγρόν*, quod crimen a caro capite, Homero, propulsare annititur Porphyrius in Schol. ad Il. IV. 434. sed praetermittit, quod maxime ad rem erat, epitheta non solum ad distinctionem pertinere sed vel maxime ad emphasin et enargiam, ut *εἰλίποδες βοῦς*, *θηλύτεραι γυναῖκες* et similia. Aequior Galeno Aristoteles Rhetor. III. 3, 453. D. *γάλα λευκόν*, quo non Homerus solum sed etiam Pindarus, Aeschylus, Theocritus usi sunt, poetis condonat, oratoribus interdictum; nec illi displicuisset *νίφα λευκήν*, *λευκὴ χιών* apud Hesiodum, Sophoclem et Theocritum (*albas nives* Lucr. VI. 736.) *ὑγρὰ ἅλς* et *ὑγρὰ θάλασσα* apud Aeschylum, *ὑγρὸν πέλαγος* Pind. P. IV. 40. quae Homericum *κύματα ὑγρά* subsequuta sunt, hisque assimilata *νοτερὸν ὕδωρ* Ion. 146. *ἅλς ἁλμυρά* Troad. 67. [*ῥυτὴ ἅλς* Aesch. Agam. 419. *ῥυτοὶ νασμοί* Eurip. Hipp. 653. *ῥυτὰ ὕδατα* Aristot. Meteor. 2, 1.] Nec Quintilianus, de appositorum convenientia disserens VIII. 6, 40. *humida vina* in poeta reprehendit, sed *apud oratorem*, inquit, *nisi aliquid efficitur, redundat.* Atque nostri quoque poetae illis quidem, quae diuturno usu eviluerunt, abstinere solent, alia vero his paria et similia minime aspernantur, in utroque rationibus quibusdam reconditis ducti, quae verbis concipi nequeunt. Sed *τετρασκελὴς μόσχος* Eur. Phoenn. 742. et *quadrupes equus,* si ita scripsit Ennius Ann. VII. 82. dubito num antiquis Criticis placuerint; neque minus abhorrere videntur apposita a synonymis ducta *ἅλς πελαγία* Pers. 425. *ἅλς ποντία*

Hel. 129. Herc. 397. *ποντιὰς ἅλμη* Pind. N. IV. 59. *πέλαγος ἅλιον* Hec. 938. Androm. 1013. et *πέλαγος νοτίας ἅλμης* 134
Hipp. 149. *ἁλὸς ἐν πελάγεσσι* Hom. Il. XXXIII. 15. Hoc tamen loco non praetereundum est, primum prae ceteris Euripidem poetarum ante Nonnum verbosissimum, hisce usum esse tomentis, deinde fieri posse, ut, quae nobis unum idemque significare videntur, veteres momento quodam distinxerint, quod maxime apparet in *ἅλς* et *πέλαγος*. Ac fortasse ille, quum *νοτερὸν ὕδωρ* diceret, non *τὸ ἴδιον τοῦ ὕδατος*, ut Technici loquuntur[1]), sed praesentem aquae lustralis usum significare voluit, quemadmodum Hercules a Theocrito XXV. 143. *εὔσκοπος* nominatur *ὡς τότε τοιοῦτος ὤν*, hoc est, quia cum maxime oculos ad occursum tauri intentos habet, quae temporaria epitheta opponuntur fixis et perpetuis, ut Venus etiam quum belligerat, *φιλομμειδής* dicitur v. Schol. Il. Υ. 40.

V. 141. *Τῆς — νυκτός*, hinc excerpsit Suidas s. *Φθιμένης*.

V. 143. *Σὲ τὸν ἱππομανῆ λειμῶν' ἐπιβάντ'* — Haec verba apponunt Etym. M. et Suidas s. *Ἱππομανής*. Pessime Eustathius p. 1524, 48. *ἱππομανὴς Αἴας ὁ πάνυ μανιώδης*. Melius Scholiasta *τὸν ἱππομανῆ λειμῶνα ἐφ' ᾧ οἱ ἵπποι μαίνονται*. Heathius *ἱππόνομον* emendat. Ed. Pr. Alia correctio est *τὸν ἱππόμαχον*, quam praebet cod. Suidae l. c. ap. Porsonum Adv. p. 183. Brunckius, Musgravius et Wakefieldius conferunt *πεδία ὑλομανοῦντα, δένδρα φυλλομανοῦντα, θαλλομανοῦντα* et *καρπομανῆ*, quibus addi possunt verba *χορτομανεῖν* et *χερσομανεῖν*, *vites triferae quas ob id insanas vocant* Plin. XVI. 27. *μάχλος ἄμπελος* Aesch. Fragm. CCCV. eoque evincere student *λειμῶνα ἱππομανῆ* esse vel equis vel gramine luxuriantem. Posterius vehementer abhorret, prius Hermannus probavit; quanquam metaphora paullo audacior videtur, quia e campo equi non pullulant et exuberant ut ex agro et arbore frondes foliaque; neque facile quis campum Asium *κυκνομανῆ* dixerit. Nos Scholiastae 135
accedimus, *λειμῶνα ἱππομανῆ* pratum significare equis pervulgatum sive quod equi persultant et perfurunt, ut Virg. Georg. II. 487. *virginibus bacchata Lacaenis Taygeta,* quod verbum de feris montivagis usurpat Lucretius V. 822. *animal omne quod in magnis bacchatur montibus passim;* neque negabit quisquam, montes feris bacchatos *ὄρη θηρομανῆ* dici potuisse. Passivam significationem habent etiam *θεομανής* et *ἡλιομανής*, sed aliter temperatam. *Thrace bello furiosa*

---

[1]) Schol. Theocr. I. 57. *τὸ δὲ λευκοῦ γάλακτος τὸ ἴδιον τίθησιν· οὕτω καὶ μέλαν σκότος*.

apud Horatium τὴν ἀρειμανῆ vel δοριμανῆ significare videtur intellectu activo.

V. 145. *Βοτὰ καὶ λείαν* — non significat, quod Guil. Schneidero videtur, duo diversa pecudum genera, propria et rapta, sed idem est quod v. 55. *ποῖμναι καὶ ξύμμικτα λείας*, omisso autem epitheto propius accedit ad schema, cujus C. Stolbergius, primus inter Germanos Sophoclis interpres, mentionem fecit, *τὸ ἓν διὰ δυοῖν.* Irridet hoc Heynius ad Georg. II. 192. parum reputans neminem sanum hodie sic loqui *date mihi pateram et aurum* pro *auream pateram.* Quod ille dicit convenientissimum esse, ut vocabulo minus definito accurationis explanationis causa adjiciatur aliud, id quadrat ad ejusmodi locos: *corvorumque greges ubi aquam dicuntur et imbres poscere* Lucret. V. 1084. cf. Cortium ad Sallust. Cat. Exc. II. 398. *δύςκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν* Eur. Med. 220. id est *famam inertiae* cf. Matthiae ad Troad. 1028. *πυρὶ καὶ στεροπαῖς* Oed. T. 470. *δρόσου βιβλίνου τε πώματος* Ion. 1213. *ἴστω σίδηρος ὅρκιόν τέ μοι ξίφος* Phoenn. 1671. *ὑπὸ τοῦ πολέμου καὶ τῆς ὁμίχλης* Arist. Eqq. 810. *χαλεπαὶ λαβεῖν μὴ οὐ χρόνῳ καὶ πολιορκίᾳ* Demosth. p. 379, 8. *ὁ ἰατρὸς προςφέρει δηγμοὺς καὶ φάρμακα* Plutarch. V. Pericl. c. XV. *προςθεμάτων καὶ αἰδοίων* Clemens Strom. III. 553. et quod a nostra dicendi consuetudine longius abhorret, *ἀρχὴ πάλιν καὶ σύννευσις ἐγένετο τῶν πώλεων πρὸς ἀλλήλας* Polyb. II. c. 40. pro *ἀρχὴ συννεύσεως.* [Haec paucis sed scienter exposuit Mehlhornius in Dissert. de Schemate *ἀπὸ ποινοῦ* p. 7.] Sed fit interdum ut vocabulum, quod ex Heynii praescripto subsequi debebat, praeponatur ut Iph. A. 715. *ἥξει Σιμόεντα καὶ δίνας ἀργυροειδεῖς.* [*Θέμιν Ζῆνά τε* Eur. Med. 169. *Ζηνὸς Θέμιν* ib. 208.] Aesch. Eum. 242. *πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν*
136 *ἐκμαστεύομεν*, neque semper explicationi sed etiam exornationi et amplificationi hoc modo inservitur; id quod manifestissimum fit hujusmodi exemplis: *τοῖς ἀγελάρχαις μέμφομαι, ὅσοι τὰς ἑαυτῶν ἀφέντες ἀγέλας μέλει ποιμαίνειν καὶ σύριγγι πληγὴν ἀπειλοῦσι καὶ μάστιγα* Himer. XV. 2, 674. Nulla enim sunt pastorum carmina praeter fistulae modos, nec verberantur pecora nisi flagello, sed bis idem dixit rhetor, quo plenior fieret oratio et rotundior. Alias materia a materiato separatur: *στιβὰς ἐστρωμένη τάπησι καὶ πορφύρᾳ* Themist. Or. XXII. 238. quod non licet amoliri sic ut Horatianum *sine aulaeis et ostro; ναῦς ἐκ πεύκης καὶ ξύλων πεποιημένη* Arist. Eqq. 1310. quod ad similitudinem exochae accedit; aut continens a contento: *δός μοι πάγχρυσον τεῦχος καὶ λοιβὰν νεκρῶν* Iph. T. 165. quo multo durior est ob inversum verborum ordinem Alexidis oratio Athen. XIV. 621. E.

τούτῳ δότε πτισάναν καὶ τρυβλίον. Haec si quis inter se contenderit, haud difficulter intelliget, plerumque copulari vocabula idem aut fere idem significantia vel ad numeros complendos vel amplificationis et correctionis causa vel negligentia quadam incustoditi sermonis, qua plerique omnes ducimur inscii; idemque, si apud Euripidem legerit Heracl. 957. *εὗρες ἄνδρας καὶ πόλισμ' ἐλεύθερον*, vel Hel. 230. *ἐν ἁλὶ κύμασί τε*, vix sensum figurati sermonis capiet; mirabitur paullulum *lyra et chordae* Pers. VI. 2. sed ut Plutarchum V. Pelop. c. XXII. *ἵππος ἐξ ἀγέλης καὶ πῶλος* pro *ἵππου πῶλος* dixisse credat, aegre sibi persuaderi sinet. Est etiam ubi zeugmatis species intercurrat, ut Artemid IV. 82, 395. *ἐλαίῳ καὶ ἐρίῳ χρισάμενος κατὰ τοῦ στήθους.* Sed principalis hujus schematis causa in eminentia quorundam epithetorum posita videtur, quae ita animum advertunt ut subjecto non subjuncta sed conjuncta et coordinata videantur. Atque hoc modo nescio an Theocritus Id. XV. 6. scripserit *παντᾷ κνημῖδες, παντᾷ χλαμυδηφόροι ἄνδρες*, quemadmodum Juvenalis, qui XVI. 24. *caligas offendere* usurpavit pro centuriones, idem pluribus verbis dicere potuisset *caligas et centuriones.* Multo tamen frequentior est ille, de quo ante dixi, parallelismus synonymorum, apparetque in omni vocabulorum 137
genere: *ζῇ τε καὶ φάος βλέπει* Pers. 297. *ζώντων Ἀθηναίων καὶ ὄντων* Demosth. 248, 25. quae qui legerunt miror cur haereant in Helen. 538. *ζῶντα φέγγος εἰςορᾶν*, Bacch. 593. *οὔτ' ἔθιγεν οὔθ' ἥψαθ' ἡμῶν*, quae verba a Themistio saepius conjungi ostendit Dindorfius p. 34. eodemque modo *θίξις καὶ ἁφή* Sext. Hyp. III. 6, 143. *βοᾷ καὶ κέκραγε* Demosth. 294, 29. Lys. c. Sim. p. 97, 15. aliisque locis plurimis v. Abresch. Thucyd. p. 684. quorum quum unus solus innotuisset Schneidewino in Ibyc. p. 3. incidit in conjecturam mirabilem, Athenaei verbis *ὁ Ἴβυκος βοᾷ καὶ κέκραγε* declarari ibycis aviculae clamorem. *Ἠρεμέειν καὶ ἀτρεμέειν καὶ μὴ κινέεσθαι* Hipp. de Morb. Mul. II. 824. T. II. *λῆγε γόων καὶ παῦε* Epigr. Adesp. DCLXI. et maxime verba et nomina affectuum: *ἥδεσθαι καὶ τέρπεσθαι* Arist. Plut. 288. Artem. I. 79, 74. (120.) *ἥδονται καὶ γήθονται* Sext. c. Eth. p. 710. *ἥδεσθαι καὶ χαίρειν* Demosth. 384, 20. *γέγηθα καὶ χαίρω* Epicharm. Ath. VI. 236. *χαίρει καὶ γέγηθε* Iulian. Or. III. 122. D. Plut. de Is. c. 54. p. 178. Liban. Decl. T. I. 257. Philo. de Sacrif. Abel. p. 179. A. *γηθοσύνης καὶ χαρᾶς* idem de Plant. Noe p. 238. A. *γήθους καὶ χαρᾶς* Lucian. Salt. §. 9. [*βοῶν καὶ κεκραγώς* Dio Cass. LXXVI. 14. *ὀρρωδεῖ καὶ δέδιε* Theophyl. Hist. II. 11, 47. B. *χειὰς καὶ χηραμούς* Aristid. Or. III. 20. *δώροις καὶ δωρεαῖς* Philostr. V.

Soph. II. 10, 580. ubi utriusque vocabuli discrimen traditur.] *πεφόβηται καὶ δέδοικε* Plat. Euthyphr. 12. C. *φόβοι καὶ δείματα* Thucyd. VII. 80. *φόβος καὶ δέος* Herodo. IV. 115. Hipp. de Morb. sacr. p. 607. T. I. et saepius Demosthenes v. Schaefer. T. III. 477. *φρίκη καὶ φόβος* Plut. V. Pelop. c. XXVII. et si qua alia animo commoto vel animi commovendi causa geminantur, *δέρχθητ' ἐςίδεσθε* Aesch. Prom. 140. *σκέψασθε καὶ θεωρήσατε* Dem. 629, 26. v. Krueger. ad Phil. I. 3, 3. *δέομαι καὶ ἀντιβολῶ καὶ ἱκετεύω* Isaeus p. 26, 44. denique *φονεύετε, καίνετε, ὄλλυτε* Orest. 1302. *ἴθι, ἵκου, ἐλθέ* Aesch. Pers. 656. Neque ab affectu plane sejunctum est Homericum *εἰ ἔλθοι καὶ ἵκοιτο*, quo Artemidorus Prooem. L. IV. 309. ad demonstrandum synonymorum pleonasmum utitur, sed otiosa geminatio est *ἥκει καὶ κατέρχεται* Lucian. Philop. §. 28. sumtum illud ab Aeschylo, quem Aristophanes iculariter, serio et studiose Gellius defendit XIII. 24, 7. *ὁρᾷ καὶ βλέπει* Plat. Legg. IX. 857. D. *ἀλῶνται καὶ πλα-*
138 *νῶνται* Aelian. H. Ann. IX. 53. *ἀλήτης καὶ πλάνης* XII. 32. aliaque tautologiae exempla, quibus non amplificatur sententia sed oratio fit exaggeratior modulatiorque. His operae est conferre vocabulorum conjugatorum compositionem interdum paronomasiae causa quaesitam, primum verborum, *προςκαθεδεῖται καὶ προςεδρεύσει* Demosth. p. 14, 15. *ἐπιμελεῖσθαι καὶ τημελεῖν* Plat. Legg. XII. 953. A. *στροβεῖ καὶ στρέφεται* Julian. Or. II. 85. B. *υἱοὺς ἐφύτευσε καὶ ἐξέφυσε* Lesbonax Protrept. p. 171, 7. *ἐρεσχελεῖ καὶ ἐρεθίζει* Themist. XVIII. 224. A. deinde substantivorum: *ἐπιβήτορες ἠδ' ἐπιβῆται* Orac. ap. Jo. Lydum de Mens. III. 5, 88. *δαλοῖς καὶ δᾳσί* Plut. V. Paull. Aem. c. XVII. *ὠδῖσι καὶ ὀδύναις* Themist. IX. 574. A. *δορὰν καὶ δέρμα* Philo de Anim. idon. sacr. p. 844. A. tertio adjectivorum *ἄτιμ' ἀτίετα* Aesch. Eum. 363. *διεσπαρμένους καὶ σποράδας* Plut. de Def. Oracc. XXXVIII. 362. postremo adverbiorum *ἄνωθεν ἀνέκαθεν* Aesch. Choeph. 421. *ταχὺ καὶ ταχέως* Arist. Eccles. 1211. quorum nonnulla viris doctis suspicionem glossae praebuerunt; *pudor et pudicitia, fides atque fiducia, sine modo et modestia* [1]). Alia non conjugata sed synonyma arbitrio quodam usus quotidiani coaluerunt, ut *καινὰ νεά τε (ἄχη)* Aesch. Pers. 663. quod injuria sollicitari ostendit Themistii exemplum Or. XXV. 310. A. *καινόν τι καὶ νέον*, et latina *novus ac recens* v. Doeder-

---

[1]) Alia quaedam collegit et cum agnominationis exemplis domesticis composuit Grimmius in *Savigny Zeitschrift* T. II. p. 41. Eodem pertinent asyndeta *purus putus, novus novitius*, de quibus egit Gellius VI. 5. [*nuperus novitius* Plaut. Capt. III. 5, 60.] sed quae Gronovius hic attulit, *sarta tecta, pransus paratus,* nihilo magis huc conveniunt quam *ruta caesa*, *accensi velati* etc.

lein. Synon. T. IV. 95. contrariumque *vetus atque antiquus, prisci et veteres*, *παλαιὸν καὶ ἀρχαῖον* Lys. c. Andoc. 107, 51. *ἀρχαῖα καὶ παλαιά* Liban. Decl. T. I. p. 209. Aristot. Metaph. XII. 8, 744. E.[1]) quorum nominum discrimen tra- 139
dit Demetrius de Eloc. c. 175. p. 72. *ἀρχαῖοι ἐντιμότερον ἢ παλαιοί*, neque negari potest, de vocabulis idem valere quod de foliis dici solet, nullum unum alteri perfecte simile esse, sed haec discrimina plerumque delitescunt. Itaque etiam Sophocleum illud *βοτὰ καὶ λείαν*, et quod infra legitur *μῆλα καὶ ποίμνας* v. 1061. *δεσμὰ καὶ βρόχους* Iph. T. 1411. ad sententiae gravitatem vel evidentiam nihil conferunt.

V. 148. *Τοιούςδε — πλάσσων.* Affert hunc versum Suidas s. *Ψιθυρίζει.* Etym. M. 819, 2. *κυρίως ἐπὶ τῶν ψευδομένων τὸ ψιθυρίζειν λαμβάνεται.*

V. 151. *Εὔπειστα λέγει.* La. pr. *Γ.* Harl. Jen. et duo Brunckiani *εὔπιστα,* a Brunckio et Porsono Adv. p. 183. probatum; ceteri *εὔπειστα*, quam lectionem exprimit Glossa *εὐκόλως πειθόμενα.* Id ego in Ed. Pr. recepi, quia ut *ἄπιστα* et *δύςπιστα* dicuntur, quae natura sua a fide abhorrent, sic *εὔπιστα* dici par est quae sua sponte et per se probabilia sunt, *εὔπειστα* vero, quae facile aliquibus persuadentur. Apparet autem famam, quae de Ajace increbuerat, familiaribus ejus tam non credibilem quam ab adversariis cupide creditam esse. Adjeci in Aesch. Ag. 124. *στρατόμαντις ἰδὼν δύο λήμασι δισσοὺς Ἀτρείδας μαχίμους*, legendum videri *λήμασι πιστούς* ut Pers. 55. *τοξουλκῷ λήματι πιστούς*, et Simonid. Epigr. XXXVIII. *εὐτόλμῳ ψυχᾶς λάματι πειθόμενοι*, id est, *πιστεύοντες τῷ ἀφ' ἑαυτῶν εὐψύχῳ*, ut Thucydides loquitur II. 39. Haec in Ed. Pr. Nunc *εὔπειστα* ab omnibus receptum est, nec injuria; quanquam vocabula conjugata facile non solum a loquentibus sed etiam inter scribendum commutantur. Simplex *πειστόν* non in usu fuisse videtur, sed *πιστόν* dicitur etiam pro *πιθανόν*, ut Antiph. p. 122, 41. *τοῦτο πιστότερον ἢ ἀληθέστερον σύγκειται*, ubi magis temporaria *πεῖσις* quam certa *πίστις* significatur. *Πειστικός* vero saepius legitur Plat. Legg. IV. 723. A. Dionys. de Dinarch. I. 631. T. V. Sext. c. Rhett. p. 303. Heliod. III. 9. Dio Chr. XVIII. 481. quod ut Stephanus Xenophonti reddi jussit, Polluci IV. 21. Salmasius, Menandro Meinekius p. 202. ita 140
erunt fortasse qui Stob. Ecl. II. 7. 236. Diog. IV. 12. Orig.

---

[1]) Timaeus p. 54. *αὔην καὶ ξηράν, παραλλήλως εἶπεν· ἔστι δὲ ταὐτόν.* Hesiod. Theog. 233. *ἀψευδέα καὶ ἀληθέα.* Apollon. III. 967. *ἄνεῳ καὶ ἄναυδοι.* Plato Legg. X. 902. A. *ὦ ἄριστε καὶ βέλτιστε.* Sed Hesiodus Opp. 4. *ἄφατοί τε φατοί τε, ῥητοί τ' ἄῤῥητοί τε* hac gravi verborum copia dignitatem et magnificentiam rei, quam tractat, scienter adumbravit.

c. Cels. IV. 411. F. VI. 676. F. Dio Chr. XVIII. 481. et quibuscunque locis *πιστικός* legitur pro *πειστήριος, πιθανός*[1]), eandem medicinam adhibendam putent, facilem sane et probabilem propter iotacismi contagionem, ancipitem tamen, quia *ὁ τὸ πιστὸν ἔχων* vel *παρέχων* idem dici potest *πιστικός,* ad fidem faciendam aptus, et quia nomina ipsa *πίστις* et *πιστός* a communi analogia dissident; neque enim *πευστικός* et *ἐπιληστικός* cum *πιστικός* accurate congruunt. Apud Plutarchum de discr. adul. c. XXIX. *τὸ κακοηθὲς καὶ ἄπειστον*, scribendum est *ἄπιστον*, et ap. Euclidem Stob. Flor. VI. 65. p. 86. *ὁ μὲν ὕπνος ἐστὶν εὔπιστος καὶ ῥᾴδιος ἀποφυγεῖν, ὁ δὲ ἕτερος (θάνατος) — ἄπιστος καὶ ἀπαραίτητος*, priore loco *εὔπειστος*, altero *ἄσπειστος* vel *ἀπαράπειστος*, ap. Aristot. Physiogn. c. V. 809, 36. *δυσπαράπιστον* mutandum in *δυςπαράπειστον*, nec ferri potest *δυςανάπιστον*, quod complures codd. exhibent Plat. Parm. 135. A. — Quod ad Aeschyli emendationem attinet, ei facile renuntiarem, si quis demonstraret, *δισσός* pro diversus dici.

V. 151 — 153. *Καὶ πᾶς — χαίρει — τοῖς σοῖς ἄχεσιν καθυβρίζων.* Haec verba repetit Suidas s. *κλύει.* Hermannus *χαίρει καθυβρίζων* conjungit sublato commate. *Καθυβρίσας τοῖς ἄνθεσι* Plut. Symp. VII. Quaest. VIII. 4. *τῇ θυσίᾳ* Paus. IV. 27, 1. *τῷ στρατῷ* Herodo. I. 212. Similiter *καταγελᾷν* cum dativo construitur v. Fisch. ad Well. IV. 192.

V. 155. *Οὐκ ἂν ἁμάρτοι.* La. pr. et fortasse Suidae codex ap. Pors. Adv. p. 184. *ἁμάρτοις*, in quod Elmslejus conjectura deductus est, non animadverso, subjectum ipso participio significari, ut Hesiod. Opp. 12. *τὴν μὲν ἐπαινήσειε νοήσας*, id est, *εἴ τις νοήσειε.* — Nec minus gratuita Wakefieldii conjectura Silv. T. III. 67. *κατὰ δ' αὖ τις ἐμοῦ.* Ed. Pr.

141 V. 157. *Πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντ' ὁ φθόνος ἕρπει.* Hoc versu utuntur Schol. Thucyd. VI. 78. Schol. Pind. Ol. VI. 124. Schol. Aristid. p. 111. ed. Fromm. Etym. M. s. *Ἀμέγαρτον*, Suidas s. *Ἰσίς* et *Φθόνος*, Eustath. p. 992, 4. et cum sex seqq. Stobaeus Tit. XLIII. 18, 241. *Πρὸς τὸν εὖ ἔχοντα* substituunt Simplicius in Epict. c. XXVI. 313. et Schol. Aesch. Suppl. 498. Praeivit Pindarus Nem. VIII. 37. *ἅπτεται φθόνος ἐσλῶν ἀεί κ. τ. λ.* Ed. Pr.

V. 159. *Σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται.* Suidas: *Ῥῦμα φυλακή· χαλεπὸν πύργου ῥῦμα πέλεται, τουτέστιν εὐτελὴς* (Schol. *ἐπισφαλής*) *φυλακὴ πόλεως.* Imo nihil aliud sig-

[1]) Artemid. II. 33. 198. *γυνὴ πιστικὴ καὶ οἰκουρός* nullo modo addubitandum est. [De adjectivo *πιστικός* v. Winer. Gramm. N. T. p. 86.]

nificat quam simplex *πύργος*. Alcaeus ap. Schol. Aesch. Pers. 349. (Matthiae Fr. XII. 21.) *ἄνδρες γὰρ πόλεως πύργος ἀρήιος*, pro quo *πύργοι* substituunt Schol. Oed. T. 60. et Liban. Decl. T. II. 288. Ed. Pr. Hermannus secundum Scholiastam interpretatur *munimentum civitatis*, quod amplecterer si *πύργων* scriptum esset; ut nunc est, *πύργου ῥῦμα* non aliter dici videtur quam *ἀσπίδος ἔρυμα* Iph. A. 189. et cauda sciuri *σκέπας αὐτορόφοιο μελάθρου* Oppian. Cyn. II. 588. hoc est, *περιφραστικῶς*. Homo autem, qui turris instar alios protegit, et *ῥῦμα πύργου* sive *πυργοειδές* vocari potest, hoc est, tutamen, quale terres praebent, *ein Thurmschutz*, nec minus apposite *πύργος ἐρύματος*, *ein Schutzthurm*; illud proprie, ut delicata vestis *στολὶς τρυφῆς*, hoc ex metonymia, ut Aegisthus a Clytaemnestra dicitur *ἀσπὶς θράσους* Agam. 1483. Ajacem ipsum Homerus *πύργον* Achaeorum vocat Od. XI. 556. quod Eustathius p. 105, 11. *πυργοειδὲς ἔρυμα* interpretatur. [*πύργος θανάτου contra mortem* Ecclesiastes XX. (XXVI.) 22. *πύργος ἀνίης* Apollinar. Psalm. 31, 13. *ἀσπίδα κράτους* Sirac. XXIX. 13.]

V. 160. 161. *Μετὰ γὰρ — ὑπὸ μικροτέρων*. Sententiam hujus loci adumbravit rhetor in Thessali Presbeut. p. 846. T. III. *ἑτέρως ἕτερα ἡ τύχη ταχύνει* (fort. *κρατύνει*) *καί ποτε μικρῶν μεγάλοι προσεδεήθησαν καὶ οἱ κάρτεροι δι' ἀσθενείας σωτηρίας ἔτυχον*, et Clemens Ep. ad Corinth. I. c. 37. p. 27. in Bibl. Gall. T. I. *οἱ μεγάλοι χωρὶς τῶν μικρῶν οὐ δύνανται εἶναι, οὔτε οἱ σμικροὶ δίχα τῶν μεγάλων·* ejusdemque obscura memoria ductus Nicolaus verba Thucydidis I. 76. *τὸν ἥσσω ὑπὸ τοῦ δυνατωτέρου κατείργεσθαι*, Sophocli 142
tribuit Progymn. c. IV. 282. T. I. ubi mendose editum *κατειργάσθαι*. Pro *μικροτέρων* cod. Tricl. *μικρῶν*.

V. 165. 166. *Χἡμεῖς — ἀπαλέξασθαι σοῦ χωρὶς, ἄναξ*. Hos vv. affert Suidas s. *Ἀπαλέξασθαι*, tangit Zonaras T. I. 256. Grammaticus in Excc. Etym. Gud. 633, 27. *ἀπαλέξασθαι ἀντὶ τοῦ ἀπαλεξήσασθαι παρὰ Σοφοκλεῖ*. Ultimum *ἄναξ* a Triclinio proscriptum deest in codd. et Editt. hujus familiae, revocatum ab Heathio et Dawesio Miscc. p. 224. Ed. Pr.

V. 167. *Ἀλλ' — ἀπέδραν*, affert Thomas M. s. *Ἀπέδραν*. Ed. Pr.

V. 168. 169. *Παταγοῦσιν ἅτε πτηνῶν ἀγέλαι, μέγαν αἰγυπιὸν δ' ὑποδείσαντες τάχ' ἂν — πτήξειαν ἄφωνοι*. De his summa Criticorum dissensione certatur. In codd. et Edd. vett. legitur *αἰγυπιὸν ὑποδείσαντες*, apposita stigme perfecta, sic ut hoc ad *ἀγέλαι* referatur, quod notum est synesis genus. Praeterea *ἅπερ* pro *ἅτε* exhibet La. in lemmate Schol.

Brunckius Dawesium sequens post *ἀγέλαι* colon posuit, versumque proximum addito *δ'* sequentibus adnexuit. Toupii emendatio ad Suid. T. III. 23. *παταγοῦσιν — σ' ὑποδείσαντες* probata Porsono Append. T. IV. 465. sed naturae contraria est; nam aves hominesque metu perculsi non strepunt. Heathius *αἰγυπιόν γ'* scribi jussit, Burgessius Misc. p. 386. vavati aliquid subesse suspicatur. [G. Schneiderus *μέγαν αἰγυπιῶν* scribit, Lachmannus de Syst. p. 28. post *αἰγυπιόν* plene interpungit.] Ed. Pr. Haec omnia jam derelicta sunt praeter Dawesii correctionem, quam Hermannus sequutus est, egoque recepi sed mutata interpunctione; nam sententiarum series haec esse videtur, quam Triclinius indicavit: *Graeci te sermonibus differunt* v. 164., *neque nos sine te hoc coercere possumus*, v. 166., *si tamen derepente prodires, timide, velut conspecto vulture aves, obmutescerent qui nunc absente te vociferantur, ἀλλὰ πτήξειαν ἄν, εἰ σὺ φανείης, οἱ νῦν θορυβοῦντες σοῦ ἀπόντος.* Hoc postremum (*ὅτε γὰρ δὴ τὸ σὸν*
143 *ὄμμ' ἀπέδραν*) quum poeta interposuisset, intulit particulam *δέ* vel ad redordiendum *ἀλλά*, vel ob interpositum *παταγοῦσι.*

V. 170. *Τάχ' ἂν ἐξαίφνης* — Wyttenbachius sive quis alius in Bibl. Crit. II. P. II. 42. *τάχα δ'* — correxit contra sententiam. Hermannus post *ἐξαίφνης* comma posuit ut hoc cum *πτήξειαν* conjungatur; quin cum *εἰ φανείης* conjungi possit, dubitari non patitur Hippocratis locus simillimus in Epist. ad Philop. T. I. p. 14. *δμῶες — θορυβοῦντες καὶ στασιάζοντες, ὁκόταν ἐξαπιναίως ἡ δέσποινα αὐτοῖς ἐπιστῇ, πτοηθέντες ἀφησυχάζουσι.*

V. 171. *Σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι.* Pindarus Pyth. IV. 101. *σιωπᾷ ἔπταξαν ἀκίνητοι*, quo refutatur Wakefieldii commentum Silv. T. III. 25. *φρίκῃ πτήξειαν.* Ed. Pr. In versu poetae lyrici ap. Herodian. *π. μον. λ.* p. 23, 10. *ὄρνιθες αἐτὸν ἐξάπτησαν φανέντα*, scribendum videtur *ἐξέπταξαν*, *consternatae sunt.*

V. 175. *Ἦ ῥά σε Ταυροπόλα Διὸς Ἄρτεμις.* De Dianae solemnibus fanaticis multa dixi in Aglaoph. p. 1089. imprimisque illam, quae Tauricae et Tauropolae cognomen habet, bacchantium ritu propitiatam esse demonstravi p. 290. sq. unde apparet, cur ab ea potissimum hoc loco furoris causa repetatur. In proecdosi autem, ne quis ex Eur. Iph. T. 1457. *Ταυρόπολος* huc inferret, femininum non solum veterum Lexicographorum auctoritate confirmavi, sed etiam alia dearum epitheta mobilia attuli, partim a nomine et verbo composita *Ἡριπόλη* [1]) *Γοργοφόνη* (Aristoph.) *Θηροφόνη*

---

[1]) *Ἐπιπολαί* pro substantivo esse declarat accentus v. ad Phryn. p. 126.

(Theognis) Ἱπποσόη (Pind.) Δημήτηρ πολυφόρβη (Hesiod.) Μοῦσα ἀγρονόμη Meleag. Anth. VII. n. 169. Ἥρα Ἡνιόχη Pausan. IX. 39, 4. partim a verbo et nomine Φοβεσιστράτη (Aristoph.) Ἐγερσιμάχη Anth. Pal. VII. n. 122. Ἐγρεμάχη (Hom. H.) Ἀνησιδώρα (Plut. et Alciphr.) Σωωδίνα Ἄρτεμις Inscript. Boeot. n. 1595. quae eadem vulgo Λυσιζώνη appellatur et Πρωτογόνη, partim ex duobus nominibus constantia Φοίβη χρυσομίτρη Oppian. Cyn. II. 2. Λυγοδέσμα (Paus.) 144
Ὀβριμοπάτρα (Solon.) Ἀλκιμάχη Anth. Pal. VI. n. 124. Ἀριστοβούλη (Plut.) etc. quae sive nomini deae proprio adjuncta sunt sive absolute posita, eodem loco censeri solent, quo mulierum nomina propria, Ἀστυνόμη, Ἡγησάνδρα, Δεινοβία, Εὐρυδίκη etc. Atque hanc mobilitatem poetarum arbitrio participant nonnunquam epitheta, quae non proprie sed praecipue alicui tribuuntur, sicut Homerus bis quidem dixit πολυφόρβου πείρατα γαίης (Il. XIV. 200. et 301.) semel autem γαῖαν πολυφόρβην χερσὶν ἀλοία IX. 536. ratione aut nulla ductus aut (ne nostram inscitiam aliena culpa tegamus) nobis inexplicabili; nam si quis ita dicat, πολυφόρβης πείρατα γαίης deterius sonare quam ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς, nugabitur. Sed hoc fortasse imitatus Christodorus Anth. VII. 698, 5. παμφόρβη χείρ usurpavit. Apud Hesiodum duo ejus generis exempla reperiuntur ὀρθρογόη et δειπνολόχη, hoc parasitae, illud hirundinis epitheton; Andromachus in Galeni Ther. p. 36. T. XIV. hydrophobiam dixit κυνὸς ὑδροφόβην γενύων λυσσῶσαν ἐριννύν, γρυτοδόκην κοιτίδα Anth. Pal. VI. n. 254. quod si quis duo substantiva esse dicat per appositionem juncta, non temere assentiar; in Varronis autem testimonio de R. R. II. 5, 5. *a quo eas* (apes) βουγόνας *appellant*, dubitari potest an nomen graecum mendose scriptum sit. Euripidi Hel. 1667. θεᾶς Νηρῆδος ἐκγόνη κόρη, Matthiae ἔκγονος restituit, vere fortasse, sed barbarum illud dici nolim; nam ἐγγόνη, προεγγόνη, διςεγγόνη, in communi usu versantur eademque libertate gaudent qua ἀνδραδέλφη, γυναικαδέλφη, πατραδέλφη. Illis accedit ὀφιοκτόνη, scolopendrae genus, Dioscor. de Best. Venn. V. 67. et quae ab alio genere verborum et ab alio tempore composita sunt χαμαιτύπη, ποδοκτύπη, ποντοκύκη [1]), comice fictum οἰνοκάχλη, Poll. VI. 21. laconicum ὀπιτθοτίλα, postremo χειρομάχα hetaeriae Milesiae

---

In Aelian. H. Ann. XIV. 16. τῶν λόφων τῶν ὑπεράκρων, οὓς ἐπιπλὰς καλοῦσι, nihil mutari opus est.

[1]) Id Arcadio reddendum p. 102, 18. pro παντογκύνη, nisi Phrynichus ipse falsam lectionem pro παντοκύκη interpretatus est. [παντοκύκη Meinek. Com. IV. 667.]

nomen Plut. Quaest. Gr. c. XXII. 394. unde Eustathius
145 Opusc. XXIV. 244, 87. *χειρομάχα πληθύς* lucratus est. [V. Cor. ad Aelian. V. H. p. 332.] Haec omnia ex epithetis communibus facta sunt propria, eoque etiam accentum substantivorum acceperunt, *αἱ ὀρσοδάκναι* Aristot. H. Ann. V. 17. (19.) 11. *αἱ γεγωνοκῶμαι* Etym. M. p. 227, 24. Eustath. p. 909, 7. His quae olim addidi adjectivorum ordinariorum motionis exempla, ea quia nimis in latum crevere, in alium locum transtuli.

V. 176. *Ἦ πού τινος νίκας ἀκάρπωτον χάριν*, ut Choeph. 40. *τοιάνδε χάριν ἄχαρίν μ' ἰάλλει* et Plat. Legg. IX. 853. E. *ὧν δὴ χάριν οὐκ ἄχαριν λέγοιμ' ἂν νόμον* etc. Pro *ἤ που* scripsi *ἦ που*, id est *ἴσως, εἰκότως*. Primum chorus in Dianam suspicionem confert *ἦ ῥά σε Ταυροπόλα* — iraeque ejus causam comminiscitur ***certe ob victoriam non remuneratam irata, sive ea victoria bellica fuit, sive venatoria.*** Itaque sequens *ἤ ῥα* suum et proprium locum obtinet in exordio enuntiati secundarii.

V. 177. 178. *Ἤ ῥα κλυτῶν ἐνάρων ψευσθεῖσα δώροις εἴτ' ἐλαφηβολίαις.* Sic omnes codd. et Edd. Lecapenus in Matthaei Lectt. Mosq. p. 79. *Ψεύδομαι, ἀποτυγχάνω, συντασσόμενον γενικῇ· Σοφοκλῆς Ἦ ῥα* (sic) *κλυτῶν ἐνάρων ψευσθεῖσα δώρων*, qui sive sic scripsit sive *ἀδώρων*, a vero aberravit. Triclinius *πρῶτον μὲν εἰς αἰτιατικὴν συνέταξε ψευσθεῖσα χάριν* (sic et Neuius construxit) *εἶτα πρὸς δοτικὴν ἐπλαγίασε, ψευσθεῖσα δώροις*, qui exemplum a Polyb. III. 16, 5. *διεψεύσθησαν τοῖς λογισμοῖς*, similibusve locis sumsisse videtur ad probandum parum idoneis. Hermannus *δώροις* et *ἐλαφηβολίαις* cum *ὥρμασε* junxit; ***instigavit te decepta, ob dona a spoliis vel ob venationem.*** Nos ceteri sequuti sumus Stephani emendationem *εἴτ' ἀδώροις*. Pro *εἴτ'* quum Musgravius adscivisset *ἤτ'*, quod in Bar. B. et Dresd. A. legitur, quumque Bothius dubitasset adeo an *ἤ* et *εἴτε* jungi non possent, in contrarium attuli Eur. Alc. 114. *ἢ Λυκίας εἴτ' ἐπὶ τὰς Ἀμμωνιάδας ἕδρας*, Iph. T. 273. *εἴτε Διοσκόρων ἢ Νηρέως ἀγάλματα*, Plato Legg. IX. 862. D. *εἴτε ἔργοις ἢ λόγοις* et similia Eur. Hipp. 142. Strab. VIII. 236.
146 Athen. XIV. 648. D. cf. Schaefer. Melet. p. 5. [1]) Sophocles vel sic scribere potuisset *ἐνάρων ἄρα ψευσθεῖσα εἴτε δι'*

---

[1]) In Addend. memoravi Tragicos saepe *ἤτοι — ἤ*, ut vulgo solet, junxisse Trach. 150. Ant. 1182. Choeph. 494. Agam. 673. Or. 1497. Hipp. 1195. Ion. 431. nunquam *ἤ — ἤτοι*, quod in universum dici negat Apollonius Synt. IV. 1, 306. sed Thomas Pindari exemplo comprobat; e Platone quae afferuntur, minus apposita esse demonstrat Schneiderus ad Civ. I. p. 62. [*ἤ — ἤτοι* Hom. Od. XIX. 599.]

ἐλαφηβολίαν, vel hoc modo ἦ ῥ' ὅτι ἐνάρων ἐψεύσθη; ἦ ῥα δι' ἐλαφηβολίαν; ut Hippocr. Epidem. VI. 594. T. III. οἷσιν ὁ σπλὴν κατάῤῥοπος, πόδες καὶ χεῖρες θερμά· ἦρα διὰ τοῦτο λεπτὸν τὸ αἷμα; ἦρα καὶ φύσει τοιοῦτον ἔχουσι; pro quo ἄρα ὅτι scribitur in Galen. Comment. T. XVII. P. II. p. 41. sq. Ne tamen ἦ ῥα e Lecapeno reponatur, obstat praegressum ἦ που. [ἦρα Hippocr. I. 259. 261. III. 683. ἦρά τοι ἦρα Anthol. Pal. XIV. 140. τίνος ἦρα; cuius ergo? Planud. 299. Brunckius ἆρα. ἦ ἄρα Hom. Il. XVIII. 429. ἦ πολλά in media oratione Pind. Ol. XIII. 90. item ἦρα Pyth. IX. 63. ἦρά σε Πειθὼ ἦρα Ἀπόλλων φύτευσε Nonn. XXXXVIII. 300. σὺν Μούσαις ἦρα σε Πιερίη ἢ Ἑλικών Anthol. P. VII. 407. ἦρα ter repetitum in Theocr. XVIII. 10. bis Nonn. I. 118. VI. 307. et saepius sed in enuntiatis conjunctivis, non subjunctivis. Ἦ που — ἦ ῥα scribit etiam Const. Matthiae Quaest. Soph. p. 37. ἦ που — ἦρα κλυτῶν Martinus Lectt. Sophocl. Spec. A. 1832.] — Nomine ἔναρα praeter Sophoclem nullus Tragicorum usus est; σκῦλα et λάφυρα appellant.

V. 179. Ἢ χαλκοθώραξ, ἤ τιν' Ἐνυάλιος μομφὰν ἔχων. Sic codd. et Edd. omnes. In Schol. Cod. Jen. ὁ χαλκοθώραξ, ab Erfurdtio receptum; Brunckius ἥντιν' edidit ex Johnsoni conjectura; Reiskius σοί τιν', Musgravius μήτιν', Hermannus olim ad Hec. 991. ἤ τιν', nuper vero Elmslejum sequens εἴ τιν', nam ἥντινα pro ἡντιναοῦν a Sophoclis consuetudine alienum videri; idque ita interpretatur μομφὰν ἔχων, εἴ τινα εἶχεν. Equidem praeferrem cum verbo primario conjunctum ἢ εἰ Ἄρης ἐτίσατο λώβην, ***aut Mars, si forte, ultus est injuriam***; id enim in dubio erat, Marsne an alius quis Ajacem infatuasset; sed hoc posito vix ambigi poterat εἴ τινα μομφὴν εἶχε. Si Johnsoni lectio probatur, hoc pacto resolvenda est sententia ἢ ὁ Ἄρης ἐξέμηνεν αὐτὸν ὀργισθεὶς δι' ἥντινα δὴ ὀλιγωρίαν τῆς συμμαχίας. Platonis loco Hipp. M. 282. D. πλέον ἀργυρίου εἴργασται ἢ ἄλλος δημιουργὸς ἀφ' ἧςτινος τέχνης, Neuius quoque usus est. Paus. II. 9, 7. τόπον ὅντινα εἰπών. Lucian. Gall. §. 16. ἥντινα τὴν καταδίκην ἐκτελοῦσα. Aristid. T. I. 309. τὰ ἐν οἷς τισι τοῖς καιροῖς. — Pravam lectionem ἢ χαλκοθώραξ, ἤ τιν' Ἐνυάλιος, Scholiastes Rom. explanat: διαστέλλει τὸν Ἄρεα ἀπὸ τοῦ 147
Ἐνυαλίου ὡς ἕτερον δαίμονα ὑπουργὸν τοῦ μείζονος καὶ δῆλον ἐκ τῶν συνδέσμων· δηλοῦται γὰρ ὁ Ἄρης ἐκ τοῦ χαλκοθώραξ. Sane Athenienses diversum a Marte Enyalium coluisse tradit Schol. Ven. XVII. 211. Aristophanem fortasse sequutus Pac. 457. vel jus jurandum Epheborum Atticorum: ἴστορες θεοὶ, Ἄγραυλος, Ἐνυάλιος, Ἄρης, Ζεύς, in quo quum singuli singulis nominibus noncupentur dii Ἐνυάλιος non potest

pro epitheto Martis haberi ut ap. Plut. Praecc. Polit. c. V. 145. T. XII. *Ἄρεος Ἐνυαλίου καὶ Στρατιᾶς* (sic) *Ἀθηνᾶς*, et in Inscript. Hermionensi N. 1221. *ἱερεὺς Ἄρεως Ἐνοιαλέου* (sic). Apud Aristophanem tamen dubium est, utrum diversi dii an diversa ejusdem dei epitheta significentur; ac si meminerimus, cum nominum diversitate saepe conjunctam fuisse diversitatem sacrorum, eadem dubitatio ad sacramentum atticum transferri poterit. Etenim ut Mercurius *Ἡγεμόνιος* ab aliis propitiatus est et alio ritu atque *Στροφαῖος* et *Ἐμπολαῖος*, neque Jovis Hercei, Averrunci, Statoris, eaedem fuere cerimoniae sed maxime diversae, ita suspicari libet Martem et Enyalium, quorum nomina apud Homerum, Hesiodum, Archilochum et plerosque alios indiscreta sunt, a veteribus non naturae sed sacrorum causa distinctos fuisse idque speciem praebuisse diversorum deorum, sicut Augustus, quum dedicatam in Capitolio aedem Tonanti Jovi assidue frequentaret, ***somniavit queri Capitolinum Jovem, cultores sibi abduci*** Sueton. Aug. XCI. 4. quorum non puto oblitum esse Varronem, quum illos trecentos, ut Tertullianus ait, introduceret Juppiteres. Enyalio Polemarchus quotannis sacra faciebat Poll. VIII. 91. Anecd. p. 290. suovetaurilibus fortasse, si Hesychii Glossa *Τρίκτειρα ἡ τριττύα, θυσία τῷ Ἐνυαλίῳ*, ad Athenas pertinet; eidem ephebi Spartani in Phoebaeo noctu canes immolabant Paus. III. 14, 9. templum Enyalii in Salamine condidit Solon Plut. V. Sol. c. IX. aliud in Megaride situm memoravit Thucydides IV. 67. Hesychius *Ἐνηλίαξις* (*Ἐνυαλίαξις*) *ἑορτὴ τοῦ Ἐνυαλίου*, et *Ἐνιηλίζειν, τὴν ἐνυάλιον ἑορτὴν ἄγειν*, nisi potius intelligi debet barritus, quem
148 pugnam inituri *τῷ Ἐνυαλίῳ ἀλαλάζειν* vel *ἐλελίζειν* dicuntur Nearch. Peripl. p. 9. Arrian. I. 14, 10. cf. Spanheim. ad Julian. I. 233. Jungermann. ad Poll. I. 163. Corais ad Heliod. p. 163. Ac fuisse etiam, qui nomen illud a praepositione compositum crederent, colligas e Suidae testimonio; *Ὑάλιος πολεμικὸς καὶ Ἐνυάλιος*. Plerique tamen vel a verbo obsoleto *ἔνω*, unde *αὐτοέντης*, repetunt vel a matre Enyo Schol. Ven. V. 333. Lexicon *περὶ πνευμ.* p. 217. *Ἐνυὼ, ἐξ ἧς καὶ (Διὸς) Ἐνυάλιος Ἄρης*. Etym. Gud. p. 188, 2. *οἱ δὲ Διὸς καὶ Ἐνυοῦς τὸν Ἄρεα*. Enyo autem Junonis (Hoplosmiae, puto) epitheton fuisse affirmat Tzetzes ad Lyc. 462. et Chil. XII. 793. Enyalium vero Thraciae regem a Marte occisum Arriano auctore prodit. Sed eundem veteres ap. Eustath. p. 944, 55. Saturni et Rheae filium faciunt, quod fortasse Scholiastam movit, ut Martem illius administrum et dignitate inferiorem diceret; alii contra Enyalium Martis paredrum perhibent, *παρέπεσθαι αὐτῷ τὸν Ἐνυάλιον, ὡς Ἀθήνῃ*

τὴν Νίκην καὶ Ἀρτέμιδι τὴν Ἑκάτην Etym. Gud. p. 188, 12. Postremo, rerum romanarum scriptores graeci Martem Quirinum *Ἐνυάλιον* interpretantes v. Dionys. II. 48. Polyb. III. 25, 26. nihil aliud sequuti videntur praeter opportunam nominum diversitatem. Quid Sophocles h. l. intelligi voluerit, apertum est, quum *χαλκοθώραξ* nunquam sic ut *Ἀργυρότοξος* vel *Ὀρσοτρίαινα* pro nomine proprio poni soleat.

V. 180. *Μομφὰν ἔχων ξυνοῦ δορός* — indignatus auxilium vel repudiatum ab Ajace (ut Minervae opem abnuit v. 771.) vel (ut modo Dianae offensam conjectabant) non remuneratum. Hic si cui minus veri simile videatur, Martem Ajaci adversus Trojanos opitulari voluisse, quanquam ille *ἀλλοπρόσαλλος* fuit, id referendum est ad expeditionem adversus Teuthrantem aliosve vicinorum susceptam. — *Ξυνός* ter apud Tragicos reperitur hic et Aesch. Sept. 379. Suppl. 370. Sophoclem *ξυνῶνα τὸν κοινωνόν* dixisse Photius auctor est.

V. 183. 184. *Οὔποτε γὰρ — ἔβας.* Hos versus affert Suidas s. *Ἀριστερά* et *Δεξιά*, ubi *ἔβης* legitur, et s. *Φρενόθεν*, ubi *ἔβας*, eosdemque Zonaras T. I. 304. Particulam *ἂν* hic omissam non esse, adversus Thierschium ostendit 149
Mehlhornius ad Anacr. p. 236.

V. 185. *Τόσσον ἐν ποίμναις πιτνῶν.* Suidas s. *Φρενόθεν* et plerique codd. *τόσον ἐν ποίμναισι. Τόσσον* legitur Aesch. Ag. 140. *βαρίδεσσι* 551. *μερόπεσσι* Suppl. 79. Choeph. *κτίσσας* 337. *ὀλέσσας* Aj. 390. *ἔσσεται* Pers. 119. *πρόσσω* Alc. 914. Ed. Pr. Hujus geminationis exempla accumularunt Wellauerus ad Ag. 138. et Monckius ad Alc. 234. Hermannus post *τόσσον*, quod cum *ἔβας* jungit, comma posuit. *Πίτνων* Dindorfius pro *πιτνῶν.* [Blomfieldius ad Pers. v. 871. *ἂν τόσον ποίμναις πιτνῶν.*]

V. 186. *Ἥκοι γὰρ ἂν θεία νόσος.* Suidae Edd. vett. s. *Θεόσεπτος* pro *ἥκοι* exhibent *ἥκει.* Ven. omittit *ἄν.* Ex seqq. Suidas s. *Φάτις* excerpsit *ἀλλ' ἀπερύκοι Φοῖβος Ἀργείων φάτιν.*

V. 188. *Εἰ δ' ὑποβαλλόμενοι — βασιλῆς* affert Suidas s. *Ὑποβαλλόμενοι.* Duo Lips. *οἱ δ'* — plerique *βασιλεῖς*, Dresd. A. *βασιλῆς.* Triclinius: *τοῦτο ἀττικῆς ἐστι διαλέκτου, τὸ τρέπειν τὴν ει εἰς η, οἱ βασιλῆς γὰρ λέγουσι καὶ οἱ ἱππῆς*, quippe ex *βασιλῆες* contractum, cujus formae exempla praeter numeros dactylicos Phoenn. 836. admodum suspecta sunt: *Νηρῆος* (fort. *Νηρέως*) Iph. A. 1057. *βασιλῆες* Electr. 877. Androm. 1024. *τοκῆες* Pers. 581. Agam. 757. Ed. Pr. In plerisque horum locorum recentiores Critici suspectatam a me scripturam mutaverunt alii ob alias rationes; de paucis

adhuc discrepant. Sed quod olim ratus sum, nominativum istorum nominum ex εες contractum v. Anecd. p. 1190. Etym. p. 473, 43. sine jota scribendum esse, hodie inter plerosque convenit v. Poppo ad Thuc. II. 9. Schneider ad Plat. Civ. T. I. p. 157. Rueckert. ad Symp. p. 127. itaque Hermannus et Dindorfius scripserunt *βραβῆς* Agam. 220. Soph. El. 690. et 701. Orest. 1650. *βασιλῆς* Pers. 25. et 44. *Φωκῆς* Soph. El. 1106. et 1441. *ἱππῆς* Eur. Suppl. 666. *σφαγῆς* Androm. 1111. saepe secundum codices nec raro contra eos.

V. 190. *Ἠ τᾶς ἀσώτου Σισυφιδᾶν γενεᾶς.* Hunc versum proferunt Suidas s. *Ἄσωτος* et s. *Σίσυφος*, atque Eustathius p. 1701, 59. Subjecti si quis certum nomen requirit, proximum est *ἔκγονος*, quod praemonstratur ipsa mentione *τῆς γενεᾶς*, ut Eur. Cycl. 41. *πᾶ δή μοι γενναίων μὲν πατέρων, γενναίων τ' ἐκ τοκάδων,* videlicet *γένεθλα* sive *γεννήματα.* Arist. Ach. 549. *ἀλλ' ὦ τηθῶν ἀνδρειοτάτων* scil. *θρέμματα*, quanquam alii *ἀνδρειοτάτη* praeferunt. Hermannus *βασιλεύς* supplet, quod *ἀπὸ κοινοῦ τοῦ βασιλῆς* commode repeti potest; sed quae Bernhardy Synt. p. 144. confert, dissimillima sunt. Lachmannus de System. p. 147. pro *ἤ* posuit *μή* cum sequentibus continuandum: *Μὴ τᾶς — μὴ μή μ' ἄναξ — κακὰν φάτιν ἄρῃ*, *famam ab Ulixe sparsam ne suscipias.* Nec veteres inoffensi hunc locum praeterierunt. Schol. Jen. *τινὲς προστιθέασι τὸ ἄρθρον ἐν τῇ συντάξει, οὕτω λέγοντες, εἰ κλέπτουσιν — οἱ βασιλεῖς καὶ ὁ ἐκ τῆς Σισυφιδᾶν γενεᾶς — καταγόμενος*, quod qui scripsit incertum est utrum articulum extrinsecus, ut Triclinius ait, adsciverit, an pro *καί* legerit *χώ.* Scholiastes Romanus *γράφεται*, inquit, *Σισυφίδα*, qui si genitivus est, fuerunt qui Sophoclem pro primitivo patronymicum posuisse crederent, ut *Ἡρακλείδης* dicitur pro *Ἡρακλῆς* Eustath. 989, 44. *Σιμιχίδης* pro *Σίμιχος* aliaque v. Aglaoph. p. 982. [*Ἀγαθαρχίδου — ἔνιοι δὲ αὐτὸν Ἀγάθαρχον ὀνομάζουσιν* Phot. Cod. 213. 281.] sed fieri potest, ut veterum Criticorum aliquis, qui genitivum explicare nesciret, *Σισυφίδας* scripserit vel *Σισυφίδα* nominativum aeolicum esse putaverit, qualis olim legebatur in Eur. Bacch. 95. *Κρονίδα* pro *Κρονίδας.* Ulixem Sisyphi ex Anticlea filium esse prodidit Aeschylus in Armorum judicio Fragm. CLXI. alii Anticleam ab Autolyco, Sisyphi in omni astutia aemulatore, vel ab Autolyci filio Aesimo progenitam ferunt v. Sluiter. Lectt. Andoc. p. 8. et Aglaoph. p. 1306. (ubi quae de Sinone dicta sunt, correxi alibi) Autolycum vero Mercurii filium Paus. VIII. 4. a quo deo nonnulli etiam Laertis genus repetunt v. Schol. Ven. II. 173. Nimirum cre-

dibile videbatur, deos atque homines calliditate pares naturae vinculo conjunctos fuisse.

V. 191. *Μὴ μή μ', ἄναξ.* Cod. *Γ. μή μ' ἄναξ.* Suidas s. h. *Μή μοί μ' ἄναξ, τὸ πλῆρες μὴ μή μοι,* sed cod. Suidae Leid. *μὴ μή μ'* — omisso adnotamento. Hermannus, qui dativum *μοί* elidi posse negat, *μή με κακὰν φάτιν ἄρῃ* ex synchysi constructionum ortum esse statuit, ***ne tibi*** 151
malum in me opprobrium contrahe. Crebrum est *μή μοι, μή μοι σύγε,* praesertim ante imperativum *λέγε* vel additum vel suppressum v. Heindorf. ad Protag. 318. B. Gesner. ad Lucian. Philopatr. §. 7. neque incredibile mihi visum, Graecos illum dativum ex crebro usu auribus inhaerentem et saepe *φράσεως ἕνεκα* additum, interdum brevius obscuriusque pronuntiasse, ut *τί μ' οὐκ ἔδωκας χρυσὸν ἢ ἄργυρον, πάλμυ* Hippon. Fragm. II. *μή μ' ἀνάλυε τὴν εὐχήν* Lucian. Navig. §. 21. p. 174. T. VIII. Bip. Sed e Tragicis quae afferuntur hujus elisionis exempla, pleraque incerta sunt. Iph. A. 814. *Μυρμιδόνας ἴσχον οἵ μ' ἀεὶ προςκείμενοι λέγουσ', Ἀχιλλεῦ* — accusativus esse videtur a verbo suspensus, ut *προςῆσθαι* cum hoc casu construitur Aesch. Ag. 834. v. Herm. ad v. 801. *ἐπικαθῆσθαι* Dionys. Antt. I. c. 11. *προςκαθῆσθαι* v. Wesseling. ad Diod. T. I. p. 602. [Matthiae fortasse rectius putat accusativum *μ'* a verbo *λέγουσι* regi.] Eundem casum esse Androm. 689. *ταῦτ' εὐφρονῶν σ' ἐπῆλθον,* apparet ex Iph. A. 349. *ταῦτα μέν σε πρῶτ' ἐπῆλθον.* Pro *ἐγώ σ', ἵν' ἁγνὸν βωμὸν ἐκλίπῃς θεᾶς, προὔτεινα παιδὸς θάνατον, ᾧ σ' ὑπήγαγον* Androm. 427. scribendum *ἔγωγ',* pronomine omisso, quod supervacaneum reddunt verba *ᾧ σ' ὑπήγαγον* [sic nunc editur]. Ceteri loci, quos Brunckius pro elisione affert ad Bacch. 737. et 1203. plane ad rem non pertinent; sed haeret adhuc Bacch. 820. *τοῦ χρόνου δέ σ' οὐ φθονῶ.* Diphthongos autem, quibus verbi passivi personae terminantur, elidi pluribus exemplis demonstrari potest: *ἀείρομ'* Trach. 216. servatum ab Hermanno ob elatiorem cantici sonum, et in eodem genere carminum *σώζετ'* Herc. 418. *φέρετ'* Ion. 1065. ex quo in Aesch. Suppl. 910. (897.) *ἔχιδνα δ' ὥς με τί ποτ' ἐνδακοῦσα,* sic corrigebam *ὥς μεθέπετ'* — sed male *στατίζετ'* scribitur Alc. 90. et *κεῖτ'* Iph. T. 166. In diverbiis haec leguntur: *βούλομ'* Iph. A. 407. pro quo nunc alia e Plutarcho substituta est lectio, *λειφθήσομ' ἤδη* Phil. 1071. ubi *λειφθήσομαι δή* reponunt, *μνημονεύσεθ' ἡ χάρις* Heracl. 334. correctum nunc exemto articulo, quem codd. omittunt; re- 152
stant *βούλετ'* Eur. Fragm. LXXVIII. N. 48. Dind. *πέπυσμ'* Iph. A. 1141. *πέπεμπτ'* Sept. 475. quorum correctio nulli

successit; infinitivorum haec sunt exempla: ἔσεσθ' Prom. 841. nuper codicum ope emendatum, σώζεσθ' Iph. T. 679. θεᾶσθ' Fragm. Oedip. VI. quibus alii aliter medentur. Sed diphthongum finalem nominativi pluralis elidi posse falso creditur; nam in Herc. 858. ἥλιον μαρτυρόμεσθα δρῶσ' ἃ δρᾶν οὐ βούλομαι, et Ion. 1261. διωκόμεσθα Πυθίᾳ ψήφῳ κρατηθεῖσ' uterque numerus confusus est, quod saepe fit diversas ob causas. Primum numerus mutatur in enuntiato adjuncto, εἰ κωλυόμεσθα μὴ μαθεῖν ἃ βούλομαι Ion. 391. quod Herodianus de Fig. p. 48. et Schol. Ven. *N*. 257. conferunt homerico κατεάξαμεν ὃ πρὶν ἔχεσκον, neque abstinent hac enallage scriptores numeris soluti, Pausan. VIII. 6, 1. ἃ εὕρισκον, ἀποθησόμεθα. [V. Göttling. ad Hes. Scut. v. 327.] Aliis in locis syllepsis obtinet, ut Philoct. 646. χωρῶμεν (ἐγὼ καὶ σὺ) ἔνδοθεν λαβὼν ὅτου σε χρεία ἔχει, quod cum dissimillimis componit Eustathius p. 236, 38. [alia addidit Elmslejus ad Med. 552. cf. Matthiae ad Ion. 254.] Ab hoc differt paullum, si ex pluribus una appellatur persona primaria, Ζεῦ πάτερ, εἰ μ' ἐθέλοντες ἦγετ' ἐμὴν ἐς γαῖαν Od. XIX. 98. quod ipsum ab Eustathio συλληπτικόν vocatur p. 1885, 5. et est sane huic generi subjectum sed magis tamen ad schema κατ' ἐξοχήν inclinat, velut si vocativo singularis utuntur qui complures quidem simul sed unum eorum praecipue alloquuntur, προςέλθετ', ὦ παῖ Oed. C. 1104. μῆτερ, εἰςηκούσατε Iph. A. 1368. οὐδ' ὑμᾶς, Πολύδευκες, ὑπέτρεσε Callim. Fr. LXXI. ἀνάβηθι δεῦρο Λίπαρε καὶ Πυθίων καὶ — ἀπόδοτε Aeschin. Fals. Leg. 362, 143. ἆρα γ' ὦ τᾶν, ἐθελήσετε Cratin. Fragm. X. 75. ὦ σχέτλι', ἦ τολμήσετε Philoct. 369. quod Goettlingius ad Theodos. p. 216. perperam ὦ σχέτλια esse censet. Similiter εἶπε ad plures pertinet v. Heindorf. ad Protag. p. 469. Matthiae ad Orest. 1236. et Winckelmann. ad Euthyd. p. 45. Audacius Pindarus numeros implicuit Ol. XIV. 20. ὦ πότνι' Ἀγλαΐα, φιλησίμολπέ τ' Εὐφροσύνα, θεῶν κρατίστου παῖδες, ἐπάκοος γενοῦ, Θαλία τε ἐρασίμολπε, ἰδοῖσα τόνδε κῶμον. Sed in Euripidis loco, unde
153 progressi sumus, διωκόμεσθα κρατηθεῖσα, constructio est, quae dicitur, ad sensum, ut Iph. T. 349. ἠγριώμεθα δοκοῦσα, multisque aliis locis. Haec paucis exceptis in Ed. Pr. scripsi ad h. v. et ad v. 197. Rem ipsam copiosius tractavit Kuehlstaedtius in Observ. Crit. p. 26. sq.

V. 192. Ἔθ' ὧδ' ἐφάλοις κλισίαις ὄμμ' ἔχων, id est, ne semper ad litus desideas. Horat. III. Od. 20. *eripe te morae; ne semper udum Tibur et Aesulae declive contempleris arvum.* Ὄμμα ἔχειν ἐς τί Proculus H. in Ven. III. 9. ἐπὶ τινί Apollon. Arg. 445. Ergo Musgravii emendatio ἀφανὲς

κλισίαις, non minus gratuita est quam Reiskiana κλισίαις ἐμμένων. Ed. Pr.

V. 193. *Κακὰν φάτιν ἄρῃ.* Sic codd. plerique et Ald. ἄρης et ἄρῃς Ricc. Aug. B. Dresd. A. et Suidas s. Μή μοι. Hesychius vero Ἀρῇ, λήψῃ, οἴσῃ· Σοφοκλῆς Αἴαντι μαστιγοφόρῳ. Schol. ἄρῃ καὶ περιποιήσῃ, ἤτοι ἐπάρῃς, αὐξήσῃς ἀπὸ σοῦ (scr. ἐπὶ σοῦ). Ed. Pr.

V. 194. 195. *Ἀλλ' ἄνα — σχολῇ.* Hos versus Suidas s. Ἑδράνων in brevius contraxit Ἀλλ' ἄναξ (sic etiam Mosq. B.) ἑδράνων ὅπου μακραίωνι στηρίζῃ σχολῇ. Etym. Gud. p. 36, 37. ἀλλ' ἄνα, ὁ ἀλλὰ σύνδεσμος, ἄνα δὲ εὐθεῖα ὁ ἄναξ. Recte Suidas s. Ἄνα et Eustathius p. 75, 9. ἀλλ' ἄνα ἐξ ἑδράνων pro ἀνάστηθι accipiunt. Στηρίζει La. pr. μακραίωνι σχολᾷ Suidas ex h. l. notavit.

V. 196. *Ἄταν οὐρανίαν φλέγων* — affert Suidas s. Φλέγων. Schol. Barocc. μεθυπαλλαγή ἐστι τὸ σχῆμα ἐνταῦθα· τὸ μὲν στηρίζῃ ῥῆμα ἀντὶ μετοχῆς λάμβανε, τὸ δὲ φλέγων μετοχὴν ἀντὶ ῥήματος. Hic vix discerni potest, utra notio sit potior, ut in multis aliis methypallagae exemplis, quae ad Phryn. p. 55. attuli. Verum tamen neque nomen hocce exterminandum videtur, neque omittenda quaestio cum nomine conjuncta, ex duobus loquendi modis uter sit vulgatior elegantiorve. Ad Il. I. 242. εὖτ' ἂν πολλοὶ ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο θνήσκοντες πίπτωσι, Scholiastae adnotant ἀναστροφὴ ὁ τρόπος· τὸ ἐναντίον γὰρ γίνεται, non quo nescirent utrumque et fieri et dici posse, sed ut alterum usitatius esse significarent; neque hoc, opinor, improbabit A. Fritzschius, qui in Comment. ad Marc. p. 759. de *Hypallage* 154
scripsit, *inani Grammaticorum commento.* Haud sane difficile est Herodoti verba IX. 50. οἱ ἀποπεμφθέντες — ἀποκεκλέατο ὑπὸ τῆς ἵππου, οὐ δυνάμενοι ἀπικέσθαι ἐς τὸ στρατόπεδον, ita interpretari ut mutatae constructionis causa appareat, sed mutatam esse constructionem, nemo negabit [1]). Idem valet de hypallage casuum et epithetorum. Strabo L. XVII. 798. καταστασιαζόμενος ὁ Φύσκων τοῖς στρατιώταις ἐφίει τὰ πλήθη καὶ διέφθειρε, Heliodorus IX. 15, 370. ἐφεὶς τῷ χαλινῷ τὸν ἵππον, et Euripides Hec. 887. γυναῖκες Λήμνον ἀρσένων ἐξῴκισαν (paullo post v. 992. γῆς μ' ἐξῴκισε) quin graece loquuti sint, dubitari non potest; sed non minus clarum est plerumque aliter dici; neque quisquam diffitebitur

---

[1]) Pindarus Pyth. I. 45. de Aetnae incendio ποταμοὶ ἁμέραις μὲν προχέοντι ῥόον κάπνου, ἀλλ' ἐν ὄρφναις πέτρας κυλινδομένη φλὸξ φέρει ἐς πόντου πλάκας. Primarium est φλὸξ κυλίνδεται, nam lapides projici non solum noctu cernitur.

Oppianum Hal. II. 463. *ὑπέρβιον ὅπλον ἑκάστῳ καρτύνας* [1]) Euripidem Iph. A. 182. *ἐπὶ κρηναίαις δρόσοις*, Juvenalem XII. 90. *omnes violae jactabo colores*, lectius ornatiusque loquutos esse, quam vulgo fit. Hanc autem figurandi sermonis rationem quonam alio nomine appellemus nisi vel hypallagae vel antistrophae? Jam quod quidam se vereri dicunt, ne schematis praetextu infuscentur reconditiores harum constructionum rationes, equidem multum mihi gratularer, si in istis rationibus acquiescere possem. Sed quod Poppo Prolegg. Thuc. T. I. 162. *τῷ πλήθει τῆς ὄψεως* L. IV. 126. comparandum esse putat cum Tragici poetae verbo *ἄστρων εὐφρόνη*, perinde vanum est atque hypallagae, quod exsibilat, commentum; *τὸ πλῆθος τῆς ὄψεως* est amplitudo spectaculi, quod conferta acies hostibus praebebat. Rursus hoc *εὐφρόνη ἄστρων* Matthiae ad Phoenn. 660. satis esse putat ad explicandum *δράκων νάματ' ἔνυδρα δεργμάτων κόραισιν ἐπισκο-*
155 *πῶν*, quae similitudo nisi accuratius definiatur, haud longe aberit quin tirones pro *παρθένος εὐόμματος* dici posse putent *παρθένος ὀμμάτων*, Scyllamque antiquorum Grammaticorum fugientes incidant in Charybdin recentiorum. — *Ἄτην οὐρανίαν φλέγων* Schol. in Parall. recte explicare videtur *εἰς οὐράνιον ὕψος ἀνάπτων τὴν βλάβην*, id est, *τὴν κακὴν φάτιν*.

V. 197. 198. *Ἐχθρῶν δ' ὕβρις ὧδ' ἀτάρβητα ὁρμᾶται* — Suidas s. *Ἀτάρβητος* et Zonaras T. I. 338. *ἀταρβήτως ὁρμᾷ*, omisso *ὧδ'* — Paris. D. *ἀτάρβητα γρ. ἀτάρβητος*. Aliquot codd. et Edd. vett. *ἀτάρβητα ὁρμᾶται*, sed Ald. cum La. *Γ*. Harl. Ricc. et plerisque aliis *ὁρμᾶτ'*, sequens *ἐν* omittit Ven., Hermannus *ἀτάρβητος ὁρμᾷ*, Dindorf. *ἀτάρβητος ὁρμᾶται*. Ceterum adjectivorum hujus generis in numero plurali exempla abundant: *ὑπέροπτα πορεύεται* Oed. C. 883. *ἀτέκμαρτα βαίνει* Pind. Ol. VII. 83. *ἅλι' ἀφορμᾷ* Oed. C. 1469. ut Hermannus edidit pro *ἅλιον* metri causa, *ἄκρανθ' ὡρμήσαμεν* Bacch. 435. *κατάμεμπτ' ἔβητον* Oed. C. 1696. *εὐήνια προποδίζων* Heliod. III. 3. 111. [2])

---

[1]) Ad similem locum Lycophr. 205. *στεῤῥὰν ἐνοπλίσουσιν ὠλέναις πλάτην*, Scholiastes *ἀντιστρόφως*, inquit, *ἀντὶ τοῦ τὰς χεῖρας ταῖς πλάταις*.

[2]) Quaeriter num adjectivo locum demonstrantia eodem modo usurpentur; in Anon. Stad. M. M. p. 438. T. II. ed. Gail. *τὴν νῆσον ἔχων δεξιὰ κατάγου*, facilis est correctio *δεξιάν*, sed a suspicione remotum Epigr. Adesp. DCCVII. *δεξιὰ δ' ἀντετάφη — Ἱππομέδων*. Eur. Hipp. 1360. *τίς ἐφέστηκεν δεξιὰ πλευροῖς*, Paus. I. 15, 2. *ἐναντία τεταγμένος*. Et ex affinibus: *ἀριστερὰ κεκληγῶτες* Quint. Cal. XI. 307. (*intonuit laevum*) quod quaeri potest utrum valeat pro *ἐπὶ δεξιά, ἐπ' ἀριστερά*, an adjectivi locum obtineat, ut *οἱ ἀέρια ῥοιζοῦντες ὄρνεις* Lucian. Amorr. §. 22. *ὑπασπίδια προποδίζων* Hom. *Ἕκτωρ δίφρια συρόμενος* Epigr. Adesp. CCCLXXXIX. [v. supra p. 95. ed. 2.]

V. 199. *Πάντων καγχαζόντων γλώσσαις* — affert Suidas s. *Καγχάζει.* Cod. *Γ. βακχαζόντων*, Aug. C. *καχλαζόντων.* Saepius apud Tragicos hoc verbum non legitur; semel apud Aristophanem *καχάζειν*, prima correpta ut *cachinnor* dicitur, eamque formam Dindorfius Sophocli h. l. vindicat. Suidas *Ἀνακαγχάσας καὶ οὐχὶ ἀνακαχάσας.* Plato Civ. I. 337. A. *ἀνεκάγχασε*, pro quo cod. Lobc. *ἀνεκάκχασε*; Xen. Symp. I. 16. *ἐξεκάγχασε*, nec variant libri Poll. VI. 199. 156
[*ἀνακαγχάσεις* Julian. Caes. 335. B. *καγχάζετε* Eubulus ap. Suid. T. I. p. 796. sed v. Mein. Com. T. III. p. 217.] *Βαρυάλγητα* plene Aug. C. *ἄχος ἕστηκε* cod. *Γ.* et Jen. *Τοσαύτη κατάπληξις εἱστήκει* Diod. XIII. 55. *καί σφισι μεγάλα πένθεα ἵσταται* Lucian. Dea Syr. §. 6. *δέος ἑστάτω* Aj. 1084. *θορύβου ἀναστάντος* Appian. Civ. I. 56. alia quaedam minus apposita affert Dorvillius ad Char. p. 383. Pro *ὁπότ' Ἄρεος ἔσσυτο δῆρις* Quint. Cal. V. 168. scribi oportet *ἵστατο* v. Wyttenbach. ad Julian. p. 199. et contra Orph. Arg. 435. pro *ἕστατο δ' ἄκρα κάρηνα* restituendum *ἔσσυτο*, quod a vulgato *ἔστευτο* proprius abest quam *ἔπτατο.*

V. 201. 202. *Ναὸς ἀρωγοί.* Cod. *Γ. ὦ ναός*, Hermanni operae *ἀγωγοί.* In seq. versu *Γ.* et Dresd. A. *Ἐρεχθειδῶν.* Scholiastes *χθονίων* recte interpretatur *αὐτοχθόνων*, sed quod idem dicit ad v. 134. et vulgo credimus, *ὅτι ὁ χορὸς ἐσκεύασται ἀπὸ Σαλαμινίων*, id a poeta v. 597. et 1213. clare significatum non est; nec quidquam interest ad eorum opinionem, qui Ajacem Atheniensibus belli ducem se praebuisse crediderunt v. Philostr. Heroic. IX. 720. quos Strabo refellit IX. 604.

V. 205. *Νῦν γὰρ ὁ δεινὸς ὁ μέγας ὠμοκράτης.* [Aristoph. Thesm. 32. *ὁ μέλας ὁ καρτερός.*] Eustathius p. 275, 35. *ὁ μέγας Αἴας παρὰ Σοφοκλεῖ.* Totum versum affert Suidas s. *Ὠμοκρατής.* Articulum ante *μέγας* ejecerunt Seidlerus, Bothius, Hermannus; illi ratione minus firma, ne dactylo subjiciatur anapaestus v. Matthiae ad Hipp. 1355. Hermannus, quia articulus sic positus numeri vinculo cum *δεινός*, intellectu cum *μέγας* cohaereret. Ajacis Salaminii epitheton fere fixum et perpetuum *ὁ μέγας* Il. *Π.* 358. Theocr. XV. 138. et poetam inducere potuit ut *ὁ μέγας* scriberet, et librarios, ut articulum de suo adjicerent [1]). *Ὠμοκρατής* Scholiastae ambigunt utrum ab *ὠμός* compositum sit an ab *ὦμος*, *ὁ τῶν* (scr. *διὰ τῶν*) *ὤμων κρατεῖν δυνάμενος*, vel ut Mo-

[1]) In Meleagri Ep. CXV. p. 34. Anth. Pal. VI. n. 163. *τίς τάδε μοι θνητῶν περὶ θριγκοῖσιν ἀνῆψε σκῦλα* — addito articulo scribendum *τὰ περὶ* ut Leonid. Ep. XLVII. *ταῦτα λάφυρα τίς ὁ θριγκοῖσιν ἀνάψας.* Ed. Pr.

157 schopulus Sched. p. 184. ὁ ἐν τοῖς ὤμοις τὸ κράτος ἔχων. Sine dubio significat staturam Ajacis, qui Il. III. 225. ἔξοχος Ἀργείων κεφαλὴν ἠδ' εὐρέας ὤμους dicitur. Cf. V. 623. IX. 169. Ed. Pr.

V. 208. 209. Τί δ' ἐνήλλακται τῆς ἀμερίας νὺξ ἥδε βάρος. Cod. Γ. ἀμερίας γρ. αἱμερίας, id est ἀημερίας. Schol. Rom. γράφεται ἀημερίας ἀντὶ τοῦ τῆς ἀηδοῦς φορᾶς· ποῖον βάρος ἔλαβεν αὕτη ἡ νὺξ ἀπὸ τῆς προτέρας ἀηδίας, de quo dubitari potest, utrum τόδ' ἀημερίας scriptum invenerit, quod nomen alibi non reperitur, an contractionem admiserit aeque insolitam, sed utraque ratio eodem fert; *quodnam (hoc) novum calamitatis onus invexit nox praeterita.* [ὑπερημερία τὸ πρᾶγμα ὑπερήμεροι δὲ — Etym. ἐξ ἐφημερίας ἐκ τοῦ συνεχοῦς Hesych. ὑπερημερίας ἐκπροθεσμίας Phot.] Triclinius ita interpretatur: τίνα (βαρεῖαν) ἐναλλαγὴν ἥδε ἡ νὺξ ἐνήλλακται τῆς ἀμερίας καὶ τῆς ἡμερίνης καταστάσεως. Eodem spectare videtur alterum Scholion τῆς ἡμέρας, videlicet ut intelligamus adjectivum femininum ἡ ἡμερία positum esse pro substantivo, ut alia adjectiva temporalia; primum quae diei partes significant, ἡ ἑώα, ἡ ἑωθίνη, ἡ [ὀρθρία, ἡ] ὀψία, ἡ πρωΐα, cujus accusativus πρώην vulgo pro adverbio receptus est; neque injuria Grammatici huc referre videntur δείλη et ἑσπέρα, quorum masculina exstant δείελος et ἕσπερος, ipsumque ἡμέρα v. Eustath. p. 1814, 58. p. 979, 2. Idem de ὀρφναία suspicari licet, si noctem significat ut ap. Androm. Ther. p. 36. T. XIV. κατ' ὀρφναίην τε καὶ ἠῶ, quomodo etiam Euripides et Apollonius loquuti sunt; et de ὡραία, quod non jam diei noctisve sed anni tempus declarat. Haec vulgo substantiva esse creduntur. Phrynichus App. p. 73. ὡραίαν τὴν ὥραν· ἡ δὲ τοιαύτη τροπὴ Ἀθηναίοις ἰδία, Ἀθηνᾶ, Ἀθηναία, ἴση, ἰσαία, quae tam inepta sunt, ut vix ab antiquo Grammatico profecta videantur. Notum est, illam parectasin Ionibus tribui; sed quae proferuntur ejus exempla, vereor ne commenticia sint, quantum quidem ad substantiva adtinet non propria. Nam quod Schaeferus ad Bosium p. 577. negat sibi placere ὥρα ὡραία, id aliter visum esse Graecis, ostendit Aretaeus de Sign. Diut. I. 4, 73. ἐν ὥρῃ τῇ ὡραίᾳ, quod iisdem verbis sed intellectu longe alio Plautus dixit Mil. Glor. IV. 1. *pulcra pulcritudo*, Livius *tempestiva tempora* v. Gronov.
158 ad XLV. 19. quibus similia multa proferentur in Dissert. de Fig. Etym. Itaque simplex ἡ ὡραία, quod apud Demosthenem, Polybium, Pausaniam, Dionem Cassium, Libanium Decl. [T. I. p. 64.] T. III. p. 123. et 298. Dioscoridem Mat. I. 11, 22. III. 26. (29.) 231. Stob. Ecl. LI. 9, 49. p. 263. substantivi locum obtinet, iccirco non desinit adjectivum esse; neque

aliter se habet ἡ θερεία apud Hippocratem ὑπὸ τὴν θερείην Prorrh. II. 188. T. I. [ἡ θερείη Herodo. I. 189.] et saepius mendose scriptum ἡ θερίη de Nat. Hom. p. 358. T. I. de Sal. Vict. I. 617. Epidem. VI. 625. T. III. Nicandr. Fragm. X. quod nihil aliud est quam ἡ θέρειος ὥρα Aelian. H. An. II. 25. V. 21. VI. 51. IX. 56. XV. 12. sive ἡ θερεία ὥρα V. 52. et absolute ἡ θέρειος Liban. Decl. T. III. 153. ac nonnunquam propter hanc ascititiam significationem accentu substantivi notatur non solum a Grammaticis, θέρεια παρὰ τὸ θέρω ὡς θάλω, θάλεια, ἢ ἐκ τοῦ θέρειος κτητικοῦ τὸ θηλυκὸν θερεία Etym. M. 446, 58. Theodos. p. 67, 10. Zonar. p. 1031. sed interdum etiam in libris nostris v. Schweighaeus. ad Polyb. I. 25, 7. In eundem numerum referendum videtur χειμίη, quod Galenus in Lexico Hippocrateo ita interpretatur ut adjectivi et substantivi notionem comprehendat: χειμίη, ψῦχος, ῥῖγος, incertum unde sumtum. Sed Dionysius jud. de Thucyd. VIII. 827. ut paria conjunxit θερείαις καὶ χειμερίαις, quod Reiskius in χειμερείαις convertit, Aelianoque exemit Jacobsius H. An. VII. 11. χειμέρια ἐδόκει εἶναι scribens pro χειμερία. Haec qui sibi ante oculos posuerit ceteraque his adjuncta, quibus alio loco usus sum, non admodum negabit, pro ἡμέρα suo loco et tempore dici potuisse ἡ ἡμερία, quod Manethoni tribuitur III. 264. et pro νύξ similiter ἡ νυκτερίνη, etsi neutrum exemplis confirmari possit. Ceterum si Sophocles sic, ut vulgatum est, scripsit, nomen *diurna* diem hesternum valere, sponte consequitur ex apposito νὺξ ἥδε. Verbum autem ἐνήλλακται non passivam significationem habere videtur sed activam fere ut Diod. Fragm. L. X. p. 65. T. IV. Bip. ἐγένετο βασίλισσα ἰδιωτικῆς ἑστίας ἐξηλλαγμένη ἡγεμονίαν. — Per hanc occasionem in Ed. Pr. indicavi aliquot locos prava literarum appellatione corruptos. Aelian. Epist. III. καὶ γὰρ ἂν εἰκότως στενάξαι 159
τὰ τῶν προγόνων ἤρια, εἰ ἐμαυτὸν περιόψομαι προςηλούμενον, scrib. προςελούμενον, quam lexin ille a Comico mutuatus est. In Meleagri Ep. XVII. Anth. P. XII. n. 76. εἰ μὴ τόξον Ἔρως — μηδὲ περιβλήτους εἶχε πόθων ἀκίδας, ubi cod. πυριβλήτους, fortasse scribendum πυριπλήθεις, quae vox Lexicis addenda ex oraculo Euseb. Pr. Ev. IV. 9, 145. φόνου πλήσας πάντη πυριπλήθεα βωμόν (de accentu alibi dicam). In ejusdem poetae Epigr. XCV. de Amore σιμὸν ἔφυ καὶ ὑπόπτερον — πρὸς δ' ἔτι λοιπὸν ἄτρεστον, ἀείλαλον, ὀξὺ δεδορκός, pro λοιπόν, quod mirifice languet, succurrit significantius λιρόν sive λῖρον id est ἀναιδές v. Apollon. Lex. T. II. 522. [Utroque loco Jacobsius vulgatam tuetur.] Sic et inscriptio sepulcri Plut. V. Othon. XVIII. δηλώσει Μάρκου

Ὄθωνος fuisse videtur *Δαίμοσι*, id est, *diis manibus*. Ap. Nonn. XI. 450. *λελασμένος ὕδατος ὄχθης* scrib. *ἠθάδος* et XIX. 293. *Μάρων ἐνεδύσετο νίκην* scrib. *ἀνεδήσατο*. Hesychius *Ἀριθάτων*, *πολέμων* scrib. *ἀρειφάτων*, ex Aesch. Eum. 901. *ἀρειφάτων ἀγώνων*. Gravius corrupta Nicephori verba p. 486. T. I. Rhett. vett. *οὐδὲ Διὸς ἀγρότα θεοῦ μεγάλου τροπαῖον ἀνασπῶν* pro *οὐδ' ἔδεισας ἔρωτος* —.

V. 210. *Παῖ τοῦ Φρυγίου Τελεύταντος*. Brunckius *Τελλεύταντος* edidit, quod Membr. La. ex em. Paris. E. Mosq. A. exhibent; Porsonus ad Hec. v. 119. *παῖ σὺ Τελεύταντος*, contra quem ego attuli *Παρθενοπαῖος* et *Ἱππομέδοντος* ex iambis Aeschyli, Erfurdtius *Ἀλφεσίβοια* Soph. Fragm. N. 785. qui nisi *Ἀλφησίβοια* scripsit, tacite geminavit liquidam. Bothius nomen delendum censet, Hermannus Porsono assensus est. [Martinus Lectt. Soph. Spec. A. 1832. verba transponit *Φρυγίου Τέκμησσα Τελεύταντος*.] — De regulo ipso nihil apud veteres relatum invenimus. Teuthrantem vocant Tecmessae patrem Malela p. 42. Dares p. 174. Dictys II. p. 41. ubi libri *Teutras* et *Theutander* praebent, Tethrantem Cedrenus T. I. p. 127. Teuthantem Tzetz. Chil. III. 76. Teleutantem Schol. Il. I. 138. Diversus est Teuthras Mysus, quem Vauvilliersius hic inculcat. Ed. Pr.

V. 211. *Ἐπεὶ σὲ λέχος δουριάλωτον* — Hunc et seq. versum profert Suidas s. *Ἀνέχει*. Pro *ἐπεί σε* scripsi *ἐπεὶ*
160 *σέ*, erecto pronomine, cui appositum videtur *λέχος δουριάλωτον*, quanquam hoc etiam cum *στέρξας* conjungi potest. *Δουριάλωτον* Brunckius scripsit pro *δοριάλωτον*, quod ap. Suidan, Philemonem p. 255. et in plerisque codd. legitur; *δορυάλωτον* Phavor. s. *Ἀνέχει* et Mosq. B. eaque est inter utramque scripturam codicum fluctuatio, ut Wesselingius ad Diod. XII. c. 83. p. 538. et XVI. 20. p. 97. *δορυάλωτος* [Liban. T. I. p. 393.] plus auctoritatis habere affirmet, Schweighaeuserus ad Appian. T. III. p. 159. contrarium. Bekkerus Demosth. p. 289, 7. Isocr. Paneg. 78, 177. Archid. 119, 9. Plat. 300, 18. Antid. 374, 122. *δοριάλωτον* partim restituit, partim ob paucorum codd. dissensionem non mutavit, retenta tamen altera forma Aesch. Fals. Leg. 32, 33. etsi duo codd. *δοριάλωτον* praebent, quod plerique editorum illi praeferre solent v. Herod. VIII. 74. IX. 4. Athen. VI. 273. E. similiterque *δορύκτητος* expulerunt Polyb. XVIII. 34. Plut. V. Rom. XXVI. Dionys. [Antiqq. IV. 24. p. 696.] Exc. p. 2356. T. IV. Dionys. Perieg. 1050. Maneth. III. 258. Lycophr. 93. et 1116. ut et *δορύπονος* Aesch. Sept. 154. et *δορύληπτος* Philostr. Heroic. p. 747. *δορύκτητος* haeret adhuc Quint. Cal. V. 160. Anth. Pal. V. n. 230. Op-

pian. Hal. II. 316. (cod. *δορίκτ.*) Tryphiod. 630. *δυρυτίνακτος* Aesch. Sept. 140. *δορυπετής* Eur. Cycl. 305. *δορυάλωτος* Synes. de Insomn. p. 148. C. Xenoph. Cyr. VII. 5, 35. Hell. V. 2. Paus. IV. 5, 3. etc. nisi haec quoque nuper ab aliquo mutata sunt [1]). Nobis vero probatur Ern. Ellendtii religio ad Arrian. VII. 4, 2. temerarium esse judicantis, si qui omnia ad unam normam corrigere tentent. Primum quis spondet nobis, Graecos his nominibus significasse *τὸν δορὶ κτητόν* vel *τὸν δορὶ ἑαλωκότα?* Certe fieri potest ut *δορύκτητος* sic intellexerint ut *δορύξενος* dicitur *ὁ κατὰ πόλεμον γενόμενος ξένος.* Sed si vel hoc concedamus, tamen significationem instrumentalem vel localem vel quamlibet etiam 161
dativo attributam hujus casus formae non ita affixam esse, ut eam exuere non possit, nullo quidem, quod ad amussim respondeat, exemplo demonstrari licet, quia nullum in $\bar{\iota}$ vel $\bar{\upsilon}\varsigma$ vocabulum dativum habet in $\bar{\iota}$ exeuntem, sed colligitur ex eo, quod multa hujus generis nomina, quum possent ad dativi similitudinem revocari, eo revocata non sunt; nam *γαστρίμαργος* dicitur sed *γαστροφορεῖν* id est *ἐν γαστρὶ φέρειν*, *ἀερίοικος* sed *ἀερονηχής*, ac similiter *χειροδρόπος*, *χειροδάϊκτος*, aliaque multa ad Phryn. p. 686. exposita, unde crebra lectionum fluctuatio *αἰγιπόδης* et *αἰγοπόδης*, *χειρόσοφος* et *χειρίσοφος* v. Interpp. ad Lucian. Rhet. Praecc. §. 17. *δουρομανής* et *δοριμανής* (*δορίμαργος*) v. Jacobs. ad Anth. P. p. 516. et omnino nulla est relatio, cui ista componendi ratio disconveniat, *ᾳδοφοίτης*, *ἀγροδίαιτος*, *θαλασσοβίωτος*, *θεημάχος*, *νωτοφορεῖν*, *ὑλομαχεῖν*, *ἁλωνοτριβεῖν* (*πυρούς*) etc. [2]) Itaque etiam *δορίπαλτος* apud Aeschylum dubito an sine idonea ratione in *δορύπαλτος* mutatum fuerit.

V. 212. *Στέρξας ἀνέχει.* Scholiastes *ἄμεινον στέρξασαν γράφειν*, quam conjecturam Reiskius iteravit. Philemo p. 255. *Σοφοκλῆς δοριάλωτον στέρξας ἀνέχει, ἤγουν τιμᾷ*, eodemque modo Eur. Hec. 119. *Κασσάνδρας ἀνέχων λέκτρ' Ἀγαμέμνων.* Ed. Pr.

V. 214. *Πῶς δῆτα — ἄῤῥητον.* Afferunt h. v. Suidas s. *Ἀρητόν*, et Eustath. 1461, 30. In seq. versu Barocc. AB. *βάρος*, quod pro diversa lectione exhibet *Γ.*

V. 216. 217. *Μανίᾳ — ἀπελωβήθη*, extant ap. Suidan s. *Ἀπελωβήθη.* Eustathius p. 920, 2. *τὸ ἀπητίμησε περιτ-*

---

[1]) De proprio *Δορύλαος* et *Δορίλαος* dixit Tzschuckius ad Strab. X. 248. quibus accedit tertia forma *Δόριλλος* ut *Πέριλλος* v. Ebert. Sicel. p. 97. cum affinibus obscurissimis *δορύαλλος*, *δορύαλος*, *δορίαλος* v. Dindorf. ad Arist. Fragm. N. 336.

[2]) Antiphil. Epigr. XLV. Anall. T. II. 181. *ψαμμίτην δόρπον ἐθημολόγει* scrib. *ἐθινολόγει*, *in litore colligebat.*

τὴν ἔχει τὴν πρόθεσιν, ὡς τὸ ἀπελωβήθη παρὰ Σοφοκλεῖ. Immo differunt haec quantum ἐτελέσθη et ἀπετελέσθη. Pro ἡμῖν Brunckius et Dindorfius ἡμίν, Hermannus ut ego in Ed. pr. ἧμιν. [V. Add. ad v. 733.]

V. 220. Σφάγι᾽ αἱμοβαφῆ κεῖνου χρηστήρια τἀνδρός. Tria postrema verba apponunt Moschopul. Sched. p. 8. et
162 Suidas s. Χρηστήρια, quod nomen Schol. varie interpretantur: τὰ τολμήματα καὶ πράξεις ἢ τὰ διεφθαρμένα ποίμνια διὰ τὸ διαχρήσασθαι αὐτά. Ab illo proxime abest Valckenarii emendatio δραστήρια ad Ammon. III. 9, 236. quod an pro ἔργα dici non possit, jure dubitat Heathius. Χρηστήρια idem significat quod σφάγια *victimae*, ut ἱερεῖα saepe dicitur ἐπὶ τῶν ἁπλῶς σφαζομένων Eustath. p. 1671, 62. — Schol. ad Aesch. Sept. 215. τὸ σφάγια καὶ χρηστήρια ἐκ παραλλήλου, οὐ γὰρ μόνον χρηστήρια τὰ μαντεύματα ἀλλὰ καὶ τὰ θύματα, proprie quidem ea, quae oraculi consulendi consultive causa caedebantur. Ed. Pr.

V. 222. Ἀνδρὸς αἴθοπος ἀγγελίαν. Eustathius p. 862, 10. φέρεται αἴθων βοῦς καὶ σίδηρος καὶ ἄνθρωπος καὶ λέων· αἴθοψ δὲ οὐδεὶς αὐτῶν λέγοιτ᾽ ἄν, ἀλλὰ τοὔνομα οἴνῳ μέλανι ἐπιτίθεται· et p. 1072, 6. αἴθων ἀνὴρ παρὰ Σοφοκλεῖ. Is igitur αἴθωνος legit, ut in Γ. Barocc. AB. Heidelb. aliisque nonnullis et Edd. vett. scribitur; ceteri cum Schol. Rom. et Suida s. h. v. αἴθοπος, sed La. αἴθονος, supra scripta litera π. Id recepit Dindorfius syllabam nominum in ων penultimam ancipitem esse existimans, non solum propriorum Αἴσωνος, Αἴσονος, Νάρωνος, Νάρονος, sed appellativorum quoque. Ego vulgatam retinui. Nam si Indi ob colorem αἴθοπες vocantur Nonn. L. XXVIII. 176. si per translationem αἴθοψ βασκανία Agath. Epigr. XIV. 10. quis neget hoc epitheton dici posse de homine ingenii fervidi et in iram praecipitis, qui vulgo θερμός et διάπυρος vocari solet? si praesertim respexerit alia adjectiva in οψ et ωπης exeuntia, quae a vultu visuque transferuntur ad animum v. Adn. ad v. 955. Sed adjectivum αἴθων, cujus origo tam clara, mentio tam crebra est, aliquando per ονος declinatum esse, id quibus argumentis demonstrari possit nescio. [αἴθων et εἴρων — ωνος Anecd. p. 1199. Cram. An. Ox. I. p. 241.] Propria, quae cum illo jure conferri possunt, Αἴθων, Λάμπων, Λεύσων, Μένων, Χαίρων, ceteraque participiis assimilata, hanc licentiam certe non habent. Ex appellativis autem vir eximie doctus unum affert πρίονες. *Ita enim,* inquit, *a Cratino dicti sunt, qui πρίωνες dicendi fuerant, de quo exposui ad Vesp.*
163 694. Equidem in Commentariis T. V. p. 495. et in Edd. Lond. et Lips. nihil quod huc pertineat, reperi, sed suspicor

eum Photii potissimum niti testimonio: *πριὼν ὀξυτόνως τὸ ἄρμενον, πρίων δὲ ὁ τέμνων· τὸ δὲ πληθυντικὸν πρίονες Κρατῖνος.* Id ego sic interpretor, nominativum substantivi, quo facilius a participio dignoscatur, oportere acui, sed hac distinctione in casibus inferioribus opus non esse; cujus rei exemplo affert pluralem *πρίονες*, a proportione primi casus *πριών* dimotum. Alterius formae, quam Dindorfius legitimam dicit, exemplum in promtu est nullum praeter *πρίωνος* Schol. Hermog. p. 54. T. IV. ed. Walz. nam qui inter belluas marinas recensentur a Caesario Dial. II. 605. D. in Bibl. Bign. T. XI. *φῶκαι, φάλαιναι, πρίωνες καὶ γαῦροι καὶ τὰ λοιπὰ φρικώδη*, si nomen sincere scriptum est, pisces esse videntur a serra, ut hodie, denominati typo amplificativo; serra ipsa *πρίων* dicitur barytonôs, contra quam Photius praecipit, ap. Hippocr. de Vuln. Cap. p. 374. T. III. Poll. VII. 113. *τοῦ πρίονος* Soph. Trach. 699. Plut. Quaest. Rom. c. 87. V. Lyc. c. 13. Aelian. H. Ann. I. 30. Simplic. in Arist. de Coel. III. p. 162. b. ut et Moschopulus jubet Sched. p. 161. *πρίων κλίνεται πρίονος.* Galenus Gloss. *ὀρθοπρίονι, τῇ χοινικίδι·* neque aliter *τὸν πρίονα* Hippocr. l. c. p. 375. sq. Aristot. de Coel. III. 8. Leonid. Tar. Ep. XXVIII. Crinag. Epigr. XXXVII. Diodor. IV. 76. *πρίονες* Appian. Illyr. c. XXV. [1]) *πριόνων* Achill. Tat. IV. 19. Poll. II. 36. idemque testantur Grammatici, qui *πρίονος, κίονος* [2]), *πίονος, βραχίονος*, eandem mensuram habere docent, Draco p. 38, 10. p. 51, 4. Arcad. p. 18, 5. [Herodian. Epim. p. 194.] Etym. M. 674, 7. Phavorin. Ecl. p. 366, 24. sine ullo productionis illius indicio, pro qua ne Hesychii quidem glossa afferri potest *Πρινοκόπος, κόπτων πρίωνας*, nam hic quoque in cod. *πρίονας* scri- 164
ptum. [Idem apparet ex *πριονωτός*, quod quum Jacobsius ad Philostr. p. 263. proparoxytonôs scribendum dicit, pro composito habuisse videtur, sed est simplex ut *ἀκτινωτός, κτενωτός, χιονωτός* (nisi *χιονωπός* scribi oportet ut Passovio videtur ad Nonn. Par. IV. 211.) *χειριδωτός, ἁλυσιδωτός, φολιδωτός* quae a nominibus ducta sunt ut *aculeatus, belluatus, ocellatus, pullatus, togatus* etc.] Postremo repugnant cognata *πριονοειδής, πριόνιον*, atque universi generis constantia. Nomina in *ῑων* exeuntia paullo ante commemoravimus, quibus adji-

[1]) In libro Judith. III. 11. ut apud Appianum, Polybium, Plinium *πρίονος* nomine mons significari videtur, talis fortasse, qualem Vascones *Sierra* vocant. Sed serpit suspicio aliquoties pro *πρηών* scriptum esse *πρίων* v. Muncker. ad Anton. Lib. c. XI.

[2]) Galenus in Gloss. *κιών* oxytonum *τὸ ἐκ τῶν θηριδίων* (*κιῶν*) *ἄθροισμα* interpretantur, vitioso, ut videtur, accentu deceptus.

cienda sunt oxytona feminini generis *χιών* et *ἠϊών*, cum glossematico *ἠΐων* [1]). Schol. Harl. ad Od. II. 42. *ἀντὶ τοῦ οὔτε τιν' ἀγγελίην στρατοῦ ἔκλυον — γελοίως γράφει Ζηνόδοτος ἠΐονα ἀπὸ τοῦ ἀΐειν·* ridicule sane, si vocabulo usitatissimo et ad rem aptissimo substituit nusquam lectum. Sed quid unquam commeruit Zenodotus, cur tantae insimuletur audaciae? Nomina in *αων*, quae alpha breve habeant, Arcadius p. 17, 26. barytona esse scribit, ac pariter in *εων* terminata, *Φάων, Κάων, Κλέων, Νέων, νέων δὲ ὡς περιεκτικόν·* ubi pro *Κάων* aut *Ψάων* reponendum, historici nomen v. Wesseling. ad Diod. XXI. 499. Goeller. de Syrac. p. 185. aut *Λάων*, poetae comici, cujus genitivus *Λάωνος* Dicaearch. V. Graec. p. 130. ed. Gail. vocalem, ut in *Φάων*, brevem esse arguit [*Σάων* Anthol. Pal. VI. 255]; longa est in gentiliciis *Ἄων, Χάων* et in appellativo *ἀόνες* Epicharm. Athen. VII. 321. D. quod ex accentu (quanquam fluctuat) et declinatione femininum esse conjicias. Praetereo, ut suspectum, *ταόνες*, quod cod. Medic. praebet Aristot. H. Ann. VI. 9, 1. *Νέων* autem, cujus Arcadius meminit, andronymicum esse videtur Polyb. XX. 5. non topicum; nam hoc Stephanus, eundem Herodianum sequi solitus, oxytonis adnumerat, fortasse quia typum periecticum prae se fert, ut Eustathius p. 324, 35. *Ἀντρών* acui dicit quia *ἀντρώδης* sit. Praeterea est unum in *εων* appellativum, *πρεών, πρεόνος, ὡς πρών, πρωνός — σκολιοῦ τοῦδε κατὰ πρεόνος* Suid. ex Crinagorae Epigr. VII. sed adjectivum rursus produxit Pindarus, *προπρεῶνα ξεῖνον.* De nominibus in *αιων* Etym. M. 583, 36. *τὰ εἰς ων ὀξύτονα τῇ αι παραληγόμενα, εἰ μὲν ὦσιν ἐθνικὰ, τρέπουσι τὸ ω εἰς ο, Παιών· εἰ δὲ μὴ, φυλάττει τὸ ω, βαιών· Παιών, Παιῶνος*
165 *κύριον.* Quod ad gentilicium attinet, *παιὼν στρατός* scribitur Eur. Rhes. 541. sed apud Herodotum, Demosthenem aliosque paroxytonum est ut et andronymicum Pausan. II. 18, 7. V. 1, 2. idque Eustathius praecipit p. 138. 10. et 1109, 11. *Παίων, Παίονος τὸ ἐθνικὸν ὡς Μαίων, καὶ τὸ κύριον· παιὼν δὲ παιῶνος ὡς αἰὼν, Ληναιὼν, τὸ ἐπὶ ἰατροῦ, Ἀσκληπιοῦ παιῶνος εὐμενοῦς τυχών* (Arist. Plut. 636.) [*Μήων* Herodo. I. 7. *Μαίονος Ἑρμοῦ* Anthol. Pal. IX. 645. *παίων* Rhetor. T. III. p. 585. pes Aristid. Quint. de Mus. I. p. 55. II. p. 99. *ὁ παίων βασιλεύς* Liban. II. p. 485. *Σιροπαίονες* Herodo. V. 14. ubi *σιριοπ.* em. ut *θουριοπέρσαι.*] Ac de altero con-

---

[1]) De nominibus *περικτίων, ἰθυπτίων*, et de paragogis, *σκηπίων, στρουθίων, σκορπίων* etc. alibi dicam. Apollonius Athen. VII. 284. A. *πομπίλον ὠκυάλων νηῶν αἰήονα δοῦλον*, fortasse *ἁλιδινέα* scripsit. [*ἡ Ῥίζων, Ῥίζονος* urbs cum fluvio cognomine Polyb. II. 11, 16.]

sentit Stephanus *Μαίων τὸ ἐθνικὸν ὁμωνύμως τῷ κτιστῇ*, discrepat vero Schol. Ven. IV. 394. *Μαίων βαρυτόνως εἰς ἀποφυγὴν τοῦ ἐθνικοῦ*, quod oxytonum est in codd. Herodo. I. 7. VII. 74. sed et andronymicum sic scriptum exhibent codd. Apollod. III. 6, 5. Postremo dei nomen medici *Παιῶνος* scribitur Solon. Fragm. IV. 57. Soph. Phil. 168. Aristid. T. I. p. 71. accentu alio atque Suidas poscit *Παιῶνος τοῦ ὕμνου, παίωνος δὲ τοῦ ἰατροῦ*, neque non libri variant v. Schneider. ad Civ. T. II. 208. Duo appellativa sunt *αἰών* et *βαίων*, quod cum illis complectitur Etym. M. l. c. et separatim p. 192, 52. *βαίων βλέννος. Ἐπίχαρμος δὲ βαιόνας λέγει*, quod in poetae siculi versibus Athen. VII. 288. A. modo sic modo *βαίονας* scribitur. Unius formae est *πλειών, πλειῶνος*, sed *πρηών* dupliciter declinatur, *μεγάλου πρηῶνος* Hesiod. Scut. 437. Nonn. XIV. 437. et *Κίλισσαι πρηόνες* Nicand. Al. 218. *πρηόσιν Ὀσσείοσι* (feminine puto) Callim. H. in Dian. 53. quibus accedit proparoxytonum *πρώονες ὡς σώφρονες* Schol. Ven. Θ. 557. et cum dialysi inversa *πρόωνες οἱ προνενευκότες τόποι τῶν ὀρῶν* Suid. Postrema hujus generis sunt *κύων, ἀλκυών* et *ἀλεκτρυών*, nam *ὀπάων* (*ὀπέων*) *διδυμάων, ξυνήων, παιήων* (*παιήονος οἴνου* Nonn. XIX. 24. *παιήονα βουλήν* Christodor. Ecphr. 255.) utrique generi apta eoque adjectivis similiora videri possunt; certe derivativa sunt. In hoc igitur numero perpauca inveniuntur appellativa, quae in aliis dialectis aliter declinentur, nullum quo duplex nominis *πρίων* declinatio apud ejusdem linguae auctores excusari possit. Sed ne quaestio imperfecta relinquatur, addam quae de non puris collecta habeo. Fixa sunt quae in *βων* exeunt, *ἄμβων, ἀῤῥαβών, βουβών, τρίβων* [v. Theognost. in Crameri An. Ox. II. p. 30.], quae cum genere masculino servant vo- 166
calem nominativi et femininum *ῥυμβών*, quod eam corripit[1]). Pariter sibi constant *ἀγών*, quod accentum periectici habet, *πώγων* et *ἀρίγων, ἀρίγωνος, εἶδος δόρατος* Anecd. p. 1340. [Theognost. l. c. p. 31, 15.] Sed de hoc genere nominatim praecipit Schol. Ven. XXI. 141. oxytona esse, quae per ō declinentur, *Παφλαγόνος, Λαιστρυγόνος, Πηλεγόνος* (cujus exemplum minime aptum affert ex Callim. H. in Jov. 3.) [Strab. p. 331.] *ἀρηγόνος*, barytona autem vel per ω̄ declinari vel per ν̄τ̄, *Οὐκαλέγων, Πελάγων, Σαλάγγων, μέσφα*

[1]) Arcadio p. 10. restituenda *στίλβων* pro *στείβων*, *Ἀλαβών* fluvii nomen v. Steph. *Χαρναβῶν* v. Aglaoph. p. 215. et in aliis terminationibus *ἀνόδων* p. 11, 9. pro *ἀκόδων*, *Ἀσπληδών* pro *Ἀσπιδών*, *πίθων* pro *πήθων*, *κώθων* pro *ὄθων* p. 12. *Ἀργανθών* pro *ἀργαθών*, *φαρμακών* pro *δαρμακών*, *Δάφνων* (v. ad Greg. 884.) pro *ἄμφνων*.

Σαλάγγωνος ποταμοῦ, quae eadem fere leguntur Arcad. p. 10. Eustath. p. 1228, 14. sed mendosius scripta *ἐλέγων* pro *Πελάγων*, *λάγων* incertum num pro *εὐάγων* ut cod., an pro *Οὐκαλέγων*, postremo *σελάγων* et *φαλάγγων* pro *Σαλάγγων*, quod fluvii nomen in Ind. Anecd. *Σαλγών* scribitur [1]). Masculinum *ἀρηγών*, *όνος*, ille ignoti poetae testimonio confirmat *ἀρηγόνος ἡμετέροιο*, et legitur saepius eodem ubique accentu Batrach. 281. Nonn. XIII. 52. XXIV. 75. XXX. 171. Paraphr. XVII. 79. Orph. Lith. 189. Gregor. Naz. Carm. I. p. 45. D. Tzetz. Posth. 691. sed denegatur Homero, *ἐπὶ μόνου θηλυκοῦ τάσσει ὁ ποιητής* Schol. Il. IV. 7. Pro masculino barytono nihil quod afferri possit, suppetit; pro oxytono unum illud laconicum *ζυγόνερ, τοὺς ἐργάτας βοῦς* Hesych. quae sine dubio est prima positio feminini *ζύγαινα*. Femininum tuetur Etym. M. 141. 15. *πειθώ, κλωθώ, χιών, τερπών, ἀρηγών* componens ut a verbis barytonis orta, idemque defendere videtur Schol. Il. V. 511. *ἦ γάρ ῥα πέλεν*
167 *Δαναοῖσιν ἀρήγων* [2]), ubi quum genus ambiguum sit, Aristarchus scripsit *ἀρηγών·* quod ille probat; *καὶ δῆλον ἐκ τοῦ ἀρηγόνες·* neque enim accentum accentu definire videtur sed declinatione quia appellativa in *γων̄*, quae vocalem corripiunt, ad genus femininum et ad oxytonesin propendent, *λαγών*, *ὀλολυγών, πλαγγών* [3]), *πυγών*, *σταγών*, *τρυγών, σιαγών*, quibus *κραγγών* quoque, id est *ἡ κίττα* Hesych. addendum videtur et *κραγγόνες* cancrorum nomen, quod et *κράγγαι* dicitur, et *φαγών* si pro *σιαγών* valet; sed si comedonem significat, haud dubie per *ῶ* declinandum et gravandum est ut *δέκων ὁ δεκαζόμενος* Hesych. *δράπων, πόρδων* et cetera amplificativa; *τὸν λαγόνα* Hippocr. de affect. intern. p. 473. [*τοὺς λαγόνας* Stephan. Schol. in Hipp. T. I. 168.] sed multo

---

[1]) *Ἐρίγων* ab Arcadio memoratum [Cram. An. Ox. II. p. 31.] est nomen fluvii, quod alibi *Ἐριγών* scribitur v. Schweighaeuser. ad Athen. T. I. 310. *Ἀῤῥαγών, ῶνος* item fluvii v. Tzschuck. ad Strab. XI. 411. *Πελάγοντα* Hippodamiae procum nominat Pausanias VI. 21, 7. sed *Πελάγωνα* piscatorem Sappho Epigr. II. *Ὀρτιάγων, οντος*, Galli nomen est Polyb. XXII. 21. *Δαμάγων* Laconis Thucyd. III. 92, 4. [*Οὐαλέγων* Eustath.]

[2]) Mirum est Buttmannum Gramm. §. 56. Annot. 11. p. 210. hujus nominativi penitus oblitum esse.

[3]) Appellativum *πλαγγών, πλαγγόνος* scribitur ap. Callimachum et Grammaticos, eodemque modo nomen proprium mulieris Demosth. c. Boeot. p. 997. p. 1008. p. 1011. nisi quod cod. Marc. aliquoties barytonum exhibet, et mendosius etiam *Εὔβουλος ἐν Πλαγγῶνι* vulgabatur ap. Harpocr. s. *Μετοίκιον*. In Charitonis libris saepissime *ἡ Πλάγγων, τῆς Πλάγγωνος* III. 8. V. 5. etc. sed *Πλαγγών* Alciphr. III. Ep. 22. [Athen. p. 558. B. 594. C.] *Γόγγων, μῶρος* Hesych. *λόγγων* cessator et *λογγὼν ὁ τρητὸς λίθος*, de quo Hom. Od. *N*. 77. masculina sunt.

praevalet alterum genus Aristoph. Rann. 662. Xenoph. Cyn. IV. 1. etc. Vocabulo alioqui suspecto *κραταιγών* cur Lexicographi masculinum articulum praeponant, nescio, sed si Graeci illo paraschematismo usi sunt[1]) certe accusativum potius paroxytonum fecerunt, ut apud Theophrastum legitur, quam proparoxytonum, ut apud Athenaeum. Tantum de no- 168
minibus in *γῶν*, quorum a declinatione legitima num desciscit *τῆς πλαταγῶνος* Schol. Theocr. XI. 57. sed pro hoc *πλαταγώνης* scribendum ut *ἀνεμώνη, ἀργεμώνη, σικυώνη*[2]). Sequitur ut de nominibus in *δων* dicamus, ac primum de masculinis. Horum igitur ea, quae per ω̄ declinantur, barytona esse solent, *Κύδων, κώδων, κλύδων, χλίδων, τοῖς χλίδοσι* (sic) *καὶ ὁρμίσκοις* Epiphan. de Gemm. V. 227. T. II. v. Schleusner. Thes. T. V. p. 526. a quo quae proferuntur exempla oxytonesis [*τοὺς χλιδῶνας* Plutarch. de Fort. Rom. IV. p. 5.], corrigenda sunt ad praeceptum Grammaticorum v. Dindorf. ad Arist. Fragm. p. 143. et Addend. p. VI. praeter *οὐδών, μυδών* (si certa lectio) et ionicum *ὀδών*[3]), quae per *ντ*, ea vero gravantur ad unum omnia, quod vetere edicitur canone: *τὰ εἰς ων ὀνόματα ὀξύτονα οὐδέποτε διὰ τοῦ ντ κλίνεσθαι* Schol. Ven. *M.* 390. nam *ἑκών* esse participium vel participiale. Atque huic generi Technographi hanc spissiorem formam ita proprie assignant, ut genitivos *Λάδωνος, Νέδωνος, Μέδωνος* legitime declinatos, *Λάδοντος* vero, *Νέδοντος, Μέδοντος, κνώδοντος*, participiorum ritu effictos pronuncient v. Theodos. ap. Dindorf. ad Aristoph. Schol. Vol. III. 418. et Choerobosc. Anecd. p. 1393. b. neque dubito, quin vocabula ejusdem fili *ἄκων, γέρων, δράκων, λέων, θε-*

---

[1]) Hujus exempla sunt *σπάδος, σπάδων, χηραμός, χηραμών*, et in propriis *Καδμεῖοι, Καδμείωνες, Ἀργεῖοι Ἀργείωνες* cetera incerta: *γάγγαμον* et *γαγγαμών*, sed hoc parum stabilitum in codd. Poll. II. 169. et ap. Etym. M. *πλάταμος*, quod Schneiderus defendere conatur ad Aristot. T. IV. 582. et *πλαταμών*. *Τὸ γλίττον* et *ὁ γλίττων* Eust. 1560, 34. neutrum a suspicione remotum. Hesychius *Κλαδόνες, κλάδοι* et *Σταθμόνες, φλιαί·* dubitari potest ne *κλαδῶνες* sive *κλαδέωνες* et *σταθμῶνες* scripserit. Accusativus *γόγγρωνα* legitur in Galeni Gloss. idem significans quod *γόγγρος*, sed in Comm. ad Epid. VI. Sect. III. 38. sq. T. XVII. P. I. retinet femininam formam, qua Hippocrates utitur, *τὰς γογγρῶνας*. *Κορυδός* et *κορυδών* idemne significent, ambigitur.

[2]) Ex hoc genere Arcadio p. 10, 5. pro *πύργων* restituendum est *πώγων*, pro *ταγών, σταγών*, pro *μέγων, Μάγων*, pro *φλεγών, φηγών*. *Αἴγων* andronymicum est et maris nomen v. Jacobs. Anth. T. IX. p. 507.

[3]) *Οἱ σπυρίδωνες* Lexicographi afferunt e Poll. VII. 137. ubi nullus articulus est. Eustathius Or. IV. 30, 88. *Δαυὶδ καὶ οἱ τῆς νέας ἱεροὶ σπυρίδωνες.*

ῥάπων, σπάδων [1]), τένων, κελέων, una cum aeolico ἔδων (mordax) et ionico ὀδών hanc ad rationem revocaverint. Quae
169 vero genitivum in ονος mittunt, oxytona sunt et feminina, ἀηδών [2]), ἀκροχορδών, βεμβραδών, καρκαδών [3]), ὀλοφυγδών, σινδών, σπαδών [4]), σχαδών, Φλεδών [5]), χελιδών, ad ultimum σαρδών, cujus pluralem rectius apud Pollucem σαρδόνες scribi quam apud Hesychium σάρδονες [6]) Arcadius testatur p. 11, 6. ὀξύνεται τὰ διὰ τοῦ ō μόνον κλινόμενα, Μυγδών, σαρδών, σινδών. [Μυγδόνας Aelian. V. H. VIII. 5. Nonn. X. 232. Μύγδονι XIV. 14. Μύγδονα Paul. Silent. Soph. II. 514. Μυγδόνος Ambo 138. Nonn. XLIII. 23.] His convenit magnus numerus nominum in εδων et ηδων, σηπεδών, τηκεδών, χαιρήδων, de quibus alio loco sum dicturus, et Theodosii regula Gramm. p. 128. feminina paroxytona in obliquis casibus penultimam longam, oxytona brevem habere, exceptis urbium nominibus Σιδών, Καλυδών, quod genus omnino liberius est quam ut canoni subjici patiatur, multasque antinomias habet. Μυγδών autem illud andronymicum et gentilicium non solum hoc modo scribitur in nonnullis codd. et edd. Il. III. 186. Eur. Rhes. 539. Apollod. II. 5, 7. Strab. VII. 295. XII. 575. Nonn. XV. 59. sed etiam accentu in prima syllaba posito Paus. X. 27, 1. Julian. Epigr. XLVI. 503. T. II. Anall. Nonn. XIV. 14. Paul. Silent. Ecphr. Soph. 515. Steph. s. h. v. rectius tamen prius videtur, quia

---

[1]) Hoc biforme est *σπάδωνος* et *σπάδοντος* v. ad Phryn. p. 273. aut ut peregrinum v. Steph. s. *Σπάδα*, aut ex dialecto, ut Aeoles *Δράκονος* dixere (vel *Δράκωνος*) Anecd. p. 1199. Latini *Leontis* et *Leonis*, *draconis* et *dracontis*, et *bisontem* dicunt quem Graeci *βίσωνα*, Lacones *γερωνία* pro *γεροντία*. [*Σπυρίδων* Suid. s. *Ἀρχαϊκόν*.]

[2]) Eustathius Atticos *ὁ ἀηδών* dixisse narrat; fortasse *μετωνυμικῶς*, ut poeta, qui Euripidem nominavit *μελίγηρυν ἀηδόνα*. Nihilo certius *silvester aedon*.

[3]) Phot. s. v. Genus femininum colligo ex eo, quod nonnulli id herbae nomen esse putarunt.

[4]) *Σπάδων ὁ εὐνοῦχος, σπαδὼν ὀξυτόνως τὸ σπάσμα* Phot. Suid. *Λακίδες, σπαδόνος* Hesych.

[5]) *Φλεδόνας φλυαρίας καὶ λήρους ὠνόμασαν ἔνιοι τῶν παλαιῶν* Galen. Comm. I. in Prorrh. I. 103. p. 733. T. XVI. *φλεδόνας καὶ σκιάς* Plut. de Def. Oracc. XIX. 329. T. IX. *φλεδόνες τὰ σπάσματα* Hesych. sed barytonum *φλέδων* utriusque generis particeps. *Βώρδων* Orion. p. 177. sive *βόρδων* Etym. Gud. p. 111. nihil aliud est quam latinum burdo. Hesychius et Suidas *Ψιδόνες, Ψιδῶνες* et *Ψυδῶνες* interpretantur *διάβολοι*. Suidas (post *ψολοκομπία*) *ψόδια, ψευδῆ· Κρῆτες*, ubi Kuesterus e codd. *ψούδια* reponit, quod comparandum cum *σπουδή, σπεύδω*. Omisi *Κλώδων*, cujus declinatio in incerto est. [*Κλάδων* Quint. Sm. II. 365.]

[6]) Idem *Σαρῶνες τὰ τῶν θηρατῶν λίνα*. Utrumque nomen cum latino *verriculum* congruit. Hesychii *σάρων λάγνος*, unde sit, ignoramus.

quae communis generis sunt, accentum femininorum habere solent, *Σαρδών*, *Ἀνθηδών*, *Ἀσπληδών*, *Ἰσσηδών*, *Σαρπηδών*, 170
nam non heros solum ita dicitur sed et insula et rupes v. Herodian. *π. μον. λ.* p. 9. ubi *φαρκιδών* editum pro *Φαρκηδών* v. Steph. *ἀσσιδών* pro *Ἰσσηδών*. Itaque *Σαρπήδοντος* scribitur sed *Σαρπηδόνος*, et *Ἀκίδοντι* ut *Κελάδοντι* [1]) sed *Ἀπιδόνος*. Atque hunc flexum sequuntur etiam adjectiva in *ζων*, *ἀλαζών, ὀλίζων, μείζων,* ut duorum generum; substantiva vero sic terminata non extant praeter propria; Stephanus *Ἀλαζὼν ἔθνος ὀξύνεται διὰ* (scr. *κατὰ*) *τὸ ἐπιθετικὸν καὶ φυλάττει τὸ ω̄ πρὸς ἀντιδιαστολήν.* [*Ἀλλαζῶνες* Herodo. IV. 17. *Ἀλάζωνας* 52. Alio accentu, quia diastole nulla, scribitur *Ἀλίζωνες* in Schol. Ven. *B.* 858. quos quidam eosdem putant. [*Ἀλιζῶσι* Pausan. I. 32, 1.] In Ind. Anecd. proferuntur *Ἄζων* et *Ῥίζων* per ω̄ declinata; atque haec barytona Arcadius sine dubio ante oculos habuit p. 11. *τὰ εἰς ζων ἀρσενικὰ βαρύνεται, ὁπότε μὴ εἴη ὑπερδισύλλαβα ἢ πρὸ τέλους ἔχει μακρὸν τὸ ᾱ, εἰ πόλει ὁμωνυμεῖ, οἷον μείζων, ῥίζων* (cod. *ὄζων*), *ὀλίζων*, ubi pro *μείζων* scribi oportet *Ἀμαζών*, nam id masculinum quoque est v. Steph. et acuitur, quia alpha longum in paralexi habet v. Draco p. 100, 2. pro *ὄζων* vero, quod cod. addit, *Ἄζων* viri et fluvii nomen, quod hoc accentu distinguitur ab urbe homonyma *Ἀζῶνες* Diodor. Fragm. L. XXII. 303. T. IX. Bip. *Ῥίζων* item viri et fluvii ab urbico *Ῥιζῶν, ῶνος*, quanquam in utroque et accentus fluctuat et declinatio v. Steph. s. *Βουθόη* et Schweighaeuser. ad Polyb. II. 11. postremo *ὀλίζων* a vocabulo oppidi *Ὀλιζών, ῶνος*, v. Eustath. 329, 10. quod *Ὀλίζων* scribi maluit Nicias v. Schol. Ven. *B.* 717. ut legebatur ante Tzschuckium ap. Strab. IX. 436. Sequitur Philemonis praeceptum *N.* 8. [Eustath. p. 1409, 22.] *τὰ εἰς θων λήγοντα πάντα φυλάττουσι τὸ ω̄ οἷον αἴθωνος, χρόνθωνος*, adde *κάνθων, κώθων, μόθων, ῥώθων.* Sed a *κόκκων* genere discordat *μήκων*, accentu *ἑλικών*, declinatione *εἰκών*. Nomina in *λων* Etym. M. 130, 30. gravari dicit, ut *δόλων*, *Ἀσκάλων* (adde *κάλλων, κήλων, τίλων, αἰσάλων* v. Schneider. ad Arist. T. IV. 171
18.) praeter *μιμαλλών* et *Βαβυλών* [2]). Nomina in *μων* dissyllaba, ut Arcadius docet p. 13, 22. barytona sunt *ἄκμων*,

---

[1]) Strab. VIII. 348. A. apud quem tamen p. 351. *Ἀκίδωνα* scribitur. [*Κρήθων* Anthol. Pal. VI. 258. VII. 740. *Ἄλκων* Nonn. XIV. 22.]

[2]) *Βριλὼν ὁ βαλανεύς* Anecd. Ind. quod cum *μύκων* Poll. v. Interpp. ad Greg. 362. sq. praeterii ut ignotum; *σαλάκων* proprium perhibetur v. Schol. Vesp. 1208.

κάμων (*κάμωνος*), *μούσμων*, *πνεύμων*, *στήμων*, *τέρμων*[1]) exceptis topicis, quibus *λειμών* adnumerari potest cf. Etym. M. 562, 29. *καὶ τοῖς ἐπὶ καιροῦ λεγομένοις*, quo *χειμών* significatur, postremo iis, quae longum *ῡ* habent (ut *Στρυμών*) [*Στρυμῶνος* Scylax Geogr. T. I. 282. bis. *Κρανών* Schol. Theocr. XVI. 38]; atque haec omnia masculina sunt, feminine autem *μορμών*, ut *Γοργών*, et *δαίμων ἡ διαίρεσις* Alcman. Fr. XLVIII. *πάλους ἔπαλε δαίμονάς τ᾽ ἐδάσσατο*. [V. Cramer. An. Ox. T. IV. p. 409.] Trisyllaba in *αμων*, utcunque declinata, ultimam acutam habent, *τελαμών*, *θηλαμών*, *χηραμών*, nomina in *εμων*, *υμων*, brachyparalecta, si penultimam genitivi corripiunt, acuuntur *ἀκρεμών*, *δαιτυμών*[2]), si porrigunt, gravantur, *ἀρτέμων* ut *Πολέμων*. In Act. Apost. XXVII. 40. omnes quidem codd. *τὸν ἀρτέμονα* ut in obscuro J. Lydi loco de Mens. II. 11, 78. sed appellativi declinatio sine dubio eadem quae proprii[3]), et *ἀκρέμων* vulgo paroxytonôs scribitur sed contra disertum Suidae praeceptum *ἀκρεμὼν ὀξύνεται ὡς ἡγεμών*. Praetereo *ἰχνεύμων* et verbalia, quae hominibus attribuuntur, *ἐπάμων*, *ἥμων*, *οἰκτίρμων*, quia in hoc numerosissimo genere nulla apparet diversitas; quibus accedunt adjectiva mera *τεράμων* et *αἰφνήμων*. Ad proximas literas descendentibus occurrunt *ἄξων*, *μέμνων*, *θρασυμέμνων*, *πέπων*, *πεπών* et *κανών*, tum *κάπων*, *σάπων*, *σκί-*
172 *πων*, *παρών*[4]) quod rectius scribi videtur *πάρων*[5]) *σίσων*, *γείτων*, *τέκτων*, quae ambo Grammatici communia perhibent, *πακτών*, *χιτών*, *κροτών*, cujus notatio in libris nostris instabilis sed a Stephano fixa est: *Αἰσὼν ὀξυτόνως· τὰ γὰρ εἰς ων δισύλλαβα ὀξύνεται, εἰ μὴ διαστολὴν ἔχει σημαινομένου, ὡς*

---

[1]) Eur. Hel. 1491. *Ὑάκινθον ἐξαμιλλησάμενος τρόχῳ τέρμονι δίσκου ἔκανε*, sunt qui *πρὸς τέρμονα* emendent; praestat fortasse *ἀτέρμονι*.

[2]) Hoc Arcadio restituendum p. 14, 1. pro *τυμών*, et paullo ante *δρυμών* pro *κρεμών*. [*Ἐτύμονος* Pausan. V. 5, 1.]

[3]) Vid. Fischer. ad Anacr. Fr. XXVII. 2. *τὸν Ἀρτέμονα* in Schol. Pind. P. I. 1. Boeckhio invito excidisse videtur. *Ἀγρέμων*, *ἀγρέμονος* contrarium est Arcadii praecepto. [*Ῥίνων* Isocr. p. 650. *ἀρτέμονα* Hesych. s. *μασχάλη*. *σίνωνος* Galen. T. XIX. 717. 744. *σίσων* Paul. Aeg. VII. 253.]

[4]) Zosimus IV. 39, 354. *τοῖς περὶ τὴν ἠϊόνα τοῦ ποταμοῦ παροῖς ἐμπεσόντες ἀπώλοντο·* scr. *παρῶσι* vel *μυοπάρωσι*, repetita syllaba praecedentis vocabuli.

[5]) Nihil nos juvant Zonaras T. I. 426. et Arcadius, qui p. 16, 9. pro *νέρων* scripsit vel *Ἥρων* vel *εἴρων*, pro *τήρων τρήρων*, pro *σχαιρών σφαιρών* (rete), pro *οἰρών* fortasse *χοιρών*. Paullo ante *Δεξικρῶν*, non *ἐξικρών*, et paullo post *Ὀλοσσών*, non *λοσών*, neque *κράτων* sed *Κρότων*. *Βρύχων* p. 16. fluvii nomen est v. Dicaearch. Descr. Pel. p. 142. T. II. ed. Gail. *Σπέρχων* canis v. Anecd. Ind. *Δούπων* p. 14. Centauri v. Anecd. Ind. Pro *μωτίων* p. 17. scr. *Μολίων*.

Κρότων, *κροτὼν*, ἢ χαρακτῆρι ὑπάγοιτο ὡς τὸ Ἴτων συναπενεχθὲν τῷ Τρίτων, *Γείτων* (scr. *Κρίτων*), οἷον Ἠϊὼν, *Κρανὼν*, *Γυρτὼν*, *Νεὼν*, quae omnia librarii aliter scribere solent v. Tzschuck. ad Strab. IX. 641. Siebelis. ad Paus. L. X. p. 287. Lehrs. de Aristarch. p. 272. Eadem Ethnographus s. *Βιστωνία* nos docet, bisyllaba, quae in *των* exeant, barytona esse exceptis periecticis et si qua diastole opus sit, ut *κροτών*, *χιτών*, quanquam ipse *Βουβὼν* et *βουβὼν* non magis distinguit quam Arcadius *Ἀγκὼν* et *ἀγκὼν*, neque *Ἐλεὼν* differt ab *ἐλεὼν θάμνος καὶ ὄφις* Hesych. nisi forte spiritu. Sed ὁ *Πύθων* et ἡ *Πυθὼν* ipsa generis diversitate disparantur v. Ammon. s. h. v. Restant *βίσων*, *φώσσων*, *σίφων*, *τυφὼν* sive potius *τυφῶν*, *ἀχὼν ἄμπελος* Anecd. Ind. *βλήχων*, de quo uno veteres curiosius disserunt. Primum Theodosius p. 128. illud cum femininis barytonis conjungit, quae longam retinent, *τρήρων*[1]), *Ἀσκάλων*, quo accentu masculinum notatur *τὸν βλήχωνα* ap. Schol. Nic. Al. v. 128. et *βλήχων ἢ γλήχων* Suid. Ac si quis hunc *οὐ γλήχων* scripsisse putet ut Philemo p. 295. praesto est alius masculini generis testis Alexander Aphr. in Soph. El. p. 30 b. *ὁ γλίχων καὶ τὸ σκόροδον*. Arcadius p. 16, 7. *τὸ γλίχων* (*γλήχων*) *ὤφειλε βαρύνεσθαι, εἰ δὲ θηλυκὸν καὶ διὰ τοῦ β, ὀξύνεται*[2]). Huic 173
consentit Phrynichus App. p. 30, 15. *βληχὼν οἱ Δωριεῖς γλαχὼν, οἱ Ἴωνες γληχών· ἀμφότεροι δὲ θηλυκῶς, οἱ μὲν τὰν γλαχόνα, οἱ δὲ τὴν γληχόνα*, unde adjectivum ducitur *γληχονοειδὲς τὸ δίκταμνον* Hesych.[3]). Apud Hippocratem saepe legitur *τῆς γλήχωνος*, *τῇ γλήχωνι*, *τὴν γλήχωνα* de Mul. Morb. p. 663. 708. 714. 715. 723. 732. 734. 768. 810. 831. T. II. aliquoties etiam *τῆς βληχοῦς* de Morb. III. 323. et 324. T. II. sed vitiose scriptum *βλήχους*, et *τῇ βληχοῖ* Theophr. H. Plant. IX. 16, 1. *τὴν βληχώ* Aristophon Athen. II. 63. A. Arist. Lys. 89. *τὴν γλαχώ* Ach. 882. [Schol. ad h. l. *κλίνεται δὲ καὶ γληχὼ, ὡς Σαπφώ*] quos accusativos Buttmannus Gramm. §. 56. Adn. 11. et Elmslejus gravandos putant, ceterorum casuum quos attuli ignari. Ad ultimum, qui homericum *κατηφόνες* interpretati sunt *κατήφειαι* Schol. Il. XXIV. 252. in substantivis numerarunt; Aristarchus quid senserit, parum claret; nisi forte ex eo quod *κατηφόνες* scripsisse dicitur *ὡς Μακεδόνες*, vel, ut alius ait, *ὡς σειρηδόνες*,

---

[1]) Id natura haud dubie non minus commune est quam adjectivum *χάρων*.

[2]) *Γλίχων* in farragine dichronorum Drac. p. 117, 2. et Hephaest. Schol. p. 2. fortasse idem est quod *γλιχὼ ἡ περίεργος*.

[3]) In dictamni succidaneis pulegium refert Galen. T. XIX. 729.

κηληδόνες, quae omnia sunt vocabula animantium, non affectionum, conjecturam ducere libet, eum intellexisse tristitiae conciliatores vel etiam, quod probrosius est in mares dictum, conciliatrices; nam ex duobus postremis exemplis, quae non temere apposita videntur, sicut ex Arcadii supplemento in cod. Havn. p. 16, 3. et Etym. M. 513, 31. *Κολοφὼν καὶ κατηφὼν ὀξύνεται ὡς θηλυκά*, colligi potest, de hoc veteres idem statuisse quod de *ἀρηγών*, unius generis esse feminini. Accentus solus id non demonstrat, quum *ἀλαζών* commune sit, neque apparet omnino, cur Aristarchus *κατήφονες* scribere noluerit ut *καταπύγονες* [Lucian. Lexiph. §. 12.] [1]) nisi
174 generi feminino affixum esse credidit. Cur autem hoc crediderit vix suspicari licet, quum loco homerico utrumque genus aptum sit, neque Crates *κατηφέες* scripsisset, si nomen *κατηφών* ei fuisset aliunde cognitum. Ceterum hinc quoque apparet, femininis propriam esse oxytonesin cum correptione vocalis conjunctam, masculinis in contrarium inclinantibus. Loquor de appellativis; nam topica, gentilicia perinde ut andronymica et periectica ab hac disputatione seclusi; neque complexus sum omnia sed quae ad probationem necessaria videbantur. Haec autem omnia eodem tendunt, planumque faciunt nullum esse vocabulum appellativum ab ejusdem dialecti scriptoribus dupliciter per $\overline{\omega\nu o\varsigma}$ et $\overline{o\nu o\varsigma}$ declinatum, quo magis scire aveo, quibus rationibus Dindorfius in illam ductus sit sententiam.

V. 224. *Ἄτλατον οὐδὲ φευκτάν.* Sic codd. et Ald. *φευκτήν* vett. Edd. *φερτάν* Heidelb. *φευκτόν* Suidas s. *Αἴθοπος*, quod Hermannus improbat ob eam causam quia Tragici, si fieri possit, terminationes variare ament. Fortasse hoc addi potest, eos non sine certa ratione ex mobilibus communia facere, sed potissimum hiatus effugiendi causa ut *δακρυτὸς ἐλπίς* Choeph. 233. *βροντὴ πτερωτὸς ἥδε* Oed. C. 1460. ac similiter feminina sunt *ζηλωτός* Med. 1035. *ὠνητὴς ἢ τολμητός* Hel. 825. *ζηλωτός* Andr. 5. *θνητός* Iph. A. 901. 1394. *Κύπρις οὐ φορητός* Hipp. 442. codd. *φορητόν*, ut pro *εὐανδρία διδακτός* Eur. Suppl. 924. libri *διδακτόν* exhibent; postremo *δωρητὸς οὐκ αἰτητός* Oed. T. 384. *μεμπτός* Trach. 446. quae omnia vocalem praecedunt; *ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος πρὸς ἡδονήν* Agam. 294. fortasse sigmatismi causa;

---

[1]) Schol. Ven. XXI. 141. *παρώνυμον τοῦ κατάπυγος ὡς τοῦ ἄπειρος ὁ ἀπείρων.* Arcadius 10, 25. addit *ἄναιμος, ἀναίμων, ἄγκυλος, ἀγκύλων*, quod quum ab hoc loco, ubi de compositis agitur, alienum sit, in *ἄκυμος, ἀκύμων* mutandum videtur; *ἄκυμος* Matthiae ad Herc. 686. suspectum habet. Nec rara haec paragoge in simplicibus, *γλίσχρων, γλύκων, κύρτων, μάκρων, στράβων, ψώλων* etc.

sed cur Aeschylus Prom. 592. de Io dixerit *Ἥρᾳ στυγητὸς πρὸς βίαν γυμνάζεται*, minus apparet.

V. 225. *Δαναῶν ὕπο κληζομέναν*. Plerique codd. et Ald. *ὑποκληζομέναν*, quod et Suidas in Lexicon retulit, etsi Schol. simplex *κληζομέναν* interpretatur *φημιζομένην*. Paris. D. et Cant. *ὕπο κληζομέναν*, quod recepi. Ed. Pr.

V. 226. *Τὰν ὁ μέγας*. Musgravius in superiore versu *τὰν μεγάλων*, in hoc *παντομιγής* scribi vult; Reiskius *τὰν ὁ* 175
μιγάς quod (etiamnunc) arridet Bothio; sed laboratur frustra; *μέγας μόρος* Choeph. 478. *μέγας δαίμων καὶ βαρύμηνις* Agam. 1492. prope accedunt ad significationem *τοῦ δεινοῦ*, et quod supra v. 173. legitur *μεγάλα φάτις*, id omnem eximit dubitationem. Ed. Pr.

V. 229. 230. *Οἴ μοι — περίφαντος ἀνὴρ θανεῖται παραπλήκτῳ χερὶ συγκατακτάς*. Apud Suidan s. *Τὸ προςέρπον* legitur *ᾤμοι*, ut in Dresd. A., *ὤ μοι* cod. *Γ*. *Περίφαντος ἀνήρ* hinc affert Eustathius p. 927, 3. Bothius *ἀνήρ* edidit ut Hermannus praescripserat. Sequentia *παραπλήκτῳ — συγκατακτάς* apponit Suidas s. *Παραπλῆγες*. Vitiosam interpunctionem, qua *θανεῖται χερί* junguntur, retinuit Brunckius, quamvis jam olim a Stephano castigatam. Ed. Pr.

V. 231. *Κελαινοῖς ξίφεσι*. Eadem numeri enallage usi sunt Pindarus P. IV. 431. *Φρίξου μάχαιραι*, Euripides Ion. 191. *ὕδραν ἐναίρει χρυσαῖς ἅρπαις*, Manetho I. 316. *σφαγίοις ξίφεσιν δεδαϊγμένος*; item aliorum instrumentorum vocabula pluraliter usurpantur, *βάκτρα* Eur. Herc. 108. *σκῆπτρα* Agam. 1266. *ἀγκύλαι* Oed. T. 1227. Haec sive fortuito sive ex occulta quadam ratione paucorum exemplorum finibus continentur, certe a plurali *τὰ τόξα*, qui jam vulgo pro singulari obtinet, distingui oportet. Eademque cautio adhibenda vocabulis, quibus partes corporis significantur; nam *λαιοὶ βραχίονες* Eur. Phoenn. 1143. sine dubio longe notabilius est quam quod uni homini tribuuntur *πρόςωπα*, *στόματα* [*στομάτεσσι* Nonn. VII. 285.] *λαιμοί*, *στήθη*, *στέρνα*, *μετάφρενα*, *νῶτα*, non a poetis solum sed vel in sermone vulgari, *λόγχῃ βληθεὶς εἰς τὰ στέρνα* Dionys. Antt. IX. 11. p. 1766. *ἀνοίξας τὸν ταῦρον κατὰ τὰ νῶτα* Lucian. Phal. Pr. §. 11. p. 51. T. V. *τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ* Philostr. Iconn. I. 26, 801. etc. et nonnulla hujus generis in hoc numero fere fixa sunt, ut *τὰ οὖλα*, quod solum probare videtur Pollux II. 94. sed *τὸ οὖλον* Diog. VII. 176. et latini promiscue *gingiva* et *gingivae*, *αἱ ὠμοπλάται*, ut apud Latinos *scapulae*, *οἱ μυξωτῆρες*, *οἱ ῥώθωνες*, *nares*, *τὰ κύφελλα*, *τὰ μήδεα*, *τὰ γέντα*, *ἔντερα*, *νήδυια*, *ilia*, *intestina*, [*pantices*], *τὰ κάλλαια*, *αἱ λαγόνες*, *αἱ γαμφηλαί*, cujus usus exempla 176

Grammatici Latini intentissima cura conquisiverunt; Graeci nostri de pluralibus tantum ne verbum quidem.

V. 232. *Καὶ βοτῆρας ἱππονόμους.* Porsonus Adv. p. 186. antistrophae causa emendat *ἱππονώμας,* quod in La. pr. obscure expressum videtur. Id Matthiae probat prae *ἱππονόμους*, quod Hermannus edidit, quia quae brevem in penultima vocalem habeant, ea in *ος* finiantur, quae longam, in *ας*, quod si de iis intelligi voluit quae a verbo *νωμῶ* et similibus composita sunt, praeter hoc ipsum nullum est a quo adjectiva in *ης* componantur v. ad 604. nam a *φωρῶ* est *αὐτόφωρος*, cetera hujus moduli, *τρωχῶ, στρωφῶ, τρωπῶ*, ad componendum inhabilia sunt, sic ut ex his regula compositionis duci nequeat. Si de aliis, adversantur ei *ἱερόσυλος*, *σκιόθηρος*, *μειλιχόμειδος*, quod ipse in Alcaei Fragm. XLII. p. 42. adversus Blomfieldium tuetur, aliaque multa. Scholiastes *ἱππονόμους* interpretatur *τοὺς μεγάλως φυλάσσοντας*, ratione debili, quia equorum antea nulla facta sit mentio. Ego cum Hermanno *ἱππονώμους* recepi, sed aliam ob causam. Pro *βοτῆρας* Musgravius, qui in versu antistrophico *τὸν λύσσα* scribit, hic *βωστῆρας* corrigit teste usus Hesychio *βωστῆρες, νομεῖς*, quod licet alibi non reperiatur, tamen praeferendum est Stephani emendationi *βωτῆρες*, namque *ἐκτείνεται μὲν ὁ βώτωρ καθὰ καὶ ὁ δώτωρ, οὐ μέντοι καὶ ὁ βοτὴρ ὥςπερ οὐδὲ ὁ δοτὴρ, παρά γε τοῖς ὕστερον* Eustath. 1739, 46. ut et Suidas tradit *Βοτὴρ καὶ δοτὴρ, βώτωρ δὲ καὶ δώτωρ*, falsoque Lexicographi nostri ex hoc Sophoclis loco *βωτήρ*, et ex Nicandro *βρωστήρ* afferunt.

V. 233. *Κεῖθεν κεῖθεν.* Sic cum codd. melioribus et Ald. edidit Brunckius, ne dipodiae per caesuram misceantur; in codd. Triclinianis *ἐκεῖθεν, ἐκεῖθεν*, in Aug. C. *κεῖθεν ἐκεῖθεν.*

V. 235. *Ὧν τὴν μὲν ἔσω σφάζ'* — Sic Harl. La. *Γ.* aliique cum Aldo, *ὧν τὰ μὲν εἴσω* Brunckius e Triclinianis. Quum *ποίμνη* praecipue significet gregem ovium, facile intelligitur *οἶς*. *Σφάζειν, συρίζειν, ἁρμόζειν, νίζειν* Tragici di-
177 cere maluerunt quam popularem consuetudinem [1]) sequi; nec puto illos *ὀλολύττειν* vel *βράττειν* dicturos fuisse.

V. 237. *Δύο δ' ἀργίποδας κριοὺς ἀνελών.* Thomas p. 22. *Ἀνεῖλε ἀντὶ τοῦ ἔλαβε, ποιηταὶ μόνοι καὶ Θουκυδίδης ἅπαξ. Σοφοκλῆς Αἴαντι μαστιγοφόρῳ Δύο δ' ἀργίποδας — ῥιπτεῖ θερίσας.* Ed. Pr.

---

[1]) Ad Phryn. p. 447. quum Atticos *ἐῤῥήθην* non *ἐῤῥέθην* dixisse affirmassem, addidi hoc legi quidem aliquoties apud Platonem sed et hunc sequutum videri *consuetudinem popularem*, hoc est, populi sui propriam, minime *vulgarem*, ut Schneiderus accepit ad Civ. T. II. p. 6.

V. 238. *Γλῶσσαν ἄκραν — θερίσας.* Schol. *ἴσως τοῦτον ἐνόμιζε Νέστορα, ὡς ψευδομαρτυρήσαντα κατ' αὐτοῦ.* quod ex Tragoedumenis haustum suspicor v. ad v. 303. Verbis congruit Agathias Anth. Pal. c. V. n. 237. *φιλομηλείην γλῶσσαν ἀπεθρισάμην.* [Adesp. IX. 451. *γλῶσσαν ἐμὴν ἐθέρισσε.*]

V. 239. *Ῥιπτεῖ θερίσας.* Schol. Guelph. ad Eur. Or. 116. *παρὰ Σοφοκλεῖ καὶ γλῶτταν* (sic) *ῥιπτεῖ θερίσας.* Schol. ad Epict. Ench. c. XXXIV. 236. ed. Heyn. *ῥίπτω, ῥιπτήσω, παρὰ Σοφοκλεῖ ῥιπτεῖ θερίσας τὴν ἄκραν γλῶτταν, καὶ τυπτῶ, τυπτήσω,* quo loco res ipsa docet, *ῥίπτει* et *τύπτω* scribendum esse. Ac *ῥίπτει* hic in Mosq. B. et Heidelb. scriptum Hermannus praetulit, non ut *ῥιπτεῖν* Tragicis abjudicaret, quae fuit Elmsleji sententia ad Heracl. 150. sed ob significationem; *ῥίπτειν*, inquit, *nisi fallor, est jacere, ῥιπτεῖν autem jactare*, de quo ei adversatur Matthiae ad Heracl. l. c. consentit Bornemann. ad Xen. Symp. II. 8. Differre illa veteres quoque rentur, sed alio modo. Thomas p. 327. Grammaticus Etym. Gud. adjunctus p. 647. et Schol. ad h. l. *ῥίπτω τὸ ἁπλῶς ῥίπτω, ῥιπτῶ δὲ τὸ μετὰ σφοδρότητος.* Posterius invenitur Odyss. XIII. 78. *ἀνεῤῥίπτουν ἅλα πηδῷ*, sed VII. 328. *ἀναῤῥίπτειν ἅλα πηδῷ*, quanquam hoc quoque loco Eustathius *ἀναῤῥιπτεῖν* legi testatur, idque confirmat posteriorum usus: *ἀναῤῥιπτούμενοι βιαίως* Dio Cass. LXVIII. 24. *ῥιπτεῖν κατὰ πετρῶν* Theogn. v. 176. ubi Bekkerus *ῥίπτειν* edidit ut legitur in Eur. Fragm. Inc. LXV. quod hinc expressum est; ceteri Theognidis imitatores partim sic, pars *ῥιπτεῖν*, v. Walz. ad Rhett. Gr. T. I. 25. *ἐῤῥίπτεον κατὰ τοῦ* 178
τείχεος Herodo. VIII. 53. *μάρψας ποδός νιν ῥιπτεῖ* Sophocl. Trach. 780. quo loco et Hel. 1096. (*ὠλένας πρὸς οὐρανὸν ῥιπτοῦντες*) et Heracl. 149. (*ἐς κίνδυνον ῥιπτοῦντες*) Hermannus et Elmslejus breviorem formam substituerunt. Eaque saepius apud Tragicos legitur significatione varia; *ῥιπτέσθω φλὸξ* Prom. 994. et 1045. *ῥίπτετέ νιν praecipitate, λόγους* s. *ἀρὰς ῥίπτειν* Troad. 769. *ἐκρίπτειν* Prom. 934. Troad. 729. *κίνδυνον μέγαν ῥίπτοντες* Inus Fragm. VII. multisque aliis hujus poetae locis; ubi codd. et Edd. veteres persaepe verbum circumflexum offerunt v. Matthiae Add. ad Hipp. v. 213. itaque saepe cum eodem nomine et eadem significatione modo haec modo altera verbi forma conjuncta reperitur; *σκώμματα ἀποῤῥιπτεῖν* Herodian. IV. 9. p. 92, 7. et *ἀποῤῥίπτειν* Julian. Or. II. 96. *κινδύνους ῥιπτεῖν* sive *ἀναῤῥιπτεῖν* Herodotus, Euripides, Thucydides IV. 95. aliis barytono usis v. Reitz. ad Lucian. de Gymn. §. 27. p. 490. T. VII. Bos. Ellips. p. 139. quod et Marino V. Procl. c. I. e codd. reddi-

tum est. [ῥιπτόμενον Schol. in Hipp. T. I. p. 21. sed ῥιπτούμενον p. 36. ῥιπτόμενον βάρος Aristot. Probl. XI. 6. 899. b. 11. ῥιπτούμενον 13. 900. a. 23.] De iis, qui se aliosve praecipitant, ῥίπτειν legitur Thucyd. II. 49, 5. Demosth. p. 883, 27. Lucian. Phal. Pr. §. 12. Asin. §. 31. Heliod. VI. 9, 238. VII. 8, 268. ὁ λέων ἐπιῤῥίπτει ἑαυτόν Aristot. H. Ann. IX. 31. (44.) 1. εἰς τοὺς πολεμίους ῥίπτων ἑαυτόν Dionys. Antt. V. 46. et eodem intellectu ῥίπτοντες Diod. XIX. 8, 208. Thucyd. VII. 44. (ubi pauci codd. ῥιπτοῦντες) ἔῤῥιπτον Diod. XII. 58, 121. sed de iisdem ῥιπτοῦντες Polyb. V. 48, 4. Xen. Cyr. III. 1, 25. Athen. II. 66. A. [Liban. T. I. p. 537.] ἐῤῥίπτουν Plut. V. Rom. XVIII. ῥιπτούμενος Lucian. Phal. Pr. §. 6. ῥιπτεῖσθαι Strab. X. 452. v. Ellendt. ad Arrian. T. I. p. 152. De aegrotis Galenus de Comat. c. IV. 664. T. VII. στρεφόμενοι καὶ ῥιπτοῦντες ἑαυτούς sed paullo ante c. III. 658. τὸ σῶμα ῥίπτουσιν. [Herodo. IV. 94. τὸ σῶμα ῥιπτεῦσι. 188. ῥιπτέουσι.] Hippocr. de Mul. I. 612. ἀλύει καὶ ῥίπτει ἑαυτήν. Aretaeus Cur. Acut. I. 5, 84. ἢν τὼ χεῖρε καὶ τὰ σκέλεα ῥίπτηται. Jam exempla ex alio genere rerum afferam; τὰ ὅπλα ῥίπτειν Aristot. Nicom. III. 15. p. 1119, 30. [Appian. Civ. IV. 46.] Dio Chr. XXVIII. 533. Charito VIII. 5, 182. sed de eadem
179 re ῥιπτοῦντες Polyb. XVIII. 9. Diod. XIV. 75. ἀποῤῥιπτοῦντες τὰ σημεῖα Plut. V. Caes. c. XXXIX. [Appian. Civ. II. 62.] ἃ ἔφερον Xen. Hell. V. 4, 42. ῥιπτεῖτε χλαίνας Arist. Eccl. 529. De jaculantibus ῥίπτειν βέλη Platt. Legg. VII. 795. C. (duo Florr. ῥιπτεῖν) τὸν λίθον Aristot. Nicom. II. 1. δόρυ Diod. Excc. L. VIII. p. 56. T. IV. ὁ δίσκος ἀναῤῥίπτεται Artemid. I. 57, 85. sed ἀναῤῥιπτοῦσι τὸν δίσκον Lucian. de Gymn. §. 27. p. 188. ubi Solanus ex §. 4. barytonum reponit; at ῥιπτεῖ τὸν σκύφον ἐπ' αὐτόν Conviv. §. 44. Tantum de significatione intensiva et frequentativa, cujus propria forma est ῥιπτάζω [1]). Aliud discrimen tradit Grammaticus Ammonio praemissus p. LIV. ῥίπτω τὸ πετάζω βαρυτόνως, ῥιπτῶ δὲ τὸ ἐξουθενῶ. Hanc contemtus significationem saepe quidem habet perispomenon; εἰκῇ ῥιπτοῦντες τὰ καλά Dionys. Antt. IV. 14, 696. ἐὰν εἰς τὸ μέσον ῥιπτῆται Themist. XXVIII. 342. D. pariterque Plut. V. Cat. Maj. c. V. 392. Philostr. V. Ap. III. 4, 97. Dio Chr. XXXI. 618. sed eodem modo verbum non contractum dicitur ῥίπτειν ἐν ταῖς ὁδοῖς Themist. XXVI. 325. D. ἡ κοπρία ῥίπτεται Artemid. I. 9, 143. nec raro codicum inter utrumque vacillatio

[1]) Pro ὀφρύσι ῥιπτάζεσκε Hom. H. in Merc. 279. scribendum videtur νυστάζεσκε vel νευστάζεσκε ex Odyss. XII. 194.

v. Demosth. p. 413, 11. p. 797, 11. — Sed persequar Grammaticorum referre praecepta. Etym. M. p. 509, 12. de verborum paragogis disserens exempli gratia affert *κύω*, *κυέω*, *ἕλκω*, *ἑλκέω*, *ῥίπτω*, *ῥιπτέω*, et Macrobius de Diff. Verb. p. 709. *ῥίπτω*, *quia modo acuto modo circumflexo pronunciatur, et ἔῤῥιπτον et ἐῤῥίπτουν facit; κίω* (scr. *κύω*) *propter eandem causam et ἔκιον et ἐκίουν.* De diversitate significationis neuter meminit; quae res nos admonet, ut alia heteroclisiae exempla circumspiciamus, initio a dentalibus sumto, quorum consona characteristica cum sigma futuri consistere nequit. Ergo *μύζω*, ut Hemsterhusius ad Lucian. T. I. 352. judicat, antiquius est quam *μυζάω* [1]), significatione nihil differt. De gannitu canis promiscue dicitur *κνύζω* sive *κνύζομαι* Plut. 180
Amat. Narr. III. 73. et *κνυζέομαι* Lyc. 608. [*κνυζεῖ* Oppian. Cyn. I. 506.] *κνυζάομαι* v. Corais ad Heliod. p. 231. Boisson. ad Philostr. p. 301. Jacobs. ad Aelian. p. 10. quod Elmslejus ad Soph. Oed. C. 1571. admodum tenui argumento Atticis vindicat v. Brunck. ad Vesp. 977. hisque finitima *ῥαζεῖν* et *ῥυζεῖν* [2]) Suidae et Photio idem valent quod barytona; eidemque numero adscribenda *πιεζούμενος* Hippocr. Mul. II. 781. T. II. Aristot. Probl. XVI. 8. p. 915, 9. et 15. quo utroque loco codd. *πιεζόμενος* suppeditant, *πιεζεῖσθαι* Philo de Joseph. p. 521. D. *δίζομαι* [3]), *ἀλίνδω* et *κυλίνδω*, *ὠθέω* [4]), *γήθομαι* Sext. c. Eth. p. 710. *πέκτω*, *πετάομαι* et fortasse plura, quorum alterutra forma nunc in declinatione modo et compositione apparet, ut *ἐναλδόμενος*, *τυπτήσω*, *ἀπαντᾶσθαι* etc. Cum *αἴδομαι* et *αἰδέομαι* Schol. Lips. ad Il. V. 531. componit *ὀμίχω* et *ὀμιχέω*, sed pro illo nihil aliud affert quam aoristum *ὤμιξα* ex Hippon. Fr. XL. quo et Etym. M. p. 624, 5. utitur, ac profecto fieri potest ut qui perfecto *minxi* usi sunt, in praesenti *mejo* dicere maluerint. Dubia sunt *ἀδάχω*, *περισπερχέω*, *στεναχέω* [5]), quod Homero quidem abjudicavit Aristarchus, sed dubitatio nulla de *ἰάχω*,

---

[1]) Suidas *Μυζεῖ καὶ μύζει*. *Μυζᾶν* et *ἐκμυζᾶν* legitur Aelian. H. Ann. III. 39. Dion. Cass. L. LI. 14. Paul. Aeg. VI. 41, 191. *ἐκμυζήσει* Quint. Cal. IV. 398. Hero Spirit. p. 147. v. Dindorf. ad Aristid. T. I. 778.

[2]) *Ῥοίζειν* Eustath. 1792, 21. mendose scriptum pro *ῥύζειν*.

[3]) *Δίζεσθαι* Hesiod. Opp. 601. Democrit. Stob. Flor. I. 40. p. 4. *δίζεται* Nonn. Paraphr. IV. 135. *διζόμενος* Quint. Cal. X. 447. [*διζόμενοι* Andromach. Ther. p. 37. T. XIV. *διζομένη* Anthol. Pal. IX. 36.] *ἐδίζετο* [Herodo. I. 214.] Lucian. dea Syr. §. 22. Nonn. XII. 104. XIII. 531. *ὅτε δίζεο* XVI. 195.

[4]) Thomas p. 407. *ὤθω — γράφεται δὲ καὶ ὠθέω*, sed fidem non invenit.

[5]) Suidas et Anecd. p. 151. *ἀνέψυχεν ὅπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ ἀνεψύχησε.*

ἰαχέω, νηπιάχω, νηπιαχεύω, ἀλέξω, ἀλεξέω, at ἀδάξω vel ὀδάξω saltem illis ignotum fuit, qui praeter αὔξω et ἀλέξω nullum verbum in ξω terminari tradiderunt v. Theodos. Gramm. p. 151. Numerosiora sunt verborum liquidatorum exempla: δήλομαι, ἵλαμαι, ἱλέομαι, ἱλάομαι, εἴλω, (ἀπείλλω v. ad
181 Phryn. p. 29. sq.) μοιμύλλειν καὶ μοιμυλλᾷν codd. Poll. II. 90. ἀτασθαλέων Nonn. Paraphr. IX. 14. ἀτασθαλέοντες Gregor. Naz. Carm. II. p. 51. C. ἐνδυνέουσι et διαβυνέονται apud Herodotum, quanquam idem ἐνδύνειν, καταδύνειν, ὑποδύνειν et διαβύνεται scribit; δύνω, θυνέω, γεγώνω v. Lehrs. de Aristarch. 315. σινέομαι (σινοῦσι Maneth. V. 608.) κύρω, ξύρω sive ξύρομαι [1]), εἴρω πείρω v. Lehrs. de Arist. p. 314. πλημύρω. Ex labialibus οἴφω, ἑψέω [2]) et fortasse δεψέω [3]) ῥοφέω [4]). De multis aliis, quorum praesens indicativi activi aliam sequitur conjugationem quam quae ab eo derivata sunt tempora modique, ut ἄλδω, κελάδω, ἤθω, ἀλθέω, κηδέω, φθινέω, μινυθέω [5]) etc. inexploratum est, fortuitumne acci-

---

[1]) Anecd. p. 109. ξύρεσθαί φασι λέγειν καὶ ξυρόμενον. Hac forma utuntur Plut. V. Anton. I. Lucian. de M. Peregr. §. 17. Diog. La. VIII. 87. Manetho V. 104. cf. Schweighaeuser. ad Athen. T. III. 538. ξυροῦντες et ξυρεῦνται Herodoto familiare, ξυρεῖν Liban. Decl. p. 873. T. IV. [Aristid. T. II. 192. Aretae. Cur. diut. 2. p. 245. Erm.] ξυρούμενος Aristot. Probl. XVI. 4. Artem. I. 30. p. 46. ξυρῶντες Galen. de Comp. Medd. p. Locc. I. 2, 438. T. XII. ξυρᾶσθαι, quod Photius damnat, Artem. I. 22. 35. Diog. La. VII. 166. ξυρῶνται Diod. I. 84. ἐξυρῶντο Palaeph. c. XXXIII. [τὸ ξυροῦν pungens animum Liban. T. I. 165. em. ξυστροῦν].

[2]) Suidas Ἑψῶν τοῦτο βαρύνεται καὶ περισπᾶται. Ἑψεῖν legitur Plat. Euthyd. 301. C. Diod. III. 61. Aretae. Cur. Acut. II. 2. 250. et persaepe apud Hippocratem, interposito tamen altero ἕψε de Nat. Mul. p. 564. p. 565. p. 570. de Morb. Mul. II. 720. ἑψέτω p. 725. tum ὅταν ἑψῇ Plat. Hipp. Maj. 290. D. ἑψοῦσι non solum Aristot. Mirab. c. XXII. ubi Bekkerus tacite barytonum substituit ut Dindorfius Athen. XIV. 644. D. sed etiam Theophr. H. Pl. IV. 8, 12. VII. 4, 11. Apollod. I. 9, 28. ἑψοῦντες Galen. Simpl. Med. Fac. L. VII. 64. p. 54. T. XII. L. VIII. 23. p. 125. Diod. I. 80. (cod. ἕψοντες). ἑψούμενον Galen. T. XIV. 360. 382. καθεψεῖσθαι Lucian. Asin. §. 25. [συνεψείσθω Aretae. p. 170, 13. Erm.] cf. Jacobs. ad Aelian. p. 580. sq.

[3]) Δέψει Herodo. IV. 64. unus Flor. δεψεῖ, quod Schweighaeuserus recepit.

[4]) Etym. M. p. 705, 26. ῥοφῶ, οἱ Ἀττικοὶ ῥόφω βαρυτόνως. Photius Ἔρυφον, οὐκ ἐῤῥόφησα. Idem Ὄφλειν καὶ ῥόφειν, τὰς πρώτας συλλαβὰς τῶν τοιούτων οἱ Ἀττικοὶ ὀξύνουσι, quo significare videtur, infinitivos illos significationem aoristi, accentum praesentis habere.

[5]) Galen. de diffic. resp. II. 4, 836. T. VII. ὁ τὰ Ἱπποκράτους ἀναγνοὺς πάντως ἐν αὐτοῖς μυριάκις εὗρε τὸ μινύθειν καὶ τὸ μινυθῆναι (μινυθῆσαι) καὶ τὴν μινύθησιν. [II. p. 872. T. XVIII.]. Verbum ἀλθέω nobis in memoriam redigit Heliodori Fragm. ap. Stob. Tit. C. 6. p. 540. ῥέα δ' ἔκθεται ὕδατι νοῦσος, ubi ἄλθεται scribendum, et paullo ante λημηρῇ νεφέλῃ κεκαλυμμένος ὄσσε pro λελυσμένος.

derit ut alterius utrius formae exempla desint, an quae nos 182
hodie legimus, ea sola Graeci probaverint. Significationis autem diversitas in hisce omnibus apparet nulla, neque omnino haec mutatae declinationis causa fuisse videtur primaria, sed interdum, ut arbitror, diversitate formae ad discriminandas significationes usi sunt. *Ἑλκέω* quidem continuativum vel frequentativum est sed in usu adeo rarum ut ex eo regula constitui non possit. Praeterea Grammatici duo afferunt. Scholiastes ad Eur. Hec. 397. et Moschopul. Sched. p. 192. *φύρω τὸ συγχέω, φυρῶ τὸ μιγνύω ἄλευρον ὕδατι, ὅθεν φύραμα ἡ ζύμη,* vel ut Grammaticus Hermanni p. 407. *φύρω τὸ συγχέω, φυρῶ δὲ ἄρτους,* idque discrimen patescit ex proprio et translato verbi usu. *Εἰκῇ πάντα φύρειν, πάντα φύρων καὶ συγχέων* dici solet non *φυρᾷν* v. Aesch. Prom. 448. Arist. Rann. 945. Plat. Phaedon. p. 97. B. Legg. XII. 950. A. Phileb. p. 15. E. Themist. Or. XXI. 260. C. M. Anton. III. 16. Aelian. H. A. III. 24. cf. Wyttenbach. ad Plut. T. I. 625. Jacobs. Lectt. Stob. p. 88. sed massam aqua aliove liquore imbuere *φυρᾷν* Aesch. Sept. 48. Arist. Nubb. 979. Plat. Theaet. 147. C. Aristot. Probl. XXI. 11. et 16. Themist. Or. XXXII. 359. D. totque aliis locis ut contraria exempla *γαῖαν ὕδει φύρειν* Hesiod. *Ἔργ.* 61. *φύρειν ἄρτους* Xenoph. Hell. VII. 2, 22. [*ἐλαίῳ φύροντες* Plutarch. T. XIII. p. 121. *φύροντες τὰ ὀνόματα* Aristid. T. II. p. 151.] *τὰ φυρόμενα* Aristot. l. c.[1]) aut antiquitate auctoris excusentur aut mendi suspicionem afferant; sed *γῇ αἵματι πεφυρμένη* et *πεφυραμένη* perinde usitatum est quippe ex proprio et translato conflatum. Alterum est *κύειν*, de quo Eustathius p. 1548, 20. *κύειν τὸ κατὰ γαστρὸς ἔχειν, κυῶ δὲ τὸ γεννῶ, ὅθεν οἱ κυήτορες, καὶ ἐκύει ἤγουν ἐγέννησε,* quod discrimen antiquioribus Grammaticis, Ammonio p. 86. et Phrynicho App. p. 48. ignotum fuisse intelligitur ex hoc eorum praecepto: *κύειν τὸ ἔγκυον εἶναι, τίκτειν δὲ τὸ ἀπαλλάττεσθαι τοῦ κύειν.*
ac si quis *κυεῖν* dixit pro *γεννᾷν*, sequutus videtur ambi- 183
guum verbi *τίκτειν* usum, quod de utroque parentium dici solet, eodemque intellectu barytono verbo uti potuisset; nomen quidem *κυήτωρ* utrique verbi formae aptum est; neque distinctionis ab Eustathio traditae exempla reperiri puto; sed apud antiquiores barytonum et circumflexum unum idemque significat *τὸ ἐν γαστρὶ συλλαβεῖν* vel *κυοφορεῖν*, minus antiqui utrumque modo sic modo pro *τίκτειν* usurpant cf. Eust. 1799, 54. [Theophr. p. 358. 516. v. Matth. Gr. s. *κύω. κύουσα*

[1]) *Ὕδατι φύροντα* in Nothis Hippocr. de Morb. Mul. p. 753. sed alibi *φυρῆν, φυρῆσαι* p. 768. p. 832. etc.

Paus. II. 26, 6. *κύοντι* Theophr. p. 443. *κύοντα* p. 357. Illud significat *κύει* in Calliae versibus Athen. X. 454. A. Theogn. v. 39. et 1081. bis in Orac. Herod. V. 92. Bion. VI. 17. quibus in locis brachyparalectum est, in Herodoteo unus Pass. *κυεῖ* praebet, et saepius in soluto sermone, Hippocr. de M. M. p. 651. p. 794. p. 842. Demosth. c. Macart. 1076, 17. Lysias c. Agor. p. 135, 32. (unus Laur. *κυεῖν*) Plat. Theaet. p. 184. B. et aliis locis nec sine codd. dissensione cf. Rueckert. ad Symp. p. 184. tum Aristot. H. Animm. VIII. 17, 2. Probl. I. 860, 21. Diod. II. 42. Artem. V. 30, 409. Plutarch. Amator. XV. p. 67. T. XII. saepiusque apud Xenophontem et alios; circumflexo verbo *κυεῖν* usi sunt Hippocrates de Nat. Puer. p. 422. T. I. Herodotus, Theophrastus, Arat. 1050. Oppian. Hal. I. 520. Nonn. XXXVII. 123. Maxim. 205. cf. Spitzner. Prosod. p. 64. [*κυοῦμεν* Theophr. p. 378. 587.] *ἐκύεις* Aristoph. Lys. 745. (metrum fert *ἔκυες*) *ἐκύει* Lucian. Dial. Deor. IX. 1. Themist. Or. IV. 29. [*τὸ κυοῦν* Theophr. p. 209.] *τὸ κυούμενον* Plat. Legg. VII. 789. A. Theophr. Caus. I. 20, 2. Aristot. de Gener. Ann. IV. 6. p. 775, 7. Julian. Or. II. 99. C. VI. 220. B. Antonin. Lib. c. XXIX. Geopp. XIX. 2, 6. Certum est igitur, neque aetatis ratione, ut Buttmanno visum, neque significationis, unum ab altero distingui posse; pariterque indiscreta sunt futurum *κυήσω*, aoristus hinc propagatus [*ἐκύησε peperit* Plut. Cons. ad Apollon. p. 324.] et reliqua tempora, *κεκύηκε* Dio Cass. XLV. c. 1. Philipp. Ep. LXXV. 233. T. II. Anall. *κύσσατο* (peperit) Euphor. Fr. p. 150. *κυήσατο* Oppian. Cyn. III. 22. *κυησαμένη* Himer. Or. VII. 4, 516. *ἐκκυηθῆναι* Ecl. XVIII. 2, 262. Neque tamen in ea sum opinione, ut quod vulgo neglectum ac ne nativum quidem duco discrimen, id negem ab aliquibus pro tempore assumtum esse, eamque in
184 partem interpretor Hermanni sententiam ad Aesch. Dan. Fr. N. 28. Opusc. T. II. 335. *κύειν* macroparalectum fecundandi significationem habere, *κυεῖν* vero brachycatalectum pariendi[1]).

---

[1]) Valet de hoc quod Triclinius ad Aj. v. 293. aliud spectans adnotat: *αἱ παραγωγαὶ τῶν πρωτοτύπων βραχύτεραι.* Sic differunt *κύρω*, *κυρέω*, *πορφύρω*, *πορφυρέω* v. Voss. ad Arat. 1o7. *μελαίνω*, *μελανέω*, quae Bernhardy ad Dion. p. 820. male cum verbo *περισφαλέω* comparat, cujus non forma solum sed significatio quoque a *περισφάλλω* distat, quippe a *περισφαλής* ducta, ut *μεθυσφαλέω*, *περιπαθέω* etc. [*μεμελανωμένος* Epist. Ierem. v. 21.] Sed illis aequiparari debent *ἀσχάλλω*, *ἀσχαλάω*, *εἴλλω*, *εἰλέω*, *αἰόλλω*, *αἰολάω* sive *αἰολέω*, *στωμύλλω*, *στωμυλέω*, *θάλλω*, *θαλέω*, nisi potius haec a nominibus interpositis propagata sunt ut *μαρτυρέω* etc. Cum *ῡδω*, *ῠδέω* Meinekius ad Euph. p. 137. comparat *Τυφάων*, *Δυμαίη*, quibus addam *Φασύλη* Hesiod. Fr. LX *Φασύλεια* Nonn. XX. 125. XXI. 84. et adjectivorum paragogorum correptiones legitimas, *Ποσιδήιος*, *φοινικόεις*, *ἀλγινόεις*, *πνι-*

Quod autem Buttmannus cum hoc verbo componit *λόω* et *λοέω*, et quod certius est dicatalexiae exemplum, *βύω*, *βυέω*, in his nulla apparet significationis diversitas. Ad ultimum Jo. Diaconus ad Hes. Scut. 291. *ἔστι δὲ καὶ πίτνω καὶ πιτνῶ*, quorum posterius sine dubio agnoscit Herodianus quum dicit *αἱ εἰς νων λήγουσαι μετοχαὶ ἔχουσαι πρὸ τοῦ ν σύμφωνον — ἢ ἐβαρύνοντο ἢ περιεσπῶντο, τέμνων, κάμνων, πίτνων* scr. *πιτνῶν*, in quo dissentio a Lehrsio de Arist. p. 262. Utrumque verbum Hermannus ad Herc. 1379. ita distinguit, ut illi absolutam cadendi, huic continuativam casandi significationem tribuat, sed in uberiore disputatione ad Med. v. 58. *πίτνω* inter authypotacta refert. Itaque, quemadmodum sermo latinus plurima habet verba diverse declinata, sed perpauca quae cum forma significationem mutant, ut jungere, jugare, regere, rigare, educere, educare, idem de graecis statuo, principium heteroclisiae vocalitatem esse, sed inter multiplices significationis variandae rationes hanc quoque reperiri ex uno ordine in alterum transitionem, licet ejus exempla in communem usum recepta perquam pauca sint, seu 185
quia graecorum scriptorum pars minima restat, seu quia ista minuta rerum discrimina parum acute cernimus, Quis enim, quum numerosas unius verbi formas consideraverit, *ἴλλω* sive *εἴλλω*, *εἰλῶ*, *ἰλλαίνω*, *ἑλίσσω*, *εἰλύω*, *εἰλυφάω*, *εἰλυφάζω*, *εἰλυσπῶμαι*, quis igitur non suspicetur, Graecos hac ipsa varietate ad effingendas varias volvendi rationes usos esse, si non constanter, at certe quum ad rem pertineret?

V. 241. *Μέγαν ἱπποδέτην ῥυτῆρα λαβών.* Aeschines Fals. Leg. p. 49. *ἐγὼ ῥυτῆρα λαβὼν μαστιγοῖμι;* repetens ex industria vocabulum, quo Demosthenes invidiose usus erat in accusatione p. 402, 29. *In scalis latuit metuens pendentis habenae* Horat. Ep. II. 2, 15. cf. Petav. ad Themist. Addend. p. 724. Ed. Pr. *Ἱπποδέτης* activam habet significationem ut *ταυροδέτις βύρσα* Anth. Pal. c. VI. n. 41. sed et passivam huic terminationi attributam esse, de quo multi dubitarunt, certum documentum praebent *ἰοδέτης στέφανος* Pind. Fragm. XLV. *κηροδέτης κάλαμος* v. Schaefer. ad Dionys. p. 307. *συνδέτης* i. q. *δέσμιος* Athen. V. 213. A. quod Coraio scrupulum injecit, *οἱ ἀφέται* liberti, *οἱ προχύται* (?), tum

---

γόεις, quae documento sunt in Theocr. I. 58. nullam causam fuisse cur pro *τυρόεντα* substitueretur *τυρῶντα*. Insulae *Σῦρος* nomen macroparalectum v. Strab. X. 487. Homerus *Συρίη* vocavit prima correpta. Latini derivatis saepe literam detrahunt, *curulis*, [*canalis*], *ofella*, *mamella*, [*ligula. Ποτῖδαια. Ποτῖδάν. Τῦφων, τῦφαονίη* Oppian. Hal. III. 17. *Τῦφάων* V. 217. *ὑσγινόεις* Nic. Ther. 870. *τιταιρώνειος* Steph. *χλαῖνα χλανίσκιον, εἶμα ἱμάτιον, τείνω τινάσσω, ἐλευσινίδης, φθινύθω. Βιθῦνης*, sed et *Βιθῦνος*.]

instrumentorum et vestimentorum vocabula, *ἐμβάτης*, [*ἐπιβλήτης*, *ὑποβάτης*], *ὑποστάτης*, *ὑπενδύτης*, [*ὑπερχύτης*]. Interdum tamen neutra convenit, sed quae vulgo adjectivorum formam habet, *σμύρνα τρωγλοδύτις* Galen. Antid. I. 14. p. 68. T. XIV. *προσίκτης θαλλὸς*, *βωμὸς μηλοθύτης* ac nomina poculorum *θερμοπότις*, *ἡδυπότις*. [*Βουθύτοις ἐσχάραις* Arist. Avv. 1232. *πυριγενέται χαλινοί* Aesch. Septt. 207.] *Ἀκμοθέτης* autem, quod Lexicographi ex Hesychio afferunt pro *ἀκμόθετον*, Musuri nititur correctione falsa.

V. 242. *Παίει λιγυρᾷ μάστιγι* — Ex hoc loco ductum est fabulae elogium, quod cur Harlesius ad Fabr. B. Gr. p. 196. commenticium putaret causa nulla erat; nam librorum inscriptiones saepe a rebus levioribus et quasi secundariis repetitae sunt; *Ἱππόλυτος στεφανίας*, *καλυπτόμενος*, ac si haec tragoedia ut summarii conditor prodidit, in didascaliis solo *Αἴαντος* nomine insignita, a Dicaearcho *Αἴαντος θάνατος* inscripta est, nihil erat quo ab Ajace Locro distingueretur. Astydamantis fabula fuit *Αἴας μαινόμενος*, Theodectae *Αἴας* Aristot. Rhet. II. 23. p. 1400, 27. Sophocleam Clemens
186 Strom. VI. 740. Athenaeus VII. 277. C. Zenobius Cent. IV. 4. *Αἴαντα μαστιγοφόρον* vocant, Grammatici brevius *Αἴαντα*, ut saepissime in lemmatis Stobaei, Eustathius p. 757, 16. et p. 1139, 61. simpliciter *τὸν μαστιγοφόρον*, Ajacemque ita cognominatum putat *ὡς θεομηνίᾳ περιπεσόντα* p. 891, 28. et 961, 25. quia casus ejus v. 137. *πληγὴ Διός* vocetur, quod cum homerico *Διὸς μάστιγι δαμέντες* contendit[1]). Quo tempore in scenam commissa sit, non constat. Boeckhius de Trag. Pr. p. 137. ante Philoctetam hoc est ante Ol. XCII. actam esse ex Ulixis oratione v. 1047. suspicatur. Ed. Pr.

V. 243. *Κακὰ δεννάζων ῥήματα* — Haec affert Suidas s. *Δεννάζων*, quod verbum hinc enotavit Eustathius p. 668, 47. et fortasse Hesychius *Δεννάζων*, *λοιδορῶν*. Exempla ejus collegerunt Brunck. ad Antig. 759. et Jacobs. Exercitt. Crit. p. 184. Sustantivo *δέννος* utitur Herodotus; adjectivum *δεννός* Hesychius interpretatur *κακολόγος*; id Scholiastes h. l. ex usitato *δεινός* conversum putat. Ed. Pr.

V. 244. *Ῥήμαθ' ἃ δαίμων κοὐδεὶς ἀνδρῶν ἐδίδαξε.* Hermannus hoc brevius dictum censet pro *οὐδεὶς δαίμων καὶ οὐδεὶς ἀνδρῶν*, cujus constructionis exempla afferri a Schaefero ad Bos. p. 777. Haec vero et quae Struvius Lectt. Lucian. p. 242. Elmslejus ad Oed. T. 817. [Poppo Thucyd. Ind. s. Negatio] et alii collegerunt, quaeque ipse reperi, unius

---

[1]) Sophocl. Aj. Locr. Fr. IV. *ὅταν δὲ δαίμων ἀνδρὸς εὐτυχοῦς τὸ πρὶν μάστιγ' ἐρείσῃ* scrib. *πλάστιγγ'* —

modi sunt, vel ut Pind. P. III. 54. *ἔργοις οὔτε βουλαῖς*, vel ut Lucian. Jup. Trag. §. 47. *ἀλυσιτελὲς δὲ οὐδὲ ἄλογον οὐδὲν εἶχεν*, Asin. §. 22. *χρυσίον μὲν οὐδὲ ἀργύριον οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν κομίζων* etc. nullum illi simile, quod particulam *καί* interpositam habet. Hujus generis exemplum donec quis protulerit, simpliciorem rationem praeferam. Quemadmodum Oedipo dolore furenti gladium *δείκνυσι δαίμων τις, οὐδεὶς ἀνδρῶν* Oed. T. 1259. cf. ad. v. 838. ita Tecmessa praesagio quodam veri illam immanem eandemque vanam Ajacis jactationem et exsultationem a dei cujusdam instinctu atque ludibrio repetit. *Δαίμων* numen Ajaci infestum denotat, non genium malum, 187
ut Musgravius opinatur; nam hoc genus superstitionis Tragicorum aetate nondum apud Graecos percrebuerat, sed timebantur vel coelestium irae privatam injuriam vindicantium, vel, si quis nullius delicti sibi conscius esset, deorum manium furiosus instinctus, quo hominum piacularium posteri ad scelera et flagitia impelli credebantur. Plato Legg. IX. 854. A. *οὐκ ἀνθρώπινόν σε κακὸν οὐδὲ θεῖον κινεῖ τὸ νῦν ἐπὶ τὴν ἱεροσυλίαν προτρέπον ἰέναι, οἶστρος, δέ τις ἀλιτηριώδης.*

V. 245. 246. *Ὥρα τιν' ἤδη κάρα καλύμμασι κρυψάμενον.* Eustathius p. 237, 14. *ὥρα τιν' ἤδη κρᾶτα καλύμματι* — sed codd. omnes *καλύμμασι*, praeter Bar. B. qui hoc nomen omittit; *ὥρα δή τιν' ἤδη* Ricc. *ὥρα τιν' ἤδη τοι κρᾶτα* La. *ΓΘ*. Ven. Bodl. Bar. A. Laud. Mosq. A. Dresd. B. Harl. (qui *τοι* omittit). Id Hermannus a metrico correctore profectum putat, qui in stropha legebat *οἵαν ἐδήλωσας ἀνέρος αἴθοπος ἀγγελίαν*, idemque transpositis verbis *καλύμμασιν κρᾶτα* strophas exaequari posse ostendit, ipse tamen in Ed. II. retinuit *κάρα*, quod inde a Triclinio per omnes Edd. propagatum est. Lachmannus de Syst. p. 169. qui in stropha pro *ἀνδρός* posuit *χερός*, hoc loco *κρᾶτα* tuetur. Wunderus credit Sophoclem aut hic *ὥρα τιν' ἤδη* — *Κρᾶτα*, et in stropha *οἵαν ἔφηνας* — *Ἀνέρος αἴθοπος ἀγγελίαν* scripsisse, aut si hic *κάρα* posuerit, his videri numeris usum *οἵαν ἐδήλωσας ἄνδρος* — *Αἴθοπος κ. τ. λ.* — Quae sequuntur verba *ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι*, Eustathius saepius profert p. 66, 2. p. 1100, 27. p. 1464, 53. *Φυγὴν αἴρεσθαι* Eur. Rhes. 54. *fugam capere* et *capessere.*

V. 249. *Ἢ θοὸν εἰρεσίας ζύγον ἑζόμενον.* Eustathius p. 828, 38. *θοὸς ζυγὸς παρὰ Σοφοκλεῖ ὁ μὴ αὐτὸς ὢν ταχὺς ἀλλ' ὁ αἴτιος τοῦ ἐπιταχύνασθαι νῆα κωπηλάταις*, eodemque modo p. 678, 27. et p. 1041, 30. Brunckius aut hoc amplectendum aut *θοόν* pro adverbio positum esse statuit, in incerto relinquens utrum id cum *ἑζόμενον* an, ut Musgravius, cum *μεθεῖναι* jungi voluerit. Proprie loquutus est Orpheus

Arg. 1040. *θοαὶ εἰρεσίαι,* ex quo facile epitheton ad transtra potuit transferri, unde motus initium. [*Ταχείας ἐνδρομίδας* Callim. Del. 237. v. Cramer. An. Ox. I. 201.] Antimeria
188 ista adjectivi *θοός* a Grammaticis identidem observata est. Trach. 862. *θοὰν νύμφαν ἄγαγες,* Schol. *ἀντὶ τοῦ θοῶς· τινὲς δὲ τὴν ταχέως νυμφευθεῖσαν* ut Pind. P. I. 160. *κόρος ἀπαμβλύνει ταχείας πραπίδας.* Apollon. IV. 201. *ἀσπίδας — προσχόμενοι δηΐων θοὸν ἔχμα βολάων* Schol. *ἀντὶ τοῦ θοῶς.* Hom. Od. *Θ.* 38. *θοὰν ἀλεγύνετε δαῖτα,* Schol. *ἀντὶ τοῦ θοῶς, ὡς λῦσαν δ' ἀγορὴν αἰψηρήν,* quod eodem modo explicant. Sed contraria ratione Etym. M. p. 453, 16. *θοὴν δαῖτα τὴν ἑδραίαν καὶ ἀκίνητον, διὰ τὸ καθεζομένους ταύτης τυγχάνειν.* quod consentaneum est eorum opinioni, qui verba *θοάζειν* et *θάσσειν* synonyma putant. [Quint. Sm. III. 325. *ἄνεμοι θοὰ φύλλα ἀμφιχέονται.*]

V. 250. *Ποντοπόρῳ ναῒ μεθεῖναι.* Hermanni sententia est *μεθεῖναι ζυγὸν εἰρεσίας* conjungenda esse, sed ita ut nominibus istis *εἰρεσία* ipsa significetur, *solvere*, id est, *liberum facere remorum usum.* Scholiastes pronomen *ἑαυτόν* intelligi vult, a quo non multum dissentirem, si pro *ναΐ* legeretur *ἀνέμῳ* vel alius rei nomen, quae proprio motu impellitur. Nam quod Bernhardy Synt. p. 340. isto supplemento uti nos vetat in totum, quia Homerus non solum dixerit *οὐ μὲν ἐπέτραπε γήραϊ λυγρῷ* sine pronomine, sed etiam *τάφρῳ ἐνιπλῆξαι,* ubi *ἑαυτούς* ne intelligi quidem posse, quia Homerus hoc numero pronominis nusquam utatur, parum reputasse videtur, in omni hac quaestione non formas vocabulorum spectari sed vim ac notionem. Hic agitur de verbis remittendi, concedendi, laxandi, eorumque synonymis, quibus quum Graeci centies addiderint nomen reflexivum, *δοὺς ἑαυτὸν τῷ πνεύματι* Achill. Tat. I. 12, 10. *ἢν ἅπαξ ἐπιδιδῷ τῇ πνεούσῃ τις αὑτόν* Lucian. Hermot. §. 28. *ἐπιτρέψας ἀνέμοις τὰ ἑαυτοῦ* Philostr. V. Ap. VI. 12, 250. [*παραδόντες αὑτοὺς τῷ φέροντι* Plut. de Herod. Mal. XXVII. 309. T. XII. *παραδόντες τὸ σκάφος τῷ πνέοντι* Eumath. X. 508.] etc. quis neget fieri posse, ut tum etiam tacite eorum animo obversatum sit, quum verba illa absolute ponerentur? Deinde illo technico supplemento opus est ut similium constructionum dissimilis ratio agnoscatur. Nam in ejusmodi locis: *συγκαθεῖσα ἐπὶ τὴν γῆν* Aristot. H. An. V. 2, 2. pro quo *συγκαθίσασα* legitur VI. 26. *εἰς γόνυ καθεικώς* (vel potius *συγκαθεικώς*) Plutarch. de Is. c. XXXI. *εἰς τόπον ὑλώδη συγκα-*
189 *θιέναι* Polyb. VIII. 26. *ἐς τὰ τῶν ἀντιπάλων ἰσχυρὰ συγκ.* Aristid. de quatuor v. T. II. 142. *εἰς ἀγῶνα καθιέναι* Plut. Symp. I. Quaest. II. 3. p. 14. *εἰς τὴν φροντίδα καθ.* Synes.

de Prov. p. 104. [*εἰς αἱρέσεις* Dionys. Antt. VI. 56. 1168.] *εἰς ἅπαντας λόγους κατήει* (scr. *καθίει*) Dio Chr. Or. LX. 312. *πόντῳ ἐνήσομεν* Od. XII. 293. 401. *νήσοισιν ἐπιπροέηκα* XV. 299. [1]) in his igitur pronomen omissum dicimus, quod et saepissime adjicitur et facillime premitur, quia, quidquid agit quisque, ad se potissimum refert; similiterque in rebus inanimatis *καταῤῥάκται ὑπὲρ τῶν σκοπέλων ἱέντες* Aristid. T. II. 344. *ὁ ἄνεμος καθίησι* Arist. Eqq. 430. *πῦρ ἀνίησι* Paus. VIII. 29. Sed quae fere eandem speciem habent *ὁ ποταμὸς ἐξίησι* Herodo. I. 6. v. Ellendt. ad Arrian. T. I. p. 363. sive *ἐκδίδωσι* Paus. III. 24. sive *ἀναδίδωσι* Dio Cass. 34, 49. [2]) sive *ἐκβάλλει* Diod. II. 48. [3]) sive *προχέει* Apollon. Arg. IV. 135. in his igitur incertum est utrum vis retransitionis ad subjectum gliscat an cum ipso fluminis nomine notio undarum cooriatur, saepe illa verbo expressa, *ἵησι ῥόον* Apoll. IV. 634. II. 356. *τὸ ὕδωρ* Herod. VII. 109. [4]) Ac fieri potest ut aliquis de neutro cogitet, sed solam motus, quo amnis provolvitur, imaginem sibi propositam habeat, quae ipsa per se animum intuentis ita impellit ut objecti cogitatio obliteretur, quemadmodum Latini, si dicunt *terra movet* [5]) nullum unum genus rerum motarum designant (quo differt 190
Hannibal nocte movit) sed hoc intelligunt *terra motus edit*, vel in motu est. Homines vero quum a se discesserint, tum proxima quaeque tacite assignificant, gubernator vela, auriga habenas, tela jaculator. Itaque, ut plene dicitur *ἅπασαν ἡνίαν ἀφεὶς τῷ ἵππῳ* Synes. Ep. CIV. 245. Philostr. V. Soph. II. 22, 2. *ἀνεὶς τῷ δήμῳ τὰς ἡνίας* Plut. V. Pericl. c. XI. cf. Jacobs. ad Achill. p. 873. et *πλοίοις πᾶσαν ἐφεὶς ὀθόνην* Anth. P. X. n. 1. *ἀφεὶς τὰ ἱστία τῷ πνεύματι* Poll. I. 107. *ἐνδόντες τὰ ἱστία τοῖς ἀνέμοις* Suidas s. *Ἀνέντες*, ita non dubito quin horum vocabulorum obscure meminerint qui

---

[1]) *Ἧκα εἰς πέλαγος, direxi in altum*, Philostr. III. 24, 115. *ἐς τὴν Ῥώμην ἀφήσων* IV. 3, 174. *ἀφεὶς ἐπ᾽ Ἰωνίας ὁ στόλος* Himer. Or. II. 19, 398. ubi *ἀφεθείς* corrigunt; *εἰς ἔω ἀφήσειν μέλλομεν* Heliod. IV. 16, 162. *ἀφήσω κατὰ κῦμ᾽ ἐμαυτὸν οὔριον* Arist. Eqq. 433. unde transfertur ad alia *ἀφιέναι ἐπὶ τὴν πολιτείαν* Plutarch. Praecc. reip. T. II. 804.

[2]) *Εἰςδίδωσι* et *εἰςβάλλει* damnat Thomas s. *Ἐκβάλλει. Ἡ πηγὴ ἀναδίδωσι* Dionys. Antt. VI. 13. Dio Chr. VII. 225. *ἐκδίδωσι* Athen. II. 43. D. *ἀναδίδοται* Philostr. Ap. I. 6.

[3]) Codices *ἐκβάλλει* et *ἐμβάλλει*, solita aberratione v. Tschuck. ad Strab. XI. 371. Jacobs. ad Philostr. p. 445.

[4]) Ad Strab. XII. 544. *ὁ Ἅλυς ἐξίησιν ἐς τὸν κόλπον*, Scholiastes adnotat *ἐλλειπτικῶς τὸ ὕδωρ*. His omnibus praeivit Homerus: *ποταμὸς ἐπὶ γαῖαν ἵησι* Od. XI. 239.

[5]) Hoc modo Graeci non loquuntur; sed simile est quod insani *παρακινεῖν*, id est inordinatos motus ciere dicuntur.

ita loquuti sunt: *κυβερνήτης ἐνδοὺς τῷ ἀνέμῳ* v. Bos. Ell. p. 389. *ἐπιτρέψας ἀήταις* Oppian. Hal. I. 350. *ναῦς παντοίοις ἀνέμοις ἀπλώσασα* Himer. XIV. 9, 622.[1]) Praeter haec quid quoque loco intelligi debeat, ex eo, quod cum maxime agitur, colligi potest, ut ap. Aristot. Meteor. I. 13. p. 350, 13. *οὐδεὶς πώποτε καθιεὶς* (in Pontum) *ἐδυνήθη πέρας εὑρεῖν*, res ipsa catapiratae notionem subjicit; apud Aristophanem Rann. 133. qui *εἶναι* clamant, facem de turri demitti jubent[2]) eodemque modo *ἀνιέναι*, *ἐνδοῦναι*, *χαλᾷν* est concedere, quod nunc ipsum petitur, quod quale sit, ex re ipsa intelligitur sed persaepe nullo proprio nomine designari potest. Hactenus de verborum usu proprio loquutus sum; quae si alio transferuntur, obscuratur fere objectum, et, quo longius, hoc magis. Etenim in hisce locis *ἐφιέναι οὐρίᾳ* Plat. Protag. p. 338. A. *τῷ φέροντι* Aristid. Or. Plat. II. 208. *ἐπιτρέψας τῷ πνεύματι* Dionys. Ep. ad Pomp. VI. 786.
191 *τῷ ῥεύματι* Synes. de Prov. p. 95. C. nomen in dativo appositum manifestum facit, quid, si illa proprie dicta essent, intelligi deberet; sed id fere totum evanescit substituto alio, quod ad animum refertur, vocabulo, ut *ἐφεῖναι τῇ ἡδονῇ* Plat. Tim. p. 59. D. Eur. Oen. Fr. IX. 459. *τῇ προθυμίᾳ* Themist. Or. V. 65. *τῇ ὀργῇ* Dionys. Antt. VI. c. 76. *τῷ γέλωτι* Plat. Rep. III. 388. E. *ταῖς παιδιαῖς* Cornut. N. D. c. XXX. 215. ubi perperam *ἀφιέναι* vulgatum, *τῷ καιρῷ* Philostr. V. Soph. Prooem. p. 482. et L. I. 24, 529. *ἐπιτρέπειν ὀργῇ* Dionys. Antt. VII. 60. *τρυφῇ δοῦναι* et similia, quae Olearius ad Philostr. V. Ap. I. 7. not. 9. Berglerus ad Alciphr. III. 47. Valckenarius ad Phoenn. v. 21. contulerunt. Ejusmodi igitur in locis quid quisque scribentium cogitatione comprehenderit, quaerere supervacaneum, quoniam ista a nativo solo in alienum traducta sunt; sed propterea hujus rei quaestionem non omittendam esse vel Sophoclei loci ambiguitas argumento est. Equidem, quum cognatorum vocabulorum *veli frenique* omissionem tam tritam fuisse reperiam, animus in hanc inclinat sententiam, Sophoclem his verbis *ναὶ μεθεῖναι* idem significasse quod Virgilium Aen.

---

[1]) Idem Ecl. XIV. 5, 244. *κύκνος Ζεφύρῳ πρὸς ᾠδὴν ἐκδιδόναι μέλλων τὰς πτέρυγας* scr. *ἐνδιδόναι*.

[2]) In lampadodromiis facem ardentem, signum incipiendi cursus, de turri dejectam esse ex poetae verbis clare apparet; quum vero ii, qui in turri consistebant taedam demissuri, per tenebras videre non possent, num cursores ad capessendum certamen parati essent et compositi, attendebant vocem spectatorum, qui omnibus expeditis *ἔφασκον εἶναι jubebant lampadem mitti*; atque hoc ipso temporis momento Hercules Baccho ut se praecipitet, auctor est, non ut postea, quemadmodum Dindorfius statuit.

VI. 1. *classi immittit habenas*, Ovidium Trist. I. 4, 16. *aurigam video vela dedisse rati*, et Oppianum Hal. I. 255. *πρύμνῃ ἐπὶ πάντα χαλινὰ ἰθυντὴρ ἀνίῃσι.* [*Ἐφεῖναι καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας* Plut. de Educ. 18. p. 51. T. VII.] Praeterea Bernhardy in hoc errat, quod verba, de quibus hoc loco tractatum est, componit cum iis, quae quum proprie transitivam habeant illidendi, confligendi, praecipitandi significationem, absolute usurpantur pro irruere sive ingruere. Ex hoc genere sunt *ἐπισείειν τοῖς τείχεσιν*, *ἐνσείειν τοῖς πολεμίοις*, vel *εἰς βάραθρα* v. Wesseling. ad Diod. XIII. c. 40. *πόνοι εἰς ὀσφὺν ἐνσείουσι* Rufus Eph. de Morb. Renn. c. I. 2. *ψυχὴ τυφλώττουσα ἐντινάσσει τοῖς πάθεσι* Stob. Ecl. I. 52, 44. p. 1002. *ἄνεμος ἐπαράσσει* Synes. Ep. IV, 161. *ποταμὸς καταράττων* Strab. XIV. 669. XI. 593. *ὄμβροι καταῤῥάσσουσι* Aristot. de Mund. c. III. p. 392, 12. Bekk. Stob. Ecl. I. 42, 2. p. 650. quo in verbo litera canina saepe duplicatur incertum scribarumne errore an quia *καταῤῥηγνύναι* in eundem fere intellectum ducitur ut Philostr. V. Ap. III. 52, 136.
ποταμὸς διὰ κρημνῶν καταῤῥηγνύς, et Herodo. I. 80. *ὁ πο-* 192
ταμὸς συῤῥήγνυσι ἐς τὸν — pro quo apud Diodorum legitur *τὰ ῥεῖθρα συῤῥάττει*, et *ἡ γαστὴρ κατέῤῥαξε* Aelian. H. Ann. III. 18. *χάλαζα ἐπιῤῥάξασα* Oed. Col. 1503. [*συνήῤῥαξαν πόλεμον* Rhetorr. T. VII. P. II. 837. *συῤῥάσσω* Hesych. *ἄνεμος ἐπέῤῥαξε* Appian. Civ. II. 59. *τὴν κεφαλὴν ἐς τὰ τείχη ἀπαῤῥάξαι* II. 98. edd. *ἀπαράξαι*] sed *χάλαζα καταράσσει* Diod. I. 41.[1]) Tum *συμπαίειν* Eur. Hel. 118. *ἔριδος συνέπαισε κλύδων*, quo fortasse etiam *ἐκπαῖσαι* et *ἐπεισπαῖσαι* pertinent, si erumpere et irrumpere significant v. Interpr. ad Gregor. p. 402. quanquam de verbis feriendi *προκόπτειν*, *παρακόπτειν*, *παραπαίειν*, *προτύπτειν*, *διατύπτειν* i. q. *διεκπαίειν* ap. Hesychium, dubitatio est an aliorsum referenda sint. Illa vero si quis prioribus aequiparanda ducit, vel hoc argumento refellitur, quod verbis collisum, afflictum, impulsum significantibus, longe aliud quam illis subjectum est genus actionis. Quis enim non videat, funis paullatim remissi longe aliam esse speciem atque amnis in mare praecipitantis, illamque cogitatione informari, hanc etiam oculis cerni. Itaque *ὁ ἄνεμος καθίησι* dicitur et *κάτεισι* Philostr. Heroicc. VIII. 707. non *καθίεται*, sed *ποταμὸς ἐκδίδωσι* et *ἐκδίδοται*, non item

---

[1]) *Τὴν θύραν ἐπήραξε* Plato Prot. p. 314. D. sed *θύρας ἐπιῤῥάξασα* Oed. T. 1244. ipsumque nomen *καταῤῥάκτης* non raro uno rho scribitur. Cf. Ellendt. ad Arrian. T. II. p. 188. et quos Astius citat ad Protag. l. l. p. 46. Adde quod *ῥάκτριον* vocatur instrumentum, quo *τοὺς καρποὺς ἀπαράσσουσι* v. Valcken. ad Herod. VIII. 90. Suidas *Ῥαχθέντος, ῥαγέντος.* Herodian. III. 12. p. 76, 11. *καταῤῥαχθείσης τῆς ἐσθῆτος.*

ἑαυτὸν καταράττει, neque hostes ἑαυτοὺς ἐνσείουσι τοῖς πολεμίοις.

V. 253. Τοίας — ἀπειλάς, affert Suidas s. Ἐρέσσουσι.

V. 254. Πεφόβημαι λιθόλευστον Ἄρη. La. Ricc. Γ. Lips. A. Aug. B. Dresdd. Mosqq. Ald. Ἄρην. Schol. Rom. Membr. et alii Ἄρη, quod reduxit Brunckius. [De accusativo Ἄρη v. Ellendt. I. 225. Hesychius Λιώδης, λιθόλευστος scripsisse videtur λιώλης.] Blomfieldio ad Agam. 1606. Ἄρης λιθόλευστος adeo insolens visum, ut ἀράν vel ἄταν corrigeret: quod non fecisset, si recordatus esset similium: φόνος δημόλευστος Antig. 36. πολύτμητος Oppian. Cyn. II. 252. ναυηγὸς μόρος Anth. Pal. c. IX. n. 84. σφιγκτὸς θάνατος Milonis Eust. ad Dion. 369. θάνατος θηρόβορος Maneth. IV.
193 614. quod perperam scribitur θηροβόρος paroxytonôs; λακιστὸς μόρος poeta tragicus ap. Lucian. Pisc. §. 2. κυνοσπὰς ἀνάγκη dicitur Actaeonis casus Nonn. V. 371. cf. Adn. ad v. 907. — Adjectivum λιθόλευστος, quo praeter Alexandrum Aetolum et Callimachum usi sunt Plutarchus Parall. c. 30. p. 430. T. VIII. et Schol. Ven. III. 56. verbumque hinc propagatum λιθολευστεῖν Rhetorr. Gr. T. I. 466. Gramm. Herm. p. 400. ex duobus ejusdem etymi vocabulis compositum est; cujus generis exempla requirenti, nullum succurrit. Neque tamen hoc plus mirationis habet quam substantivi cum adjectivo conjugato conjunctio ὄμφαξ ὠμή Theocr. Id. XI. 21. ὥρα ὡραία v. Annot. ad v. 207. διαπρύσιος Ἤπειρος Pind. Nem. IV. 82. *latomiae lapidariae* Plaut. Capt. III. 5, 65. vel cum verbo, λίθοις καταλεύειν Diod. Fr. L. XXXIII. 77. T. X. quorum vocabulorum cognatio ne apparet quidem nisi grammatice doctis. Neque reformidarunt substantivo adjungere adjectivum etymi quidem diversi sed ejusdem tamen significationis: ἰσχὰς αὔη Anth. Pal. c. VI. n. 303. δίφροι διοχεῖς Poll. X. 47. λεύσιμον πέτρωμα, quod Moschopulus ad Hes. Opp. 538. ex Eur. Or. 40. affert tanquam ἐκ παραλλήλου dictum; aut etiam verbum a nomine compositum cum eodem nomine construere, σάρκας σαρκοφαγεῖν Diod. V. 39. quod conferri potest cum nominum constructione ἡ ὑπώρεια τοῦ ὄρους Herodo. I. 110. II. 158. Arrian. Alex. IV. 14. ἡ ἀκρώρεια τοῦ ὄρους Hippocr. Epist. XII. 778. T. III. Alciphr. III. Ep. 13. quibus congruunt homerica αἰπόλι' αἰγῶν, συβόσια συῶν, aliaque nonnulla a Valckenario allata ad Herod. III. 78. vel cum synonymo πέτρας λατομεῖν Diod. V. 39. χθόνα γητομέειν Apollon. II. 1005. σκάφη ναυπηγεῖν Polyb. I. 36, 8. et his mirabilius πόλις ἀστυδρομουμένη Aesch. Sept. 207. cujus similitudo quaedam cernitur in adjectivis et substantivis compositis πόλις ἀστύνικος Eum. 875. ποδωκία σκελῶν

ib. 37. Veteres Grammatici vocabula ex duobus isodynamis conflata στρεφεδινεῖν, φονοκτονεῖν, ἐναροκτάντης (Aeschyli) inter exempla τοῦ ἐκ παραλλήλου σχηματισμοῦ referunt Eustath. p. 437. Philemo Techn. §. 152. hisque ὀροθύνειν, δνοπαλίζειν, ἀγηλατεῖν, ψηλαφᾶν, εἰλυσπᾶσθαι[1]) atque alia a re 194
aliena intermiscent; quae deverticula fortasse nunquam quaesivissent, nisi exempla illa compositionis synonymorum iis ante oculos posita itâque in scholis traditum fuisset, verba non paragoga, quae trium syllabarum numerum excederent, simplicibus adnumerari non posse. Ex nominibus huc pertinet λυσσομανία Julian. Epist. LII. 99. quod nihil discrepat a λύσσα μανιάς Eur. Or. 326. ut idem pro λιθολευστεῖν dixit πέτροις λεύειν El. 330. ut vulgo ὁρκωμοτεῖν, ὠτακουστεῖν, πομποστολεῖν, μοιρολαχεῖν sive μοιρολογχεῖν, aliaeque syntaxis etymologicae variationes. Ἑλλεδανός autem, quod Schol. Hes. Scut. 291. ἀπὸ τοῦ ἕλω καὶ δέω, δύο ταυτοσημάντων λέξεων, compositum dicit, rectius simplicibus adnumerari ostendam ad v. 931.

V. 256. Τὸν αἴσ' ἄπλατος ἴσχει. Duo Bar. ἄπλητος. Aug. B. ἄτλατος, Jen. ἄπλετος, Flor. Θ. ἄπλατος γρ. ἄτλατος, Flor. Γ. ἄπλαστος, quod et Suidas s. h. v. exhibet sed idem s. Αἶσα et ceteri codd. ἄπλατος. Suidas utroque loco et plerique codd. ἴσχει. In Aug. B. Dresd. B. Mosq. A. supra scriptum ἔχει, quod Turn. Steph. ceterique inferiores susceperunt. Hermannus ἴσχει reduxit.

V. 257. Λαμπρᾶς γὰρ ἄτερ στεροπᾶς ᾄξας ὀξὺς νότος ὡς λήγει, hoc est, ut Dionysii verbis utar Antiqq. IX. 599. τήν τε προςβολὴν ὀξεῖαν καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν ταχεῖαν ἔλαβε, ***ventorum instar qui sine pertinacia vehementes sunt*** Seneca de Ira I. c. 16. Suidas, qui s. Στεροπή hoc tres versiculos λαμπρᾶς — ἔχει profert, ex Schol. Rom. addit: ὡς γενομένων τινῶν σημείων ἐπὶ τοῖς πνεύμασιν ὥςτε παρατείνειν αὐτὰ ἢ ταχέως πεπαῦσθαι, ὡς ἐν τῇ κωμῳδίᾳ Ἀλλ' ἔπεσε ταχέως, δειλινὸς γὰρ ἤρξατο ἀλγεῖν, quam prognosticorum observationem sequitur Lucianus Dem. Encom. §. 31. θρασέως ἐξαναστάντες εἶτα πτήξαντες οὐκ εἰς μακρὰν δίκην τῶν δειλινῶν πνευμάτων. Theophrastus vero de Sign. Pluv. 195
II. 7. 791. θέρους ὅταν σφόδρα καὶ ἰσχυρὸν ἀστράπτῃ, θᾶττον καὶ σφοδρότερον πνεύσουσι· τοῦ δὲ χειμῶνος τοὐναντίον· παύουσι γὰρ τὰ πνεύματα αἱ ἀστραπαί· cf. Schneider. Nott. T. IV. 732. [οἱ ἐπὶ τέλει ἄνεμοι μέγιστοι Aristot. Probl.

---

[1]) Hoc simplici paragoge productum videtur ut nomina θλάσπις v. Gal. de Antid. I. 14. p. 81. T. XIV. λίσπος, ἐλεσπίς, θέσπις, οἴσπη sive οἰσύπη, *caespes cuspes.*

XXVI. 25. *ἐπὶ κυνὶ νότος πνεῖ* ib. 32.] Ex eo quod in cod. *Γ.* legitur *γὰρ ἀστεροπᾶς* conjiciat aliquis Sophoclem scripsisse *ἀπ' ἀστεροπᾶς.* Ed. Pr.

V. 259. *Καὶ νῦν φρόνιμος νέον ἄλγος ἔχει.* Complures codd. Ald. et Suidae Edd. vett. l. c. *φρόνιμον,* quod Hermannus praetulit. Cod. *Γ.* *ἴσχει, γρ. ἔχει,* quod ad v. 257. pertinere videtur.

V. 260. *Τὸ γὰρ ἐξλεύσσειν* et quae sequuntur usque ad *ὑποτείνει,* afferunt Stobaeus Serm. XCIX. 21. Tzetzes Chil. X. 582. Suidas s. *Τὸ γάρ* et *Ὑποτείνει,* Eustathius p. 1422, 60. duos postremos versus *Μηδενὸς — ὑποτείνει* Grammaticus Hermanni p. 391. *Εἰςλεύσσειν* cod. *Γ.* Ed. Pr.

V. 263. *Ἀλλ' — εὐτυχεῖν δοκῶ.* Schol. *ἐν εὐτυχίᾳ ἂν εἴημεν*, ut Hermannus *videor mihi gaudere posse.* Impersonale est Aesch. Sept. 260. *εὖ συντυχόντων.*

V. 264. *Φρούδου γάρ* — hunc versum delibavit Eustathius p. 487, 2. Eundem cum antecedente apponit Suidas s. *Φροῦδα.* Schol. *φρούδου, δηλονότι ὄντος.* Aliter *φροῦδος* non construitur. Genitivi *φρούδου* exemplum alterum non reperi.

V. 265. *Πότερα δ' ἄν, εἰ νέμοι τις αἵρεσιν* — Mirum est quantum hinc discrepet Stobaeus Serm. CXII. 8. qui vv. 265 — 267. promens eorum primum ita scribit *πότερα δίειπέ* (cod. *διάνειμε*) *μοι τίν' αἵρεσιν λάβοις.* *Δίειπέ μοι* Hom. Il. X. 525. Vulgatam reddit Suidas s. *Ἐξ ἁπλῶν.* Pro *νέμοι* duo Bar. La. Mosq. A. et duo Lipss. *νέμει,* idem Harl. sed supra scripto *δοίη.* Dresd. A. *ἢν νέμοι*, Jen. *ἢν νέμη*, cod. *Θ.* *εἰ νέμει*, cod *Γ.* *πότερα δ' εἰ νέμει.*

V. 268. *Τό τοι διπλάζον* — Antiatticista Anecd. p. 89. *διπλάσαι τὸ διπλασιάσαι Ἄλεξις*, transitive, puto, pro duplicare, ut Andocid. p. 30, 27. *εἴ τις τὸν φόρον διπλάσειεν*, ubi nunc *διπλασιάσειεν* positum est e Reiskii sententia, et *ἐπαναδιπλάζειν* apud Aeschylum. Sed hoc loco neutrale vi-
196 detur ut ipsum *διπλασιάζειν* ap. Diod. IV. 84. *καρπὸς διπλασιάζων τῶν ἐν ἄλλαις χώροις φυομένων*, ut *omnes congeminavimus* Plaut. Amph. II. 2, 154. (v. 634.) quod ab inusitato congeminasco repetendum esse Lindemannus parum persuadet, quum Lucretius IV. 452. *geminant* hoc modo usurpaverit et Virgilius saepius *ingeminat.* Verborum similium, hoc est eorum, quae ab adjectivis ducta terminantur in *αζειν*, aliis transitiva attributa est significatio, *αἰθριάζειν*, *πλαγιάζειν*, *πλουσιάζειν*, aliis ac pluribus quidem intransitiva, *ἀλλοτριάζειν*, *γελοιάζειν*, *ἐνεάζειν*, *ἐρημάζειν*, *ἐλευθεριάζειν*, *ἠρεμάζειν*, *ἰδιάζειν*, *ματαιάζειν*, *ὀρθιάζειν*, *πλησιάζειν*, *σκυθρωπάζειν*, *στυγνάζειν.* Sed ut verbi *πλησιάζειν* synonyma *ἐγγίζειν*

et *πελάζειν* utramque significationem complectuntur, ita etiam in illo genere haud pauca sunt ambigua. *Ἰσάζειν* plerumque quidem est *par esse* Plat. Legg. VI. 773. A. Aristot. Pol. V. 3, 7. de Gener. et Int. I. 10. Theophr. de Sens. IV. 648. Diod. XVII. 1. Galen. de Simpl. Med. Fac. VII. 43, 139. et *ἐξισάζειν* Strabo VII. 824. [Jambl. Myst. Sect. I. c. 4. p. 5, 37.] Schol. Hermog. p. 119. T. IV. ut *ὁμοιάζειν* in N. T. et *προςομοιάζειν* Geopp. II. 21, 6. quam significationem etiam altera verbi forma interdum induit[1]). Sed hoc idem *ἰσάζειν* pro adaequare dixit Geopp. XIX. 1. p. 1209. ut *ἀνισάζειν* Aristot. de Inc. An. VII. 161. A. (vett. Edd. mendose *ἐνισάζειν*) VIII. 162. E. ut et *ἰσοφαρίζειν* et latinum *aequare;* ac *μεσάζειν* quoque transitionis speciem habet in Geopp. I. 11, 4. *ἰάπυξ καὶ λὶψ μεσάζουσι τὸν ζέφυρον*, saepiusque *διχάζειν*, *θειάζειν*[2]), *μετριάζειν*, *νεάζειν*, *ὑπτιάζειν*, *ἐξυπτιάζειν*, modo neutralia sunt, modo transitiva. Eandem ambiguitatem habent multa verba, quae in *ιζειν* desinunt, *κουφίζειν leve esse* Hippocr. Epid. II. 10. et 13. Dio Cass. 197 XL. c. 1. aliisque locis, et *ἐλαφρίζειν* Callimach. *ὁμαλίζειν* Theophr. et Athen. VIII. 357. E. *διομαλίζειν* Longin. c. 33, 4. Sext. c. Eth. c. 208. p. 728. *ἐπαμφοτερίζειν* v. Schneider. ad Civ. T. II. 133. quae his locis intransitiva, saepius agentia sunt; *ἀφυπνίζειν* Philostr. V. Ap. IV. 9. 158. et *διυπνίζειν* ap. Lucianum pro *ἀφυπνισθῆναι* valent; *ἄληστος καὶ διαιωνίζουσα χάρις* Euseb. V. Const. IV. 2, 628. sed *διαιωνίζει τὴν μνήμην* active III. 41, 601. et IV. 60, 659. *ἡ πέψις τὰ μὲν ἐκκρίνει καὶ διατμίζει* Theophr. H. Pl. IV. 3. (4.) 5. sed neutraliter *τοῦτο κωλύει διατμίζειν* de Ign. 49, 722. ut ap. Aristot. Meteor. I. 7. p. 344, 23. I. 10. p. 347, 7. Probl. XXII. 9. similiterque *ἐξικμάζειν*, *σπανίζειν*, *νοτίζειν*, *πελαγίζειν*[3]), *ἐκτοπίζειν*, *ὑπεραχρίζειν*, inter utrumque intellectum fluctuant, neque puto ullum esse hujus notae verbum in una significatione ita alte defixum, ut ad alteram traduci nequeat. Id autem quanti referat accuratius inquiri, duobus exemplis ostendam. *Ἄγκος πεύκαις συσκιάζον* Eur. Bacch. 1003. estne vallis umbrosa an, ut ita dicam, umbrifica, ut *lucus umbrans* apud Senecam? Eadem est quaestio de hoc: *τῆς ὥρας ὑπο-*

[1]) *Ὁμοιοῖ similis est* Dioscor. Mat. Med. III. 52. p. 394. quo tollitur Coraei dubitatio Atact. T. II. 273. *προςομοιοῖ* Demosth. p. 1398, 23. ubi accusativum non necessarium inserit Reiskius; *ἐξισοῖ par est* v. Hermann. ad Soph. El. 1185. *μεσοῖ δὲ τούτων πατήρ* Himer. Or. XXIII. 804. quod idem Reiskius in *μέσος* demutat.

[2]) Synes. de Regn. p. 14. C. *φημὶ γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἢ τὴν περὶ τὸ βασιλικὸν σῶμα σκηνὴν κατὰ βαρβαρικὸν ἐκτεθεῖσθαι* scrib. *ἐκτεθειῶσθαι.*

[3]) V. Jacobs. ad Achill. p. 724. conf. *λιμνάζειν* et *stagnare.*

σκιαζούσης Athen. IV. 130. A. et de similibus: ἤδη συσκοτάζοντος Plut. V. Caes. XXXII. 398. ἐπειδὴ συνεσκότασεν apud Xenophontem et Demosthenem, utrum haec absolute posita sint, ut latina *quum illucesceret*, *crepuscularet*, *advesperasceret, dilucularet* v. Gronov. ad Gell. II. 29. quibus nullus accusativus addi potest, an vero activam potestatem retineant, objectum autem desit, quia actio non ad unam certam rem pertinet sed ad omnia circumjecta? In eadem causa versantur alia verba, quae lucis noctisque, caloris ac frigoris incrementa et decrementa denotant. In Soph. Antig. 413. καῦμ' ἔθαλπε reddunt *aestus incalescebat;* quidni *percalefaciebat*, *il faisoit chaud?* alibi vero reflexivum est[1]). Nec aliter dici videtur Theocr. VI. 16. τὸ καλὸν θέρος ἡνίκα
198 φρύττει, XII. 9. ἠελίου φρύττοντος, Eunap. Legg. p. 466. ed. Boiss. τοῦ χειμῶνος διαψύχοντος, quod nemo reddet: *quum hiems frigeret* vel *frigesceret*; et impersonaliter ἐπειδὰν ἀποψύξῃ Plat. Phaedr. p. 242. A.[2]) quae verba Cicero de Or. I. 62. hoc modo transtulit *dum se calor frangat*, sententiam reddens non grammaticam rationem; quanquam hoc quoque verbum interdum reflexivum est[3]). Item latina *tenebravit* (Varr.) et *vespera inumbrante* (Tacit.) utroque modo intelligi possunt, vel intransitive ut *stellare*, *gemmare*, *conglaciare*, vel transitive pro *umbras*, *tenebras inducere*, ut pleraque hujus declinationis verba, ipsaque illa, quae Gellius XVIII. 12, 2. in contrariam partem profert, *pallium rugat*, *vestibulum pulverat,* nihil impedit quominus sic accipiantur quemadmodum graeca verba φρύττειν, θάλπειν, ἀναψύχειν interpretati sumus. Alterum exemplum praebet Alexidis locus Athen. 421. E. de parasito voracissimo: αὐτὸν ὁ κεκληκὼς τὰ Σαμοθρᾴκι' εὔχεται λῆξαι πνέοντα καὶ γαληνίσαι ποτέ, ubi prorsus incertum est utrum hospes precetur ut sedentur venti an ut serenent (mare); nam γαληνίζειν hanc

---

[1]) Anth. Pal. c. VII. n. 731. τέτταρας ἢ τρεῖς ποίας θάλψεν ὑπ' ἠελίῳ, fovit se, id est, vixit, pro quo Pindarus medio usus est ἡλίῳ ἐθάλπετο Nem. IV. 23.

[2]) Phrynichus App. p. 26, 12. hic ἀποψύχῃ legit ac vulgo καταψύχειν dici ait ὅταν τὸ καῦμα εἰς ψύχος τρέπηται. Bekkerus ex aliquot codd. ἀποψυχῇ edidit convenienter Thomae praecepto et Philemonis p. 293. ἀναψυχῆναι καὶ ἀναψυχθῆναι, οὐκ ἀναψυγῆναι οὐδ' ἀναψύξαι. Hoc Heliodorus utitur IX. 7, 420. θᾶττον ἀναψύξαι τὰ περὶ Συήνην pro exarescere, et Polyaen. III. 9, 47. pro recreare sese.

[3]) Πρὸς ἁρπαγὴν τραπόμενοι καὶ ἀναψύχοντες Dionys. Antt. IX. c. 12. ἔτυχεν ἀναψύχων κατὰ τὸ ἄντρον Appian. Civ. IV. 29. ὡς ἔπιε καὶ ἀνέψυξε Arrian. Alex. V. 18, 13. Sic etiam Polyaen. III. 9. p. 47. Alciphr. II. Ep. 4, 40. Meleag. Epigr. LVIII. 8.

quoque significationem habet Eur. Fragm. Inc. LXXV. 4.[1]) ac fieri potest ut hoc declaretur: *precatur numina Samothracia sive Cabiros ut ille vehementissimus turbo quiescat.* Hujusmodi mille sunt loci, quorum sententiam *praeterpropter* sicut unus e circulo literatorum intelligimus, grammaticam 199
autem rationem parum expeditam habemus.

V. 269. *Ἡμεῖς ἄρ' οὐ νοσοῦντες.* Unus e Pariss. *γ' ἄρ*, sub quo Bothius *γάρ* delitescere putat; Mosq. B. *ἄρ' οἱ.*

V. 271. *Ἀνὴρ ἐκεῖνος* — hunc versum et sex, qui ei subjecti sunt, exscripsit Suidas s. *Ἐξ ἁπλῶν.*

V. 272. *Οἷσιν εἴχετ' ἐν κακοῖς.* Matthiae ad Iph. T. 147. non recte pro *ὅτι τοιούτοις* accipit.

V. 273. *Ἡμᾶς δὲ τοὺς φρονοῦντας ἠνία.* Sic omnes codd. et Suid. l. c. Sed Schol. Rom. et La. *γράφεται βλέποντας*, quod Bothius et Hermannus ut exquisitius praetulerunt vulgatae, quam ex interpretatione ortam putant. Equidem aliter sentio.

V. 274. *Κἀνέπνευσε τῆς νόσου.* Cod. *Γ. κατέπαυσε γρ. ἀνέπαυσε.*

V. 276. *Ἡμεῖς θ' ὁμοίως.* Cod. Leid. Suidae l. c. *ἡμεῖς δ'* — quod Hermanno non spernendum videtur.

V. 277. *Δὶς τόσ' ἐξ ἁπλῶν κακά.* Tragicis *τόσος* et *τοσόσδε* promiscua sunt sed fixum *δὶς τόσον*, *δὶς τόσα* Eur. Hec. 396. Med. 1047. 1191. Rhes. 281. 757. Cycl. 147. Heracl. 293. El. 1096. ubi metrum ferebat *δὶς τόσωσδ'*, ut Rhes. 160. ubi olim *δὶς τοσοῦτ'* legebatur, *δὶς τόσα* Demosth. 767, 7. Philostr. Iconn. I. 13, 783. *Δὶς τόσ' ἐξ ἁπλῶν κακῶν* Bodl. sed vulgata defenditur Euripidis exemplo *δύ' ἐξ ἑνὸς κακώ* Iph. T. 487. Naturalem ordinem poetae saepe metri vel concinnitatis causa immutant: *οὐκ ἐλάσσω τῶν ἐμῶν ἔχει κακῶν* Troad. 674. ubi duae continuae dipodiae in easdem extremas exeunt; *ξηρὰ βαθεῖαν γῆν ἐνίκησε* Androm. 637. *ἔφρασας ὑπερτέραν τᾶς πάρος ἔτι χάριτος* El. 1262. *τοῦδε πήματος πολὺ μεῖζον* Agam. 1183. saepe etiam rationes minus observabiles sequuti; *οἴδ' αὖ διάφοροι τῶν πάρος λελεγμένων μύθων* Iph. A. 402. *μείζω βροτείας προσπεσὼν ὁμιλίας* Hipp. 19. ubi Porsonus *ὁμιλίαν* requirit; *παλαιὰ καινῶν λείπεται κηδευμάτων* Med. 75. *ἄπεστι πλείω τοῦ καθήκοντος χρόνου* Oed. T. 75. ubi Purgoldus *χρόνον* malebat, alios *πλεῖον* legisse ex Scholiastae interpretatione *πλέον* conjiciat fortasse aliquis; sed *πλείω τοῦ τεταγμένου χρόνου* Dio Cass. XXXVI. 200

[1]) Aristoph. Eqq. 646. *τῶν δ' εὐθέως τὰ πρόσωπα διεγαλήνισαν*, cod. Rav. *οἱ δ'* — vel active vel neutraliter, ut Eunap. V. Chrysanth. p. 201. *τὰ πρόσωπα διαστυγνάσαντες.*

17. χαὔτη ξυνᾴδει χἀτέρα ταύτῃ νόσος Arist. Lys. 1088. et saepissime pedestres scriptores. Plato Charm. p. 160. C. αἱ ἡσύχιοι τῶν ταχειῶν πράξεων τυγχάνουσι καλλίους οὖσαι, ubi variandi causa patet; proxime enim praecedit αἱ ἡσύχιοι πράξεις καλλίους ἐφάνησαν ἢ αἱ ταχεῖαι. Herodo. I. 207. ἀπεδείκνυτο ἐναντίην τῇ προκειμένῃ γνώμῃ, ut τῆς ἐναντίας τῇ πρότερον φθορᾷ Dio Chr. XXVI. 96. ᾄδων ἐναντίον τῷ προτέρῳ λόγῳ παλινῳδίαν αὐτὸν ἐκάλεσε Philostr. V. Ap. VI. 11, 246. τὴν ἐναντίαν τῇ προτέρᾳ παρόδῳ Polyb. III. 66, 8. ἐναντίον εἰςενηνοχὼς τοῖς οὖσι νόμοις Demosth. p. 712. ubi codex primariae dignationis νόμον exhibet, sed vulgatae similis constructio p. 434, 27. ἀντὶ καλῆς αἰσχρὰν γενέσθαι τῆς εἰρήνης, et p. 724, 12. συνενεγκὼν τὰ μὴ δῆλα τοῖς φανεροῖς ἀδικήμασιν. Aelian. H. Ann. V. c. 5. τὸν ἄῤῥενα ἡ θήλεια νικήσασα ὄρνιν, quae sunt verba oraculi a Pausania relati II. 20. Sic plerumque scriptores supparis aetatis post comparativos substantivum primarium in secundo casu ponunt: κρείττω τῆς πρότερον ἁρμονίας Dio Chr. IV. 187. μείζω τῆς Ἰβήρων στρατιᾶς Strab. XI. 425. λαμπροτέραν τῆς προτέρας παρασκευῆς Appian. Civ. V. 92, 833. T. II. οὐ πλείω τῶν πέντε γεγονὼς ἐτῶν Dionys. Antt. IV. c. 6. μείζω ἐνεστήσαντο τοῦ πρὸς Γίγαντας πολέμου Lucian. Charid. §. 18. μείζονας ἀναστῆσαι τῶν πεπαυμένων πολέμων Plut. V. Pomp. c. XX. λαμπροτάτων ἐπ' αἰσχίστοις ἱεροῖς γενομένων V. Marc. XXIX. quo loco Reiskius vel ἱερῶν scribendum vel σημείων addendum putavit. [καινὰς ἐπὶ ταῖς ἐπιθυμίαις δεήσεσιν εὑρίσκειν Liban. T. II. 17.] Et post numeralia: ἔχων ἑπτὰ πρὸς ταῖς ἐνενήκοντα ναυσὶ Diod. XIII. 45. διέστηκεν ἑκατὸν πρὸς τοῖς τριάκοντα σταδίοις Strab. VIII. 341. ἐπήγαγε διακοσίας πρὸς ταῖς χιλίαις τριήρεσι Julian. Or. I. 42. C. μετὰ τὴν τρίτην ἐπὶ ταῖς ἑβδομήκοντα Ὀλυμπιάσι Dionys. Antt. IV. 62, 793. τὴν ἐπ' ἐκείνῃ Ὀλυμπιάδι Philostr. Heroic. p. 679. quod interpres male intellexit; ἐπὶ τὸ ἕβδομον ἐπὶ τοῖς ὀγδοήκοντα ἔτεσι Eunap. V. Proaer. p. 74. sed ex altera ratione ἐπὶ τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἔτη Dion. Antt. I. 45. περὶ τὴν ἕκτην
201 πρὸς ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδα Plut. V. Luc. c. V. τρεῖς πρὸς τοῖς πεντήκοντα πήχεις Athen. V. 203. F. [πέντε πρὸς τοῖς ἔτεσι Dionys. Ant. I. 3, 11. τὴν τρίτην ἐπὶ ταῖς ἐνενήκοντα καὶ ἑκατὸν Ὀλυμπιάσι, ib. et p. 22. μὴ μείζονας ἀναστήσῃ τῶν πεπαυμένων πολέμων Plut. Pomp. XX. 27. p. 66. T. III. οὐ πλείω τῶν πέντε ἐτῶν Dionys. Ant. IV. 6. 648.] Nec minus post ἕτερος et ἄλλος. Xenoph. Anab. V. 4, 31. εἰς τὴν ἑτέραν ἐκ τῆς ἑτέρας πόλεως, sed Diod. III. 31. ἄλλην ἐξ ἄλλης χώραν ἐπιπορεύονται, ubi tamen cod. Coisl. χώρας praebet, optione perquam difficili, non hoc solum loco sed ubicunque libri inter

se discrepant, ut Aesch. Pers. 434. *τίς γένοιτ' ἂν τῆςδ' ἔτ' ἐχθίων τύχη*, pro quo in cod. reg. *τύχης* scribitur, ib. 468. *τοιάνδε σοι πρὸς τῇ πάροιθε συμφορὰν πάρα στένειν*, codd. Mosq. et Viteb. *συμφορᾷ*, Eur. Hel. 647. *πρὸς ἄλλην ἐλαύνει συμφορὰν τᾶςδε κρείττω*, Paris. E. *συμφορᾶς*, quae omnia vulgatis elegantiora, neque tamen veteres ubique hanc elegantiam consectati sunt. Eadem libertate poetae latini primario nomini formam secundarii reddunt partim metri ergo partim variandae constructionis: *mista aspera laevibus principiis* Lucr. II. 470. *sic aliis aliae rebus vertuntur* I. 805. *sordidus a tenui victu distabit* Horat. Sat. II. 2, 53. ubi alia id genus contulerunt interpretes. A nostra autem consuetudine hoc non minus abhorret quam quod Graeci, gens verborum modo prodiga, modo immodice parca, nomen idem sine ullo orationis emolumento bis iterant: *νόμους τοὺς καλλίστους ἐκ πάντων τῶν νόμων* Herodo. III. 38. *ἀσφαλεστέρα οὐδεμία πορεία τῆς πρὸς Βαβυλῶνα πορείας* Cyrop. V. 2, 31. *ἡ κείνῃ τῇ γενέσει ἐναντία γένεσις* Plat. Legg. XII. 944. E. *ἐλάττω τούτου τοῦ ἀγῶνος ἀγῶνα* Apol. p. 34. C. *ἄλλην ἐξ ἄλλης πόλιν πόλεως ἀμειβομένῳ* p. 37. D. *ἀντὶ τῶν ἀπολιπόντων ναυτῶν ἑτέρους ἐμισθωσάμην ναύτας* Dem. c. Polycl. 1210, 9. *τὸ πάντων θαυμάτων μέγιστον θαῦμα* Galen. de Us. Part. XV. 7, 667. T. IV. *ἐν Τενέδῳ καλλίονας γενέσθαι γυναῖκας τῶν πανταχοῦ* (cod. *πανταχόσε*) *γυναικῶν* Athen. XIII. 609. E. *πόλις θεοφιλεστάτη πόλεων* Dion. Antt. IV. 83. ubi *πασῶν* omissum est ut in Aristid. III. 28. T. I. *θεάματα θεαμάτων ἥδιστα*, quod alibi addit Dionysius *πόλεμον ἁπάντων πολέμων βαρύτατον* V. 4, 974. [*νᾶμα κάλλιστον πάντων ναμάτων* Aristid. T. II. 149.] Atque hac ratione comprobatur genitivus, quem addit cod. Guelph. Xen. Cyr. II. 2, 26. *ἀνθρώπους ἐκ πάντων ἀ ν θ ρ ώ π ω ν οἳ ἂν* etc. *optumus hominum es homo* Plaut. Capt. II. 2, 83. Haec autem 202
numerorum complementa veteres non praeterierunt lectores. Ad Synesii verba de Insomn. p. 152. C. *χαλεπὸν ἑλεῖν ἐν ἑκάστῳ τόπῳ, κοινῷ φαντάσματι παραπλήσιον*, Nicephorus p. 422. D. adnotat in aliis libris esse *φάντασμά τι· ἔδει γὰρ ἀμφότερα κεῖσθαι· διὰ δὲ τὸ φορτικὸν τῆς φράσεως κεῖται ἓν ἐξ αὐτῶν, οἷον ἂν βούλοιτό τις· λάμβανε δὲ οὖν ὅμως ἔξωθεν ἐλλειπτικῶς καὶ τὸ ἕτερον.* Nobis sub alio coelo natis et hoc *φορτικὸν* videtur, nec minus illa, *Ἀργείας ὅρους λίας Σπαρτιάτιδός τε γῆς* Eur. El. 409. *ὃν γῆ δέξεται μοαόντα γῆν* Philoct. 894. *πιανῶ χθόνα κεκευθὼς ὑπὸ χθονός* Sept. 585. nec emollescunt haec substituto synonymo *πόλει κατασκαφὰς θέντες λαπάζειν ἄστυ* ib. 47. nec si ejusdem nominis mutatur significatio: *ἐκ τῶν ἀποθέτων ἐπῶν δύο ἔπη*

Plat. Phaedr. 252. B. *λόγον ἔχει ὁ λόγος* Epinom. 983. D. *λόγον ἐπράττετο τοῦ λόγου* Synes. Dion. p. 57. D. *ὑμῶν εἴ τις ἦν λόγων λόγος* Liban. Decl. T. II. 271. *Ἄρης Πέργαμον — κυκλώσας ἄρει φονίῳ* Iph. A. 765. quod Matthiae et Hermannus funditus damnant; *οὐκ ἂν πᾶσα φύσις ἱκανὴ γένοιτο μὴ θαυμαστῆς μετέχουσα φύσεως* Plat. Epin. p. 990. B. *φόβων πολλῶν τινῶν εἰς φόβον ἄγοντες αὐτόν* Legg. I. 647. C. cf. Casaub. ad Strab. p. 52. sq. Ed. Pr. [Adde Heracl. Alleg. LXV. 196. *τὸν κόσμον ἀπέδωκε τῷ κόσμῳ.* Athen. XII. 544. A. *φιλοσόφων αἱρέσεις ὅλαι τῆς περὶ τὴν τρυφὴν αἱρέσεως ἀντεποιήσαντο.* Nicephorus Greg. Hist. IX. 11, 277. C. *εἶχεν ἄν τινα λόγον ὁ λόγος.*]

V. 278. *Ξύμφημι δή σοι* — consuetum senariorum exordium *ξύμφημι καὐτός* Oed. C. 1748. *ξύμφημι κἀγώ* El. 1257. Anabibasmum toni in hoc verbo et cognatis *πάράφημι, ἀπόφημι,* legitimum et ubique servatum mirum est a Grammaticis identidem praescribi Schol. Ven. I. 577. VII. 362. Arcad. p. 173. Etym. M. s. *Ἀπόχρη* et s. *Ἔνειμεν*, nihil autem praecipi de secunda persona, cujus accentus fluctuat; *ξύμφῃς* Plat. Hipparch. 232. B. Soph. 236. D. 237. D. quibus in locis codd. complures aut *συμφῇς* aut *συμφῄς* exhibent; *ξυμφῄς* legitur Lach. 199. A. *σύμφῃς* Hipparch. 232. A. *ἀντιφῄς* Gorg. 501. C. *οὐδὲ σὺ φῄς* (cod. *σύμφῃς* (*οὔτε ἀπόφῃς* Protag. 360. D. tres codd. *ἀποφῇς*. Anecd. p. 409. *ἀντιφῇς ἀντὶ τοῦ ἀντιλέγεις*, pro quo rectius *ἀντιφῄς* legitur
203 apud Suidan. *Σύμφαθι* Xen. Cyr. IV. 5, 34. Plato Gorg. p. 500. E. Rep. VII. 523. A. cujus simplex acui vult Joannes p. 21, 17. quanquam non magis inclinatur, quam persona indicativi secunda. [*ἀντίφησι* Schol. Aristot. p. 192, 6. 27.]

V. 278. *Δέδοικα μὴ 'κ θεοῦ πληγή τις ἥκῃ.* Codd. fere omnes et Edd. vett. *ἥκοι*, ut Plut. V. Pelop. X. *ὁρᾶτε μὴ διαταράττοι*, ubi Schaeferus conjunctivum reponit, et alii quos Bernhardy citat Synt. p. 408. Suidas s. *Δέδοικα* et Jen. *μὴ ἥκῃ* cum scholio *μὴ ἦλθε*, Ven. *ἥκει*, quod Matthiae ad Phoenn. 93. tacite improbat, Hermannus non improbat quidem sed *ἥκῃ* praefert cum Schaefero Mel. p. 109.

V. 279. *Πῶς γάρ, εἰ πεπαυμένος.* Aug. B. *πεπαυμένης* cum glossa *τῆς νόσου.* Ceteri et Suidas l. c. ut vulgatum est. Schaeferus *μὴ πληγή τις ἥκῃ* (*πῶς γάρ;*) *εἰ* — illud *πῶς γὰρ* pro *πῶς γὰρ οὐ* accipiens.

V. 281. *Ὡς ὧδ' ἐχόντων τῶνδ' ἐπίστασθαί σε χρή*, id est *ταῦτα οὕτως ἔχειν ἐπίστασο.* Orta videtur haec constructio a casu recto *διανοοῦ ὡς ἐρῶν* Plat. Legg. XII. 965. A. *οὕτω διανοοῦ ὡς — δυνάμενος* Plut. V. Coriol. c. XXXV. hinc translata ad accusativum *ὡς μηδὲν εἰδότ' ἴσθι με* v.

Matthiae Gramm. §. 569. et ad genitivum, quorum ille a verbo regitur, hic absolutus est: *ὡς ἐμοῦ μὴ ἀμελήσοντος, οὕτως ἔχε τὴν γνώμην* Xen. Cyr. I. 6, 11. *ὡς ὄντων τῶνδε σοὶ μαθεῖν πάρα* Aesch. Prom. 766. *ὡς οὐκέτ' ὄντων σῶν τέκνων φρόντιζε δή* Med. 1308. quibus locis aliisque multis imperativus vel aliquid par et simile imperativo legitur. Nec rarus tamen indicativus: *ἔνιοι ὡς σπερματικῆς οὔσης τῆς ἀρχῆς ὑπολαμβάνουσι* Theophr. H. Pl. I. 6, 13. et alii v. Wyttenbach. Bibl. Cr. IV. 29. Stallbaum. ad Phileb. p. 31. Eadem est constructio verborum dicendi, cum accusativo *ἔλεγον ὡς νικῶντα δεσπότην* Eur. Phoenn. 1470. quod dupliciter construi potest; cum genitivo *μηνύει ὡς ἐπιφερομένης* Plat. Crat. 412. A. *οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὡς Ἀθήνησιν ἀφθόνων ὄντων τῶν ξύλων* Demosth. p. 219, 17. *θαῤῥοῦσι λέγειν ὡς ὁμοίων ὄντων τῶν πολιτευμάτων* Polyb. VI. 44. *ἱστορεῖ ὡς ὑπὸ Διονύσου εὑρεθέντων τῶν μήλων* Athen. III. 82. D. *εἴρηκε πρὸς αὐτὸν ὡς τῆς γυναικὸς διεφθαρμένης* Jamblich. V. P. XXVII. 125. p. 266.[1]) Restat unum ut quaeramus, num hoc, quod 204
in verbis credendi, intelligendi, dicendi, frequentissimum est, ad ea quae *videre* significant, traductum sit. [*τάδε τέτλαμεν εἰσορόωντες μήλων σφαζομένων* Hom. Od. XX. 312.] In Addend. Ed. Pr. attuli Trach. 394. *δίδαξον, ὡς ἕρποντος εἰσορᾷς ἐμοῦ*, qui locus prioribus simillimus est si post *δίδαξον* plenius interpungitur, sic ut oratio asyndeta, particula *ὡς* autem cum genitivo participii conjuncta sit, quomodo in illo *ὡς σπερματικῆς οὔσης τῆς ἀρχῆς ὑπολαμβάνουσι*, dissimilis vero, si *ὡς quoniam* significat, nam tum constructio erit qualis in altero, quem addidi, loco Arist. Rann. 815. *ἡνίκ' ἂν ὀξυλάλου περ ἴδῃ θήγοντος ὀδόντας ἀντιτέχνου.* Sed Reisigius Comm. Crit. p. 332. utrumque exemplum confodit; apud Sophoclem scribendum esse *ὡς ἕρποντος (εἰσορᾷς;) ἐμοῦ*, quod Schaefero et Fritzschio Lectt. Lucian. p. 96. certissimum, mihi admodum improbabile videtur non solum quia isto modo non *εἰσορᾷς* sed simplex *ὁρᾷς* apponi scimus, sed etiam quia hoc *viden?* non ex abundanti adjicitur sed maxime *ἠθικῶς*, ut et *οὐχ ὁρᾷς, ξυνίῃς* atque *μανθάνεις* dici solet, cf. Boisson. ad Nic. Eug. p. 253. in illa vero Lichae oratione ne minima quidem apparet *ἤθους* significatio. Aristophanis autem verba Reisigius sic construit *ἡνίκ' ἂν ἴδῃ τοὺς ὀδόντας τοῦ ἀντιτέχνου θήγοντος* scil. *τοὺς ὀδόντας*, quod nemi-

---

[1]) Pro *ὡς* Graeci posteriores *οἷα* substituunt: *ἐνεχείρισέν οἱ ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ ἐφέρετο οἷα ἀκαθέκτου οὔσης τῆς στρατιᾶς* Justin. Exc. Legg. p. 173. *ἐσήμαινεν αὐτῷ οἷα λιμῷ πιεζομένης τῆς στρατιᾶς* Menand. Prot. p. 110. B.

nem probaturum arbitror. Brunckii opinio est, verbum *ἰδεῖν* hic syntaxin synonymi *αἰσθέσθαι* sibi induisse. Sed eodem jure aliquis dixerit, non verbum cum verbo sed, ut saepe, constructionem unam cum altera commutatam, hoc est, pro *ὅτε θήγει ἀντίτεχνος* substitutum esse, quod idem valet, *θήγοντος ἀντιτέχνου*, cum trajectione objecti in enuntiatum secundarium; *ἡνίκ᾽ ἂν ἴδῃ ὅτε θήγει ἀντίτεχνος* pro *ἡνίκ᾽ ἂν*
205 *ἴδῃ τὸν ἀντίτεχνον ὅτε θήγει* [1]). Galenus de Opt. Sect. c. IX. p. 96. T. I. *ἡμᾶς αὐτοὺς ἄκοντας ἔστιν ἰδεῖν ὅτε σοφιζόμεθα.* Theocr. Id. VI. 21. *εἶδον, ναὶ τὸν Πᾶνα, τὸ ποίμνιον ἡνίκ᾽ ἔβαλλε*, ubi nihil interest utrum construatur *εἶδον τὴν Γαλάτειαν ἡνίκ᾽ ἔβαλλεν*, an *εἶδον, ἡνίκ᾽ ἡ Γαλ. ἔβ.* unde apparet quam facilis sit transitus ad hoc *εἶδον τῆς Γαλατείας βαλλούσης.* Apud Achillem Tat. II. 8. p. 32. *οὐκ οἶδα οὕτω πρότερον ἡσθείσης τῆς καρδίας*, verbum *οἶδα* pro *μέμνημαι* positum videri potest.

V. 282. *Προςέπτατο.* Sic omnes codd. et Eustathius hunc versum bis afferens p. 452, 32. et p. 527, 52. Brunckius qui *ἐπτάμην* non magis atticum putabat quam *εὐράμην* et *ἠράμην*, suo arbitrio *προςέπτετο* edidit. Moschopulus ad Il. II. 71. *ἀποπτάμενος παρὰ Πλάτωνι, εἰ καὶ ἄλλως οἱ εἰς $\overline{ην}$ ἀόριστοι τῶν εἰς $\overline{μι}$ οὐ χρείαν ἔχουσι παθητικῶν καὶ μέσων.* Ed. Pr. [ab *ἵπταμαι* Buttmannus, Moschopulus ab *ἔκτην*, ut *ἔκτα*, *κτάμενος*.]

V. 285. *Ἄκρας νυκτὸς ἡνίχ᾽ ἕσπεροι λαμπτῆρες οὐκέτ᾽ ᾖθον.* Excerpsit haec verba Suidas s. *Ἄκρας νυκτός.* Scholiastes *ἢ ὅτε οὐκ ἔφαινον οἱ ἕσπεροι ἀστέρες* (hoc perperam omittit Suidas) *ἢ ὅτε ἐσβέσθησαν οἱ κατὰ τὴν οἰκίαν φαίνοντες λύχνοι.* Prius probavit Spanhemius ad Callim. H. in Del. 303. hoc Valckenarius ad Herod. VII. 215. ac jure quidem. Quanquam enim stellae *λαμπτῆρες* vocantur Maneth. V. 426. et *ἕσπερα λύχνα* Nonn. II. 324. tamen hoc loco apertum est significari foculos, qui noctu ad illustranda cubicula accendebantur. Galenus Exeg. p. 512. *λαμπτὴρ ὃν οἱ πολλοὶ φανὸν, παρὰ μέντοι τοῖς Ἀττικοῖς ἐν ᾧ ξύλα κατεκαίετο παρ-*

[1]) Hac trajectione utuntur etiam ubi subjectum primarii enuntiati idem est objectum secundarii: *μὴ λυπείτω σε ὁρῶντα ἰχῶρα* Archestratus Athen. IX. 399. D. ubi non *ὁ λαγώς* supplendum sed verba ita construenda sunt *μὴ λυπείτω σε ὁ ἰχὼρ ὁρῶντα αὐτόν.* Epigr. *Ἀδεσπ.* CCCCXLIII. *μή σέ γ᾽ ἀνιάτω πάτρης ἀπὸ τῆλε θανόντα.* Herodian. VIII. 7. p. 163, 32. *ὅσον ὑμᾶς ὤνησε μεταγνόντας* sc. *τὸ μεταγνῶναι.* Aristid. T. I. 448. *συνενήνοχεν αὐτοῖς ἀδικηθεῖσι.* Plat. Crat. 393. E. *τοῦ ἦτα καὶ τοῦ ταῦ προςτεθέντων οὐδὲν ἐλύπησε.* Phaedr. 230. E. *ἐπίστασαι ὡς νομίζω συμφέρειν ἡμῖν γενομένων τούτων*, quae si esset directa oratio, sic decurreret *τούτων οὕτω γενομένων συμφέρει ἡμῖν*, quod idem est ac *ταῦτα οὕτω γενόμενα συμφέρει.*

ἕξοντα φῶς. Eustathius p. 1848, 32. λαμπτῆρες ἐσχάραι 206
μετέωροι ἢ χυτρόποδες, ἐφ' ὧν ἔκαιον cf. Odyss. XVIII. 304. Theocr. Id. XXV. 47. Sic autem Graeci diei incrementa et decrementa dispertire solebant, ut primordia noctis luminum accensione notarent, ἀρχομένης ἡμέρας, μεσούσης, δείλης ὀψίας, περὶ λύχνων ἁφάς Liban. Decl. T. III. 127. Sic etiam Herodotus l. c. Dionysius Antt. XI. 33. Diodor. XIX. 43. et Nicephorus Breviar. p. 42. B. tempus crepusculi περὶ λύχνων ἁφάς vocant; μέχρι λύχνων ἁφῶν Athen. XII. 526. C. idque Atticis ipsis tribuit Grammaticus Anecd. p. 470. ἀφ' ἑσπέρας οὐκ ἀπεσπέρας (scrib. ἀφ' ἑσπέρου ut Phot. s. Ἑσπέραν) ἀλλὰ περὶ λύχνων (adde ἁφάς) nisi ille οὐδὲ scripsit pro ἀλλά. *Vespertina lumina* dicit Ammianus Marc. XVI. 8, 9. quae sublatis mensis primis in triclinium inferri solebant; tempus ipsum *lumina prima*, *primam facem* v. Oudendorp. ad Apul. Met. II. c. 27. recentiores *lucernarem horam* τὸ λυχνικόν v. Voss. de Vit. Serm. III. 21. quod tempus quodammodo definit Galenus de Praenot. ad Epig. c. XI. 638. T. XIV. ὥρας ἐννάτης ἄρτι λύχνων ἡμμένων. Nocte concubia lucernae vel sponte marcescunt vel extinguuntur; περὶ πρώτην φυλακὴν, ἐν ᾧ τῆς ὥρας οἱ πλεῖστοι τὰς ἑσπερίους σβεννύντες δᾶδας τῇ τῶν ὕπνων ἡγεμονίᾳ τὸ τῶν βλεφάρων ἐκδιδόασι στάδιον Niceph. Greg. Hist. XV. 8. nisi forte convivii causa *in lucem perferuntur vigiles lucernae* Horat. III. Od. 8, 14. quod fere tempus significant *extremae lucernae* Propert. III. El. 8, 1. Ex his manifestum sit, Ajacem non prima, ut Schaeferus statuit, nocte egressum esse sed adulta sive περὶ πρῶτον ὕπνον, ut Scholiastes dicit, additque hoc tempus insidiis struendis aptissimum esse, quippe tum omnibus alto somno sepultis. Verba ἄκρας ἑσπέρας per se sunt ambigua. Nam non solum ut Schol. Arati v. 8. ait, ἄκρα νυκτῶν ἡ ἑσπέρα καὶ ὄρθρος, ut τὰ ἄκρα τῆς ἡμέρας et de ortu diei dicitur et de occasu Strab. IX. p. 415. et apud Aratum ipsum ἄκρη νύξ v. 774. initium, ἀκρόθι νυκτός exitum significat; sed etiam nox prima et media, hoc est ἡ ἀκμὴ τῆς νυκτός, ita vocari potest. Prius docent Anecd. p.
372. ἀκρόνυξ οἷον ἀρχὴ τῆς νυκτός et Theophr. de sign. 207
pluv. II. 782. ἀκρόνυχοι ἀνατολαὶ, ὅταν ἅμα δυομένῳ ἀνατέλλῃ, quare Nicander Ther. 766. λύχνους ἀκρονύχους vocavit v. Niclas. ad Geopp. I. 9, 4. Sed ut eodem nomine etiam nox intempesta sive νυκτὸς τὸ σταθερώτατον Eunap. V. Proaer. p. 130. designari possit, ex ipsa adjectivi ἄκρος proprietate sequitur. De χειμῶνος ἄκρον Theocr. XI. 37. ambigit vetus interpres, utrum sit τὸ μεσαίτατον sive ἡ ἀκμή (τὸ ἀκμαιότατον τοῦ χειμῶνος Athen. III. 98. B. cf. Ellendt.

ad Arrian. T. II. 74.) an potius *ἡ ἀρχή*, ut Hippocrates Aphor. p. 723. T. III. *τοῦ μὲν ἦρος καὶ ἄκρου τοῦ θέρους* aestatem novam designat, et in Epid. VII. 653. *ἀκρέσπερος φρίκη*, quod Galenus Exeg. p. 418. interpretatur *ἄκρας ἑσπέρας, τουτέστι τῆς πρώτης καὶ ἀρχομένης*. Sed in contrariam partem *ἀκρέσπερον* Nicand. Ther. v. 25. ex Scholiastae sententia dicitur *τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς νυκτὸς καὶ περὶ ἄκραν ἑσπέραν*, id est sera vespera et in noctem vergens, sicut Aristoteles H. Ann. IX. 23. (44.) 1. *οὐ πᾶσαν νύκτα, ἀλλὰ τὴν ἀκρέσπερον καὶ περὶ ὄρθρον*, noctis tempus primum, vesperae extremum significat. Idem Dionysius ap. Steph. s. *Γάζος* declarare videtur: *ἠῶθεν κνέφας ἄκρον ἐπειγόμενος ποσὶν οἷσι*, *ad seram vesperam*, et Pindarus P. XI. 17. *ὄφρα Θέμιν Πυθῶνά τε κελαδῆτε ἄκρᾳ — σὺν ἑσπέρᾳ*, quae vocantur *ἑσπέριοι ἀοιδαί* P. III. 33. cantrices ipsae *ἀκρέσπερον ἀείδουσαι* Theocr. XXIV. 75. Itaque ex sola foculorum extinctorum mentione intelligi potest, quo tempore Sophocles Ajacem prorupisse crediderit. Alios si adhibemus auctores, Quintus Calaber narrat eum de nocte profectum esse ad occidendos duces exercitus, die autem illucescente errorem mentis agnovisse mortemque sibi conscivisse L. V. 352. sq. Id in noctem proxime insequutam transfert Tzetzes Posth. 489. Pindarus vero, qui de gregum occisione tacet, *ὀψίᾳ ἐν νυκτί* necem factam ait Isthm. IV. 58. ubi Scholiastae in dubio ponunt, utrum *ὀψία νύξ* significet serum diei, quum noctescit, an mediam noctem, an extremam, quae eadem erat de *ἄκρα νύξ* dubitatio; postremum tamen confirmant Arctini auctoritate, qui Ajacem *περὶ τὸν ὄρθρον* manus sibi intulisse
208 prodiderit, omissa, ut opinor, pecudum caede, si quidem ex iis, quae de Machaone scripsit ap. Eust. p. 859, 44.

ὅς ῥα καὶ Αἴαντος πρῶτος μάθε χωομένοιο
ὄμματά τ' ἀστράπτοντα βαρυνόμενόν τε νόημα [1])

conjecturam capere licet, Machaonem primum furoris ingressum in medio Graecorum consessu deprehendisse, quum arma Ajaci abjudicata essent, certe in mimo illo, quem Lucianus describit de Salt. §. 83. judicium insequitur furor. Ajacem in ipsa concione ensi incumbentem facit Ovidius Met. XIII. 391. idemque puto Parrhasium imitatum in *Armorum judicio* Plin. XXXV. c. 5. Impetum in greges factum, qui cum hac ratione consistere nequit, interposuit Lesches in Excc. Proculi p. X. *ἡ τῶν ὅπλων κρίσις γίνεται καὶ Ὀδυσσεὺς κατὰ*

---

[1]) Wuellnerus de Cycl. p. 90. „Heynius et Lobeckius nescio quo errore eos versus ad Ajacis mortem referunt.“ Vellem reprehensores mei potius ea refellerent quae dixi quam quae non dixi.

βούλησιν Ἀθηνᾶς λαμβάνει, Αἴας δὲ ἐμμανὴς γενόμενος τήν τε λείαν τῶν Ἀχαιῶν λυμαίνεται καὶ ἑαυτὸν ἀναιρεῖ, quod Lycophro v. 454. Horatius II. Serm. 3. 211. Hygin. Fab. CVII. aliique sequuti sunt. Idem suscepit Sophocles complendae fabulae necessarium sed sejuncta insania, heroe dignius ratus si non coeco furoris impetu, neque luctus et irae impotentia sed libero animi motu mortem oppeteret, qua sese deorum hominumque vindicaret injuria. Ed. Pr.

V. 286. Ἄμφηκες λαβὼν — ἔγχος. Schol. ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένον, quibus Suidas s. h. v. addit ἀπὸ τῆς ἀμφήκης εὐθείας, sumtum e Schol. Nubb. 1153. Eodem accentu notatur Od. XVI. 80. XXI. 341. Bacchyl. Fragm. XII. 19. Aesch. Ag. 1560. Soph. El. 485. Eur. El. 688. Theophr. H. Pl. IX. 8, 7. Cleanth. H. in Jov. v. 10. Maxim. v. 385. Synes. Ep. CVIII. 251. τανυήκης Nonn. XXXVII. 15. apud quos omnes illud bipennium, hastarum et gladiorum epitheton est. Neque aliter ἄηκες τὸ (μὴ) ἠκονημένον Suid. εὐήκει ξυρῷ Nic. Al. 412. εὐήκεα φάσγανα Apollon. II. 101. Phanocl. Fragm. I. 8. Oxytonesis exempla pauciora sunt. Ἀμφακῆς (sic) ἀξίνη Hesych. ubi cod. ἀμφακλῆς, Musurus ἀμφ- 209
άκης dedit; εὐηκὴς καλῶς ἠκονημένος Suid. νεηκὲς νεωστὶ ἠκονημένον Phot. quod ap. Hesychium νεακές scribitur, δρεπάνῃσι νεηκέσι Quint. Cal. V. 58. ἀμφηκέα χαλκόν Oppian. Cyn. II. 47. τανυηκέες Ἄλπεις Orph. Arg. 1131. τανυηκέα πῆχυν Joann. Gaz. Ecphr. I. 285. et in Hesychii Lexico νεηκέσι, ταναηκέϊ, ex homericis locis, ubi nunc barytona leguntur, olim vero oxytona fuisse Scholiastae testantur ad Il. XIII. 491. ἡ παράδοσις τὸ νεήκης καὶ ταναήκης βαρύνει κατὰ συνεκδρομὴν τοῦ εὐμήκης [1]) μεγακήτης, et ad Od. IX. 387. πυριήκεα μόχλον — εἰ δὲ καὶ βαρυτόνως γράφεται, συνηγορεῖται ὑπὸ τοῦ τανυήκους ξίφους. Ceterum haec adjectiva partim ab ἀκή sive potius ἠκή, partim ab ἥκω composita esse affirmant, Schol. Od. XII. 205. ἐρετμὰ προήκεα — κατὰ τὸ ταναήκεα, τὰ προβεβηκυῖαν τὴν ἀκμὴν [2]) ἔχοντα ἢ τὰ προήκοντα, Etym. M. 391, 3. εὐήκεα — παρὰ τὸ ἥκω, ἡκὴς καὶ εὐήκης· alia vero pro simplicibus valere, Schol. Il. XVI. 768. τανυήκεας ὄζους — ὡς εὐμήκεας, οὐκ ἔγκειται τὸ ἀκὴ, ὥσπερ ἐν τῷ τανύηκες ἄορ, ἀλλὰ κατὰ παραγωγὴν ταναοὺς, ὡς κελαινεφές, atque adeo Etym. 745, 38. τανυήκης, si ramorum epitheton sit, simplex esse statuit; nec tamen his nominibus illi plus significant quam quod nos dicimus *alteram composi-*

---

[1]) Idem significare videtur Hesychius Ταναηκὲς, εὔμηκες, hoc est, scribi debere τανάηκες.

[2]) Sic apud Photium Τανύμηκες τεταμένην ἔχον τὴν ἀκμήν, cod. ἀκήν.

tionis partem quiescere, quod idem de *ταλαύρινος*, *μελιήδης*, aliisque affirmant. Sed de Homero errant; nam apud hunc nullum hujusmodi adjectivum legitur, quod non commode ad *ἠκή* referri possit. Apud alios vero quam multas res, quamque dispares haec terminatio complexa sit, ex Hesychii glossa perspicitur: *Εὐήκες*, *εὐήκοον, ὀξὺ εὐεκτοῦν*, *εὖ ἠκονημένον*, *ἀκμάζον*, *εὐρωστοῦν*, *εὔπλευρον*. Atque in Empedoclis v. 374. *εὐήκεα βάξιν* intelligi potest *εὐήκοον*, sive illud a verbi *ἀκούω* forma primitiva compositum, sive terminatio tantummodo for-
210 mationis causa adscita est. *Ἀμφήκης γνάθος*, quod Schol. ad h. l. ex Aristophane affert (in Fragmm. omissum) *πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος* Aesch. Prom. 1043. *ἀμφῆκες γέρας* in affecto Meleagri versu Anth. c. VII. n. 421. v. 4. *τανυήκεα πῆχυν* Joann. Ecphr. l. c. a propria significatione acuti non multum absunt, nec dubitationem habet *χρησμὸς ἀμφήκης καὶ διπρόςωπος* Lucian. Jup. Trag. §. 43. p. 276. quanquam dubitatum esse ostendit vetus scholion *γράφεται καὶ ἀμφήρης*. Eodem revocari possunt *Λεπτήκεα (διὰ) λεπτῆς ἐργασίας ποιηθέντα*, et *Λεπτηκεῖς* (sic) *λεπτάς* apud Photium et Hesychium. Sed quae idem refert *Εὐηκέστατοι, εὖ ἥκοντες*, *Ἀνηκές*, *ἀνῆκον* (cod. *ἀηκές*, *ἀῆκον*) *Προσακές, ἐγγύς*, quorum duo postrema Piersonus ad Moer. p. 78. ad nomen *ἄκος* refert, aut a verbo *ἥκω* composita, aut vere parogoga sunt. Quod nisi de his quoque sumere licet; *Ληθηκὲς εἰς λήθην ἄγον*, *τὸ φάρμακον*, et *Ὀζήκεις οἱ σφριγῶντες* (veluti ramis diffusi et luxuriantes) non habeo quod subrogem. Superest unum magis accentus quam significationis causa notabile. Eustathius p. 939, 12. ubi de *νεήκης* dixit, *βαρύνεται* inquit, *καὶ τὸ ξυρήκης ὁ κουρήσιμος καὶ ὁ κουριῶν κατὰ Αἴλιον Διονύσιον.* Hoc ita, uti dicit, scribitur apud Pollucem et Photium: item dativus *ξυρήκει* bis apud Euripidem; semel *ξυρῆκες* El. 335. ut *ἀμφῆκες* in Meleagri loco, semel *ξυρηκές* Phoenn. 375. ubi quod Scholiastes dicit *ξυρηκὲς ὡς ἀπηνὲς τῷ τόνῳ, παραλόγως γὰρ ἐξηνέχθη καὶ οὐκ ἔχει τὴν ἀκὴν ἐγκειμένην ὡς τὸ ἄμφηκες*, verum esset si sic scriberetur *ξύρηκες ὡς ἄμφηκες*. Nam paragoga in $\overline{\eta\kappa\eta\varsigma}$ alio quam composita accentu signata esse ideoque oxytonon *ξυρηκές* paralogon dici quia non perinde ut *ἄμφηκες* aciei significationem prae se ferat, veri simile non videtur. Conf. Hermann. ad Eur. Alc. 440.

V. 288. *Τί χρῆμα δρᾷς, Αἴας* — hunc locum Suidas usque ad *ἐσσύθη μόνος* v. 294. ad se transtulit s. *Χρήματα*, ubi *Αἶαν* scribitur ut in Membr. aliisque nonnullis suffragante Hermanno.

V. 289. *Ἄκλητος οὔθ᾽ ὑπ᾽ ἀγγέλων κληθεὶς, οὔτε του*

κλύων σάλπιγγος. Nomini *ἄκλητος* duae subjectae sunt epex-
egeses, *οὔθ᾽ ὑπ᾽ ἀγγέλων οὔτε σάλπιγγος κλύων*, quod Her- 211
manno permolestum videtur; quare recepit, quod apud Sui-
dan s. *Πεῖραν* legitur, *ἄκλητος οὐδ᾽ ὑπ᾽ ἀγγέλων*, id autem
de more dictum esse confirmatione ab negatione contrarii
petita. Mihi nulla nisi ejusmodi exempla in promtu sunt,
οὐχ ὑπ᾽ ἀγγέλων ἀλλ᾽ αὐτόκλητος Trach. 391. *οὐκ ἄκλητος
ἀλλ᾽ ὑπάγγελος* Choeph. 787. *οὐκ ἄκλητοι παρακληθέντες δέ*
Thucyd. VI. 84. *οὐκ ἀδαὴς ἀλλ᾽ ἔμπειρος* Herod. II. 49. [*κλη-
θεὶς οὐκ ἄκλητος* Anthol. Pal. V. 161.] vel interposita copu-
lativa *ἑκὼν καὶ οὐκ ἄκων* v. Ellendt. ad Arrian. T. I. 200.
φημὶ κοὐκ ἀπαρνοῦμαι Eur. El. 1057. *φράσω καὶ οὐκ ἀπο-
κρύψομαι* Dem. Fals. Leg. 342, 6. et Dionys. Antt. VIII. c.
8. sed *φράσω οὐδὲ κρύψομαι* Soph. Trach. 474. *γνῶ δ᾽, οὐδ᾽
ἠγνοίησε* Hom. H. in Merc. 243. quae omnia ad eandem
noscendi et notificandi notionem pertinent.

V. 290. *Τί τήνδ᾽ ἀφορμᾷς πεῖραν.* Membr. *ΓΘ.* Aug.
C. duo Lips. Ald. et Suid. l. c. *ἀφορμᾷς*, ceteri codd. *ἐφορ-
μᾷς*, Suidae Edd. s. *Πεῖραν ἀφορμῆς*, cod. Porsoni *ἀφορ-
μαῖς.* Brunckius *ἐφορμᾷς* edidit, Hermannus *ἀφορμᾷς, quia
de obitu Ajacis sermo est. Τί τήνδε πεῖραν ἐφορμᾷς* signi-
ficaret *τί ἐπὶ — πεῖραν ὁρμᾷς*, ut *πρᾶξιν ἐφ᾽ ἣν ὡρμᾶτο*
Aelian. H. Ann. X. 34. *πρὸς ταύτας ὥρμησαν τὰς ἐπιβολὰς*
Polyb. I. 3. *στονόεντας ἐφορμήσασθαι ἀέθλους* Hesiod. Scut.
127. [*τόνδ᾽ ἐπόρνυται στόλον* Aesch. Suppl. 190. *ἄελπτον
ἀπωλίσθησε πέσημα* Anthol. IX. 158. *πότμον ἐφωρμήσαντο*
Oppian. Hal. III. 397. *ἐπαΐσσει ῥιπὴν μαψιδίην* ib. V. 192.]
Sed quum Tecmessa nihil amplius videret nisi Ajacem exi-
tum parare, neque sciret quid ille intenderet, non potuit di-
cere *τί ἐπὶ τήνδε τὴν πεῖραν ὁρμᾷς.* Neque *ἐφορμᾶν* hoc
loco sic intelligi potest ut in Plat. Parm. 135. D. *καλὴ ἡ
ὁρμὴ ἣν ὁρμᾷς ἐπὶ τοὺς λόγους*, ubi praepositio refertur ad
id, quo, qui molitur aliquid, animum intentum habet, ut Op-
pian. Hal. V. 191. *ἐπαΐσσει γενύεσσι ῥιπὴν μαψιδίην* id est
ἐπὶ τὸ δέρμα τὸ αὖ ἐρύον ἄσσει vel *ὁρμᾷ*, et Nonn. Paraphr.
V. 143. *ταχύγουνον ἐπεσσεύοντο πορείην*, id est, *ταχέως ἐπῆλ-
θον*, quo exemplo dici posset *τί τήνδε πεῖραν ἐφορμᾷς τοῖς
Ἀχαιοῖς*, sed id quoque ab hoc loco alienum esse apparet.
Convenit vero *τί τήνδε πεῖραν ὁρμᾷς*, ut Plat. Rep. V. 452.
C. *κατ᾽ ἐκείνην τὴν ὁρμὴν, ἥνπερ τὸ πρῶτον ὡρμήσαμεν,* sed
distinctius dicitur *ἀφορμᾷς* ut Trach. 155. *τὴν τελευταίαν* 212
ὁδὸν ὡρμᾶτ᾽ ἀπ᾽ οἴκων. Πεῖρα igitur hoc loco ipsam mo-
litionem significat, non id quod Ajaci propositum erat facere,
ac potuisset poeta etiam tropo etymologico dicere *τί τήνδε
πεῖραν πειρᾷ* vel *τί τήνδε ὁρμὴν ὁρμᾷς.* Persaepe autem in

medio relinquitur, utrum nomen repraesentet notionem actionis verbo subjectae an rem agenti propositam, sive ea cogitatione comprehenditur sive oculis cernitur. Aperte Sophocles Trach. 185. *πολλοὺς ἀγῶνας ἐξιών* significat certamina foris capessenda, *ἐπὶ ἀγῶνας ἐξιών*, vel uno verbo *ἀγωνιούμενος*; neque enim synonyma sunt *ἐξιέναι* et *ἀγωνίζεσθαι*. Sed minus perspicuum est Thuc. I. 15. *ἐκδήμους στρατείας ἐξῄεσαν*, utrum id quod in Sophoclis loco intelligi debeat *in bella proficiscebantur*, an ita ut I. 112. *τὸν ἱερὸν πόλεμον ἐστράτευσαν*, quia *στρατεία* et *ἔξοδος* idem significant. Sed si quis haec comparet: *οὐκ ἐξῆλθον τὴν στρατείαν* Dem. c. Neaer. 1353, 54. *ἐξελθὼν στρατείαν τὴν ἐν τοῖς μέρεσι καλουμένην* Aeschin. Fals. Leg. 371, 168. et mox *τὰς ἐκ διαδοχῆς ἐξόδους ἐξῆλθον*, et paullo post *τὰς εἰς Εὔβοιαν στρατείας ἐξεστρατευσάμην*, haec igitur si quis inter se comparaverit et ad praepositionem si attenderit non solum hoc ultimo loco sed etiam aliis additam: *τὴν εἰς Ἰβηρίαν μέλλων στρατεύεσθαι* Polyb. III. 11, 5. *ἐξῆλθον καὶ ἄλλας ἐξόδους εἰς τὴν ἤπειρον* Xen. Hell. I. 2, 17. *ἑτέραν ἔξοδον ἐξῆλθον εἰς τὰ ὕδατα* Aristid. T. I. 310. vix dubitabit, quin haec eadem ratione dicta sint qua *μέγαν ἔρωτα ἠράσθη*, *δεινὴν νόσον ἐνόσει*. Neque aliorsum pertinent *ἐξόδους λαμπρὰς ἐξιοῦσα* Dem. c. Olymp. 1182, 27. *μέλλων ἐκπλεῖν τὸν ὕστερον ἔκπλουν* p. 1186, 11. *φύγε λαιψηρὸν δρόμον* Pind. P. IX. 215. *φυγὴν πορευθῶ πτερόεσσαν* Eur. Ion. 1237. *ψευδώνυμον νόστον πλεῖν* Tryphiod. v. 142. *ὁμόστολον ναυτιλίην πλεῖν* Oppian. Cyn. II. 218.[1]) *πρεσβείαν εἰς Λακεδαίμονα*
213 *ἰόντες* Xenoph. Hell. V. 3, 23. quod frustra tentatur. Sed in Dem. Fals. Leg. p. 392, 14. *ὅτε τὴν πρώτην ἀπήραμεν πρεσβείαν*, nomen hocce non ut in Epist. II. 1469, 23. *πρεσβείας ὅσας ἐπρέσβευσα*, actionem, quae verbo continetur, significare sed negotium ad quod perficiendum orator missus est, colligi licet ex Aesch. c. Ctes. 404. 73. *ἐπὶ τὴν πρεσ-*

---

[1]) In Hal. III. 105. *εἰ δ' ὅγ' ἀνορμηθεὶς πρῶτον στόλον αὖτις ὀλισθῇ ἐς βρόχον*, nomen *στόλος*, pro quo *ὁρμή* poni potuisset, servat quidem propriam significationem sed ad summum tamen nihil aliud declarat quam quod Latini semibarbari usurpant *prima vice*; quod nomen *conversionem* significat ut italicum *volta*; ejusque notionis vocabula et in linguis orientalibus et in Graecitate caduca adverbiorum numeralium instar sunt, *μίαν φοράν* p. *ἅπαξ*, pro quo *μίαν ὁρμήν* assumi potuisset, fere ut veteres dicunt *μιᾷ ἐπιβολῇ*, *uno impetu*; sic etiam *μίαν βολὰν, τρεῖς βολάς* sive *τρεῖς φοράς* pro *τρίς* v. Corais ad Aesop. p. 441. [ad Plut. T. VI. 379. *pedatu tertio* pro *vice tertia* Plaut. Cist. 59. *ταύτῃ σὺν ὁρμῇ* (una opera) *ξυνθανεῖν* Soph. Trach. 722. *πρὸς τοὺς στρατηγοὺς ῥᾷόν ἐστι μυρίαις μοίραις προσελθόντ' ἀξιωθῆναι λόγου* Amphis ap. Athen. p. 224. D. *ἐξηφορῆς sexies* Du Cang.]

βείαν ἀπαίρειν. Postremo quum *πρεσβεία* et *πρεσβευτής* novitia sint vocabula, pro quibus veteres Graeci *ἀγγελία* et *ἄγγελος* dixerunt, consentaneum videbitur homericum *ἀγγελίην ἐλθεῖν* ad eandem revocare rationem; neque falli puto Scholiastam qui ad Il. *Π.* 140. *ἐξεσίην ἐλθεῖν*, quod Aristarchus interposito aspero a non adspirato *ἐξ̔εσίην* id est *ἔξοδον* distinxit, sic interpretatur *ἐπὶ πρεσβείαν.* Ad haec meminisse oportet, verba eundi adsciscere accusativum, quo locus eunti propositus sive realis sive idealis denotatur, *ἐλθεῖν Ἀθήνας*, *ire Romam, pessum ire,* unde per gradus perventum est ad *venum ire*, *ultum ire*, *exequias* sive *pompam funeris* et *suppetias ire* sive *advenire*, postremo *infitias ire* (*auf's Läugnen ausgehn*) quod jam ab *ἔρχομαι φράσων* vix digitum distat; parique affinitate juncta videntur *Alexandriam evocare* et *suppetiatum convocare.*

V. 290. *Οὔτε του κλύων σάλπιγγος*, affert Schol. Eur. Hec. 367. et ad Oed. T. 80.

V. 292. 293. *Ὁ δ' εἶπε — ἡ σιγὴ φέρει.* Hos versus excerpserunt Stobaeus Serm. LXXXV. 1. Suidas s. *Βαιαί* et Eustathius p. 1691, 1. Priorem delibavit Schol. Eur. Hec. 413. alterum Aristoteles Pol. I. 13. *ὥςπερ ὁ ποιητὴς εἴρηκε, γυναικὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.* Pluralem numerum retinent ceteri hujus sententiae laudatores et imitatores, Libanius Decl. T. IV. 146. Heliod. I. c. 21. Eumath. de Hysm. V. p. 196. Suidas l. c. Draco p. 32. Tzetzes ad Lyc. 3. Schol. 214
Eur. Hec. 248. Apostolius et Arsenius p. 170. Eustath. p. 395, 42. p. 1423, 28. et saepius, postremo Servius ad Aen. I. 561. Ed. Pr. [Joseph. Racend. Rhett. T. III. 561.] — Schol. Barocc. ad h. l. *ἐκ τῶν τοῦ Καλλιστράτου· ὥςπερ γὰρ τὰ φύλλα κόσμον τοῖς δένδρεσι φέρει, τὰ δὲ ἔρια τοῖς προβάτοις, ἡ δὲ χαίτη τοῖς προβάτοις, ἡ δὲ γενειὰς τοῖς ἀνδράσιν, οὕτω καὶ ἡ σιωπὴ κόσμον ταῖς γυναιξὶ φέρει.* Hic Theocriti elegantiam imitando pervertit Id. VIII. 79. *τᾷ δρυῒ ταὶ βάλανοι κόσμος* etc.

V. 294. *Κἀγὼ — μόνος*, affert Suidas s. *Βαιαί* cum duobus, qui antecedunt, versibus.

V. 295. *Καὶ τὰς ἐκεῖ μὲν οὐκ ἔχω λέγειν πάθας.* Apud Suidan s. *Πάθας* legitur *καὶ τὰς μὲν ἔνδον — φράζειν πάθας,* illud ex errore manifesto; *φράζειν* est etiam in cod. Jen. et probatur Toupio ad Suid. T. III. 2. Villoisono ad Long. p. 5. Porsono, Schaefero et Dindorfio; sed vulgatam retinet cod. Suidae. Cod. *Γ. οὐ λέγειν ἔχω πάθας.* Dresd. A. et Tricl. *οὐκ ἔχω λέγειν τύχας.* Feminino *πάθη* Sophocles solus inter tragicos usus est, sed saepius.

V. 297. *Κύνας βοτῆρας.* Schol. ὑφ' ἓν ἀναγνωστέον [1]), τοὺς ποιμενικοὺς κύνας· οὐ γὰρ ἀναιρεῖ κατὰ τὴν σκηνὴν ἄνθρωπον. Apud Suidan hoc hyphen non supposito semicirculo exprimitur sed ambae voces sub uno accentu scribuntur κυναςβοτῆρας, ut nonnulli ῥαδαλονδονακῆα et similia notabant. Post εὔκερων cod. Γ. Bar. B. Aug. C. omittunt copulam. Ex seq. versu Eustathius p. 134, 17. affert ἄνω τρέπων ἔσφαζε. [ἐῤῥάχιζε Rhett. T. III. 577.]

V. 300. *Ἐν ποίμναις πιτνῶν.* La. pr. πίτνων, quod Dindorfius edidit. Schol. Barocc. εὗρον ἔν τινι παλαιοτάτῳ τῶν ἀντιγράφων βίβλων ἐν π η μ ν α ῖ ς π ι τ ν ῶ ν, τουτέστιν ἐν βλάβαις, ἀπὸ τοῦ πημονὴ, πημνή. Hoc inauditum est.

V. 301. *Τέλος δ' ὑπάξας διὰ θυρῶν* — Codd. nonnulli et Ald. ἐπαΐξας, La. in lemmate et Lb. ἀπαΐξας ut
215 Schol. Laur. (Rom. ὑπαίξας) plerique ὑπάξας vel ὑπαΐξας, quod a Brunckio receptum obtinuit. *Τέλος* et *πέρας ad postremum* in omni genere dicendi frequentissimum est, rarius aliquanto cum praepositione ἐς τέλος ᾤχετο φεύγων Theocr. II. 152. et cum articulo τὸ πέρας Lys. Or. IX. 115, 7. τὸ τέλος Diod. IV. 34. XII. 50. τὸ τελευταῖον Arist. Nubb. 946. Aeschin. Fals. Leg. 319, 14. Isocr. de Big. p. 355, 40. Thucyd. VIII. 8. τὸ λοίσθιον Eur. Hec. 1168. Troad. 504. Herc. 23. ubi Elmslejus frustra tricatur; τὸ ἔσχατον Diod. I. 7. sine articulo λοίσθιον Soph. Ant. 1304. Theocr. XXIII. 16. τελευταῖον Plat. Rep. VII. 516. A. Aelian. V. H. IX. 8. in plurali τὰ τελευταῖα Thuc. VIII. 85. τὰ τελευταῖα ἔναγχος *hoc novissimo tempore* Plat. Hipp. Maj. 282. B. τὰ τελευταῖα ταῦτα Lucian. Herod. §. 4. τὰ τελ. νυνί Dem. 684, 17. τὰ ἄγχιστα Antiph. Or. II. 115, 24. τὰ ὕστατα Strab. VIII. 274. T. III. quo non absolute, quid actionis cujusdam extremum, sed quid praesenti tempori proximum, significatur. Poetica sunt τέρμα Phocyl. v. 130. et τελευτὴν πάντων Pind. Nem. XI. 21. ubi observandus est genitivus, qui nonnunquam his accusativis adverbii locum obtinentibus adjungitur: πέρας τοῦ πράγματος Aeschin. Fals. Leg. 349, 107. τὸ πάντων τελευταῖον c. Ctes. 460, 227. τὸ τελευταῖον τοῦ δράματος Achill. Tat. VIII. 10. p. 184, 6. quin etiam ipsi pronomini subjunguntur relativo: πολλὰ δεινὰ, ὧν καὶ τέλος ἡ πατρὶς ἀνετράπετο, quam constructionem primus animadvertit aptisque exemplis illustravit Wanowski in Dissert. de Casibus absolutis P. I. [Nunc ipsum prodiit viri doctissimi Commentarius *Pars syntaxis anom. de construct. absolut.* in quo haec exposita sunt p. 200.]

---

[1]) Haec Brunckius e Suida addidit.

V. 302. *Λόγους ἀνέσπα.* Eustathius p. 679, 63. *ἐπὶ ἀλαζονείας τὸ ἀνασπᾷν, ὡς δηλοῖ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ λόγους ἀνέσπα*, quod simile dicit *τῷ ὀφρῦς ἀνασπᾷν.* Alterutrum horum intelligitur apud Hesychium *Ἀνασπᾷ, ἐπαίρει*, neque opus est Kuesteri emendatione *ἐξαιρεῖ* vel *ἀναιρεῖ.* Idem fortasse quod Sophocles, significavit hoc verbo Menander Fragm. p. 153. *πόθεν τούτους ἀνεσπάκασιν οὗτοι τοὺς λόγους*, saepiusque verba cognata *αἴρειν* et *ἀνάγειν* huc transferuntur. *Ἄνω τὰ ῥήματα ἐξαίρειν σημαίνει τὸ ἀποσεμνύνειν* Phrynich. App. p. 12. *Φίλιππος πολλοὺς καὶ θρασεῖς* 216
τῇ πόλει ἐπαιρόμενος λόγους Dem. p. Cor. p. 302, 12. *εἰ μὲν τούτου χάριν οὕτω ταῦτα σεμνῶς ἀνῆγον* Aristid. de Paraphth. T. II. 384. quod fortasse ab elatione vocis translatum est, ut Plutarch. V. Flamin. c. X. *ἀναγαγὼν ὁ κῆρυξ τὴν φωνήν.* Proverbii instar usurpat Theodorus Metoch. XLVI. 275. *κατὰ σκιᾶς ἀνασπῶν λόγους, ὥς φησιν ἡ ποίησις καὶ λίθους ἕψων* etc. sed ipsa Sophoclis verba praestat Aristides de quatuor v. T. II. 309. *καταδύντες εἰς τοὺς χηραμοὺς ἐκεῖ τὰ θαυμαστὰ σοφίζονται σκιᾷ τινι λόγους ἀνασπῶντες, ἔφης ὦ Σοφόκλεις.* Ed. Pr.

V. 303. *Ξυντιθεὶς γέλων πολύν.* Cod. *Θ. συντιθείς*, ut Hermannus; *Γ.* et Jen. *πολὺν γέλων*, ut saepius adjectivum praeponitur; etiamsi ad metrum nihil intersit Antig. 647. Or. 1560. Bacch. 250. sed postponitur Troad. 983. et aliis locis v. Interpr. ad Thom. p. 718. et Phryn. p. 471. Proverbii loco dici *Αἰάντειος γέλως ἐπὶ τῶν παραφρόνως γελώντων*, auctor est Suidas; Zenobius addit Cent. I. p. 16. *Αἴας γὰρ μανεὶς διὰ τὸ προτιμηθῆναι τὸν Ὀδυσσέα, κατὰ τῶν Ἑλλήνων ξιφήρης ὥρμησε καὶ κατὰ τῶν βοσκημάτων προνοίᾳ θεῶν τραπεὶς ὡς Ἀχαιοὺς ταῦτα φονεύει· δύο δὲ μεγίστους κριοὺς κατασχὼν ὡς Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον δεσμεύσας ἐμάστιξεν* etc. Sophocleus Ajax non furore actus ad occidendos inimicos egreditur sed mentis compos. Ed. Pr.

V. 304. *Ὅσην κατ' αὐτῶν ὕβριν ἐκτίσαιτ' ἰών.* Musgravii conjecturam *ἐκτίσοιτ'* praepropere probavit Elmslejus. Ajacis *ὕβρις* in hostes imaginarios coepit cum ipsa eorum captivitate, quorum plerique, quum illa narraret Minervae, jam prostrati, omnes vincti, raptati, conculcatique erant.

V. 305. *Κἄπειτ' ἐπᾴξας.* Bodl. Laud. La. pr. La. sec. Aug. C. *ἀπαΐξας.* Omnes *ἐς δόμους*, quod cum v. 63. *εἰς δόμους* discordat.

V. 306. *Ἔμφρων μόλις πως.* Apud Sophoclem *μόλις* decies amplius legitur, nunquam *μόγις*, quod codd. quidem complures praebent El. 575. sed Hermannus a Tragicorum consuetudine relegat; idem tamen *μόγις* reliquit Eur. Ion. 217

1267. in quo codd. consentiunt non minus quam Cycl. 573. Hel. 659. sed apud Aeschylum Agam. 1080. Eum. 853. *μόλις* exhibent. Hoc saepissime in Demosthenis Oratt. c. Apat. 896, 4. Phorm. 914, 4. 919, 10. Euerg. 1158, 8. Con. 1259, 26. Theocr. 1330. 3. Neaer. 1348, 2. rarius *μόγις* Olynth. III. 30, 1. ubi codd. complures *μόλις*, et c. Callipp. 1239, 28. ubi nihil variant, passimque in uno aut duobus c. Tim. 761, 21. c. Aphob. III. 850, 19. Lysiae Bekkerus p. 222. A. *μόλις* ex libris restituit, Platoni vero *μόγις* Theaet. 142. B. 161. E. Phaedon. 108. B. et retinuit idem Euthyd. 294. A. ubi omnes *μόλις* exhibent, sed paullo ante 282. D. *μόλις* adversus libros tuitus est, quanquam *μόγις* huic scriptori familiarius Charm. 135. E. 156. D. 162. E. Soph. 261. A. Protag. 314. D. 328. D. 360. D. Theaet. 186. C. ubi nulla lectionis diversitas adnotatur. Sed haec jam Schneiderum tractasse video ad Civ. T. II. 208. Thucydidi Poppo passim *μόλις* reddidit, quo codd. praeponderant v. P. I. T. I. 208. P. III. T. I. 132. idemque apud Xenophontem praevalet; sed *μόγις* constanter scribit Herodotus. De Epicorum inconstantia dixerunt Wernickius ad Tryph. p. 440. et Wellauerus ad Apoll. I. 1233. de recentioribus Sophistis Coraius ad Heliod. p. 177. Ellendt. ad Arrian. T. II. 122. — Pro *ξὺν χρόνῳ* (*σὺν* Bar. B. Laud. B.) Jen. *τῷ χρόνῳ*, Heidelb. *ἐν χρόνῳ*. Legitur utrumque apud Tragicos saepius: *τίσασθε τῷ χρόνῳ* Philoct. 1041. El. 1464. Med. 912. sed et *σὺν χρόνῳ* Trach. 201. Eum. 545. etc. Ex Add. Ed. Pr.

V. 307. *Ὡς διοπτεύει στέγος*. Bar. B. Harl. Laud. *Θ*. Aug. C. Mosq. A. et Ald. *διοπτεύοι*. Vulgatam sequitur Suidas s. *Θωΰσσοντες*. Eustathius quod dicit p. 91, 33. *Ἀττικοὶ πολλάκις εὐκτικὰ λαλοῦσιν ἀντὶ παρῳχημένων, ἐπεὶ ἔλθοι ὁ δεῖνα, ὡς δὲ λαλήσοι* (sic), id aut collegit ex hujusmodi locis *ἐπεὶ μή με πείθοι* Demosth. p. 563, 19. *ἐπεὶ δὲ μὴ ἀνταναγάγοιεν* Thucyd. VIII. 38. qui abs re alieni sunt, aut Atticis tribuit, quod apud scriptores minus elegantes le-
218 gerat. Nam hi optativo utuntur, ubi actio una et definita narratur. Paus. VII. 14, 2. *ὡς δὲ ἀπέλθοιεν ἐντυχόντες Ῥωμαίων πρέσβεσιν, ὀπίσω καὶ αὐτοὶ τρέπονται*. Nicet. Annal. XXI. 1, 386. *ἐπεὶ πύθοιτο*, et c. 2, 390. *ἐπεὶ θεάσαιντο*. Nicephorus Greg. VI. 10, 127. *ἐπεὶ δὲ ἴδοιεν τούτους ἀτάκτως παρεξιόντας, παρακατίασι τῶν ὀρῶν*, quo non significatur *quoties viderunt*, sed *quum vidissent*. Atque sic fortasse, Simeon Metaphrastes intelligi voluit, quod Gregorius Cor. p. 58. exempli causa affert: *ἐπεὶ δὲ ταῦτα πύθοιτο Μαξιμῖνος*. Theocriti verba Id. XXIV. 32. *ἂψ δὲ πάλιν διέλυον, ἐπεὶ μογέοιεν ἀκάνθας*, utroque trahi possunt.

V. 308. *Κάρα 'θώϋξεν.* Codd. signum coronidis omittunt.

V. 309. *Ἐν δ' ἐρειπίοις νεκρῶν ἐρειφθεὶς ἕζετ' ἀρνείου φόνου.* Hic primum observatione dignum nomen *ἐρείπια* a ruinis translatum ad cadavera ut *νεκρῶν ἐρείπια* Eur. Aug. Fr. IX. (II.) si quidem sequimur Heathii correctionem et lenem et (nisi quis doceat, quo pacto spolia dici possint *νεκρῶν ἐρείπια*) necessariam; similiter Oppianus Hal. V. 324. sed (quod non minus notabile) singulari numero usus: *ἐρείπιον ὠμηστῆρος.* Audacius etiam Sophocles Niob. Fr. VI. *χλανιδίων ἐρείπια.* Deinde ad scripturae diversitatem animadvertamus opportet; cod. *Γ.* et Zonaras T. I. 869. *ἐῤῥιφθείς*, Suidas s. *Ἐρείπια* cum Jen. et Dresd. A. *ἐριφθείς*, Wakefieldio placitum Silv. T. II. p. 24. Scholiastes *Ἐρειφθεὶς ἀντὶ τοῦ καταπεσών, ἐῤῥιμμένος· τινὲς δὲ ἐρεισθεὶς γράφουσιν, οἷον ἐπερεισάμενος*, et La. adscriptum habet *γράφεται ἐρεισθείς*, quam lectionem amplexus est Musgravius. Praestat vulgatum *ἐρειφθείς*, quod cum *ἐρειπίοις* junctum est tropo etymologico: *ἐν ζυγοῖσι κνώδαλα ἔζευξα ζεύγλαισι δουλεύοντα* Aesch. Prom. 471. *σὺν τοιούτῳ ἔθει ἐθισθέντες* Thuc. I. 6, 33. et fortasse Solon. Fr. LXI. (IV. 61. ed. Bach.) *κακαῖς νούσοισι κακούμενος*, ut correxi pro *κυκώμενος*, quod nemo unquam de morbo dixit, non magis quam latine dicitur *confusus morbo* [1]), multi vero alterum, *κεκακωμένος ἐκ πυρετοῖα* Agathias Epigr. LXIX. 27. T. IV. *κεφαλὴν κεκα-* 219
κωμένος idem LIV. p. 22. *κεκακωμένος ὑπὸ τῆς ἀσθενείας* Plutarch. V. Nic. XXVI. Alliterationis affectationem, ad quam Erfurdtius illud *ἐν ἐρειπίοις ἐρειφθείς* refert, neque in hoc mihi agnoscere videor, neque in aliis iteratorum vocabulorum exemplis, quae Boissonadius ad Eunap. p. 210. et Bernhardy ad Dion. v. 430. ad hanc rationem revocant, sed ea omnia ab assuetudine sermonis quotidiani profecta arbitror, quam Graeci scriptores nunquam exuere potuerunt, nos autem, scribendi quam loquendi curiosiores, sedulo cavemus v. Dissert. de Fig. Etym. — Restat tertium ut quaeramus, unde pendeant genitivi. Licet enim hoc modo construere *ἐν ἐρειπίοις φόνου νεκρῶν*, ut in Eur. Herc. 572. *νεκρῶν ἅπαντ' Ἰσμηνὸν ἐμπλήσω φόνου*, sine dubio *νεκρῶν* a *φόνου* regitur; sed illud propter additum *ἀρνείου* parum probabile

---

[1]) *Κήδεσιν κυκώμενος* Archilochi, quod Bachius ad defendendam vulgatam affert, dissimile est. In ejusdem Fragm. XXVIII. 26. *τῶν οὕνεκ' ἀρχὴν πάντοθεν κυκεύμενος ὡς ἐν κυσὶν πολλοῖσιν ἔστρεφον λέων*, etiam nunc teneo, quod olim ad v. 810. proposui *ὀργῇ* pro *ἀρχὴν* et *κυκλεύμενος.* Ibid. v. 5. *θεῶν Ὀλυμπίων μεγίστη*, ultimum, quod metro adversatur, fortasse interpretamentum est vocis *πρέσβειρα.* et XXV. 3. *περιβαλὼν δ' ἄγραν ἀασθεὶς* (pro *ἀγασθεὶς*) *οὐκ ἀνέσπασεν μέγα Δίκτυον.*

videtur, rectiusque Scholiastae verba sic ordinant *ἐν ἐρειπίοις νεκρῶν φόνον*, quod Erfurdtius comparat cum El. 92. *ἔσφαξ' αἷμα μηλείον φόνον*, quanquam *αἷμα φόνον* multo commodius dicitur quam *νεκροὶ φόνον*[1]. Superest tertia constructio, ut uterque genitivus ab eodem pendeat *ἐρειπίοις*, is quidem, qui praecedit, arctius, alter, qui sequitur, laxius: *in cadaverosis ruinis caedis ovillae*, *unter den gefallenen Leichen des Heerdenmords.* Genitivi duplicis exempla collegerunt Matthiae Gramm. §. 380. p. 699. sq. et Bernhardy Synt. p. 162. quibus alia addam sed distinctius descripta. Unum igitur genus est, quo nomini aliunde translato adjungitur nota translationis: *Κρατίνου γλώσσης βακχεῖα* Arist. Rann. 357. *Πώλου μουσεῖα λόγων* Plat. Phaedr. 267. C. *κόρης νυμφεῖον*
220 *ᾅδου* Antig. 1205. ubi alter genitivus significat nomina *βακχεῖα*, *μουσεῖα*, *νυμφεῖον*, non proprie dici, sed per translationem. Ejusdem generis sunt *καρδίας κλυδώνιον χολῆς* Aesch. Choeph. 181. *μητρὸς ἐμῆς ἐκέρασσα εὐτερπέα κόσμον ἀοιδῆς* Orph. Arg. 1282. et Aeschyleum *δουλείας γάγγαμον ἄτης*, quod Bernhardy cum dissimillimis componit. Ab his discrepat, si nomen primarium proprie quidem positum sed ita infinitum est ut explicatione egeat, qua de causa plerumque quidem adjectivum, nec raro genitivus additur: *πόνος ἀνδρῶν φυλόπιδος* Oppian. Hal. V. 253. cui simillimum est quod Syntactici nostri e Pindaro afferunt, *λαῶν πόνοι Ἐνυαλίου*, id est, *πολεμικοί*, *ἐνυάλιοι.* Haec omnia ita comparata sunt ut facile intelligi possit, uter genitivus a nomine principali longius absit; ac facilius etiam, si unum duorum nominum tantummodo ornatus causa adjectum est, ut *ᾅδου περιβολαὶ κόμης* Eur. Herc. 556. *μύλοιο περίδρομον ἄχθος ἀνάγκης* Anth. Pal. IX. n. 301. [*Κωκύτου ναίων ἀνυπόστροφον οἶμον ἀνάγκης* Orph. H. LVII. 1.] Nec refert, utrum nomen periphrasticum in genitivo positum sit, an illud quod *περιφράζεται*, ut Plat. Legg. IX. 881. A. *τῶν γεννητόρων ἀνόσιοι πληγῶν τολμαί* etc. Sed prorsus indiscreta constructio, ubi unus genitivus agentem, alter patientem significat, ut *ἡ τοῦ ἀνέμου ἄπωσις αὐτῶν* Dio Chr. VII. 34. *ἡ τοῦ κρείττονος τοῦ ἐλάττονος ἀρχὴ* III. 116.[2] aliasve relationes genitivi proprias denotat: *τὸ Λιβύων μαντήϊον τοῦ Ἄμμωνος* Lucian. de

---

[1] *Φόνου κηλῖσιν αἵματος* Iph. A. 976. restituit Hermannus, sed aliter interpretatur.

[2] In hac constructione praepositio addi solet: *τὴν ἐνυπνίου πομπὴν ὑπὸ τοῦ Διὸς τῷ Ἀγαμέμνονι* Plat. Rep. II. fin. *Ἄρεως ὑπὸ Ἡφαίστου δεσμός* III. 390. C. *κτεάνων τριβὴ ὑπὸ δυοῖν μιαστόροιν* Choeph. 940. Dativo usus est in Crat. 395. B. *ὁ Χρυσίππου αὐτῷ φόνος* pro *ὁ ὑπὸ Χρ. φόνος αὐτοῦ,* quod omissa praepositione ambiguum fuisset.

Astrol. §. 8. *Λιβύης χαρίτων λόφος* Nonn. XIII. 341. *Τεύθραντος ἄστυ Μυσῶν* Aesch. Suppl. 544. cf. Matthiae ad Ion. 12. *Διονύσου πρεσβυτῶν χορός* Plat. Legg. II. 665. *Ζηνὸς φύλακες ἀνθρώπων* Hesiod. Opp. 251. *στολμὸς χρωτὸς πέπλων* Androm. 148. *τὰ τῶν ἰατρῶν τοῦ βίου τεκμήρια* Athen. X. 444. C. *τὰς Μιθριδάτου δυνάμεις πολλῶν μυριάδων* Strabo IX. 472. *ἵππου δρόμον ἡμέρας* Dem. Fals. Leg. 428, 28. pro quo Dio Cass. L. L. c. 9. *ἵππου δρόμον ἡμε-* 221
ρήσιον dixit, pro genitivo objectivo adjectivum substituens, quod si quis remotioris genitivi indicium putet, refellitur hoc exemplo Eur. Iph. A. 755. *ἐς τὸ Τροίας Φοιβήιον δάπεδον*, ubi si *Φοίβου* legeretur, nemo dicere posset, uter genitivus a nomine propius abesset. Haec, quae sunt *βαί' ἀπὸ πολλῶν*, viro docto, quem supra nominavi, persuadebunt, classicos scriptores persaepe ita loquutos esse, non raro inferiores. Si quid in hoc genere rarum dici potest, id est *Διὸς Ἀλκμήνης γόνος* Trach. 644. quod Hermannus ex uno codice edidit. Nec saepe fit, ut vel genitivo, qui regitur, vel casui regenti addantur adjectiva; Anth. Pal. VII. n. 334. *γεννῶν ὑπεδέξατο κούριμον ἄνθος ἡλικίας ἐρατῆς.* Eur. El. 440. *Ἡφαίστου ἀκμόνων μόχθους ἀσπιστὰς τευχέων.* Orest. 650. *καλλιπόταμος ὕδατος νοτὶς Δίρκας*, quae verba si quis ita construenda putat, ut prior genitivus ab altero, alter a nomine regatur, refelli non magis poterit, quam qui *ὕδατος νοτίς* pro uno nomine accipiat ut in Eur. Suppl. 54. *τάφων χώματα γαίας,* et Soph. Oed. C. 668. *τᾶςδε χώρας τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα,* quanquam ne hoc quidem ambiguitate vacare ostendit interpretum diversitas, quam Hermannus mihi optime dijudicasse videtur.

V. 310. *Κόμην ἀπρὶξ ὄνυξι συλλαβὼν χερί.* Mosq. A. *χεροῖν.* Wakefieldius Silv. II. 24. *περί* substituit pro *χερί*, quod cum *ὄνυξι* consistere posse negat. Verum tamen poetae duo membra, quorum unum ex altero intelligitur, conjunctim nominare solent, vel hoc modo *ἔγχος ἐκ χερὸς τῆςδ' ἀπ' ὠλένης βαλεῖν* Eur. Phoenn. 1390. vel addita particula copulatim *νῶτον ἄκανθάν τε* Troad. 117. *ὄνυχας χεῖράς τε* Hesiod. Scut. 263. *πόδεσσι καὶ χηλῇσι* Oppian. Cyn. II. 275. *χρίμψασθαι ποτὶ πλευρὰ κάρη στιβαρόν τε μέτωπον* Theocr. XXV. 144. Atque hoc exemplum, si proprio nomine insigniri oportet, referri potest ad illud schema, quod *κατ' ἐξοχήν* dici solet positumque est in eo, ut aut post totum pars [1])

[2]) Schol. Ven. ad *Ξ*. 230. et 283. *ἔθος ἐστὶ τοῖς ὅλοις τὰ μερικὰ ἐπάγειν*, sive ut Strabo ait VIII. 340. *συγκαταλέγειν τὸ μέρος τῷ ὅλῳ, Κύπριοι καὶ Ἀμαθούσιοι, Κύπρος Πάφος τε* cf. Dissen. Comm. ad Pind.

222 aut post genus differentia [1]) nominetur. Huic proxime accedunt loci, in quibus nomen totius in secundo casu apponitur: *χερὸς ὑπ' ἀγκάλαις ἐμαῖς* Ion. 1336. quod Musgravius immerito suspectat, *χηλαὶ ποδῶν* Bacch. 619. *ὄμμα προςώπου* Nonn. XIV. 169. *δάκτυλα χειρῶν* Theocr. XIX. 2. *οἱ καρποὶ τῶν χειρῶν* Eur. Ion. 891. et 1028. Xen. Cyr. VI. 4, 1. Diod. III. 45. *τὰ τοῦ στόματος χείλη* Achill. Tat. II. 37, 5. Diod. III. 8. [*τὰς τῶν ὀμμάτων κόρας* Callistr. Stat. III. 893.] quorum scriptorum nulli verendum erat, ne si nomen *τοῦ ὅλου* omisisset, de digitis pedum vel labris poculorum loqui videretur [2]). Eandem abundantiae speciem afferunt certorum membrorum vocabula, cum adverbiis, quae de iisdem membris proprie dicuntur, copulata, ut homericum *λὰξ ποδί, χειρὶ δράγδην ἔγκατ' ἔχοντες* Quint. Cal. XIII. 9. *τῇ χειρὶ πὺξ παίειν* Plut. V. Cat. Maj. c. XX. 416. quae adverbia etsi non temere adduntur, tamen non addita nemo desideraret; sed sine ullo sententiae auctu Apollonius dixit III. 1393. *πῖπτον ὀδὰξ τετρηχότα βῶλον ὀδοῦσι λαζόμενοι*, quod mihi non minus importunum videtur quam Wellauero, sed ut corrigi possit, vereor; *ὀκλάξ* et *ἀπρίξ* aliena sunt. [*Ὀδάξ — γράφεται δὲ καὶ ἀμύξ* Schol. Nicand. Ther. 131.] Quarto loco adjiciendum est, nomen *χείρ* verbis agentibus saepissime adjungi ubi minime opus erat; cujus rei luculentissimum specimen praebet Euripides Hec. 526.

Σκίρτημα μόσχου σῆς καθέξοντες χεροῖν
ἕσποντο· πλῆρες δ' ἐν χεροῖν λαβὼν δέπας
πάγχρυσον ἔρῥει χειρὶ παῖς Ἀχιλλέως

223 cujusmodi *στοιβήν* nostris poetis nec dii nec homines concessere [3]). Modestius hac perissologia usus est idem in Ione 1187. *χερσὶν ἐκχέων σπονδάς*, et cognominis poeta Anall. II. p. 161. T. I.

Ἡμῖν δὲ κρητῆρ' οἰνοχόοι θέραπες
κιρνάντων προχύταισιν ἐν ἀργυρέοις, ὁ δὲ κρήσας
οἶνον ἔχων χειροῖν νιζέτω εἰς ἔδαφος

---

p. 592. Similiter H. H. in Ap. 17. *πρὸς μακρὸν ὄρος καὶ Κύνθιον ὄχθον*, et ordine verso *πρὸς δῶμα Διὸς καὶ μακρὸν Ὄλυμπον.*

[1]) Schol. Nic. Ther. 752. *τὸ ὄσπρια χέδροπά τ' ἄλλα ὅμοιον τῷ ἑρπηστὰς ἔχιας τε ἀπὸ γενικοῦ εἰς εἰδικόν.* Homerica illa *ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες* et *οὐδὲ ποτητὰ οὐδὲ πέλειαι* (Od. *M.* 62.) nonnullos induxerunt ut hoc loco Pliades neque columbas significari crederent v. Athen. XI. 490. B. illo anguillas a genere piscium sejungerent Id. VII. 298. D.

[2]) Huc fortasse referri potest Hel. 1198. *παρῇδι δ' ὄνυχα φόνιον ἐμβαλῶ χροός.* [Conf. Eur. Bacch. 766. *σταγόνα δ' ἐκ παρηΐδων ἐξεφαίδρυνον χροός.*]

[3]) Cum adjectivo idem El. 701. *πρόχειρον ἔγχος χειρὶ βαστάζουσ' ἐμῇ.* Philoct. 747. *πρόχειρον εἴ τί σοι πάρα ξίφος χεροῖν.*

si quidem Ion sic ut posui, scripsit[1]). His in Ed. Pr. addidi aliorum membrorum nomina: *διηρίθμησεν ὠλένῃ* Iph. T. 965. *χείλεσιν ἀείδειν* Orph. Lith. 315. *μέλπειν στόμασι* Theocr. Epigr. IV. 2. *δέρκεσθαι ὄμμασι* Eur. Alc. 121. *ποσσὶ χορεῦσαι* Theocr. VII. 153. *πηδῆσαι ποδοῖν* Andr. 1139. etc. quibus locis nomen prorsus nullam affert emphasin. Horum autem exemplorum omnium etsi nullum cum Sophoclis ratione plane atque omnino congruit, tamen ea vis est ut de lectionis veritate dubitari non possit. Asyndeti, quo ille utitur, simile quiddam praebet Manetho V. 187. *ἔχιδνα ὑπὸ γαμφηλῇσιν ὀδοῦσιν ἰὸν ἐρευγομένη.* Sed quae cum praesenti loco componit Matthiae ad Phoenn. 1517. *Νεῖλος Αἰγύπτου πέδον — ὑγραίνει γύας*, et *ὀδυρμοῖς ἐμοῖς ἄχεσι συνῳδός,* eorum utrumque diversas causas habet; illud ad schema pertinet quod *ὅλον κατὰ μέρος* dicitur, ut *πόλλ᾽ ἀγρώσταις σκαιὰ πρόςκειται φρενί* v. Matthiae ad Med. 981. altero loco hoc significatur ***cum ejulatu querelis meis accinens***, sic ut inter casus parallelos non minus intersit quam Hipp. 1144. *σᾷ δυςτυχίᾳ δάκρυσι διοίσω πότμον ἄποτμον*, Hel. 830. *ὄνυχι γένυν ἔδευσε φονίαις πληγαῖς*, Aj. 230. *χερὶ συγκατακτὰς ξίφεσι.* Disparia composuerunt docti Grammatici, quos ad Engelhardtius provocat ad Plat. Lach. p. 44. nec raro Graeci ipsi ambigue loquuti sunt. [*κέντρῳ — χερί* Matth. ad Eur. Herc. F. 929. male interpungens.]

V. 312. *Τὰ δείν᾽ ἐπηπείλησ᾽ ἔπη.* Sine articulo *δείν᾽ ἀπειλήσων ἔπη* Eur. Suppl. 542. cum eo Dio Cass. XLV. 30. *τῆς φωνῆς τὰ δεινὰ ἐκεῖνα λεγούσης*, illa significans quae 224
nota erant auditoribus, ut Eur. Or. 376. *ὃς τὰ δείν᾽ ἔτλη κακά.* Hoc vero loco significantur quae graviter comminantes conceptis verbis dicere solent, id est, mortem mihi comminabatur, *τὰ ἔσχατα ἠπείλησε* Aristid. Panath. p. 109. T. I. Sic Eur. Phoenn. 185. *ὃς τὰ δείν᾽ ἐφυβρίζει πόλει*, id est, excisionem. *Πάντα τὰ χαλεπὰ ἀνεῖπε* Xen. Cyr. IV. 2, 35.

V. 313. *Εἰ μὴ φανοίην.* Hoc, quod Piersonus ad Moer. p. 326. conjectura indagavit, Brunckius e Par. D. recepit pro vulgato *φανείην*. Schol. in Parall. *φανοίην*, *ἐξείποιμι.* Paris. C. Dresd. AB. *φανείη*, Porsono probatum ad Hec. 848. seu quod non meminerat futuri, seu quia diffisus est exemplis Lys. de Euandr. p. 176, 12. *οὐκ ἂν ἄτοπον ποιήσαιτε εἰ — φανοῖσθε*, ubi Bekkerus contra codd. *φανεῖσθε* scripsit, et Isae. de Astyph. 77, 24. *λέγων ὅτι — ἀποφανοῖ*, ut idem probabiliter correxit pro *ἀποφαίνοι.* Sed Lucian. Prom. §. 7.

---

[1]) Vulgo *χειρῶν* legitur, quod Jacobsius in *διερόν* mutat, et *ὁ δὲ χρυσός,* cujus in locum Brunckius *ὁ δὲ χρύσης* substituit; *ὁ κρήσας* est pincerna.

μὴ φανοίην ἐξαπατῶν, quod Bernhardy affert Synt. p. 408. dudum emendatius scribitur *φανείην*. Ne vero *φανοίην* pro optativo verbi *φανοῦν* habeatur, a quo compositum *ἀποφανῶσαι* Sophocles usurpavit pro *εἰς τὸ φανερὸν καταστῆσαι* Anecd. p. 439. huic verbo eadem quae adjectivo *φανός* et proprio *Φανίας* [1]) mensura tribuitur. Neque aoristo *ἔφανον* [*ὅ τι ἂν ἀποφάνῃ αὐτῷ ὁ ταμίας* Inscr. Naut. XV. p. 535. Boeckh.] hic uti licebat, cujus exempla parum luculenta extant, *ἐκπροφανοῦσα* Orph. H. LXX. 7. *διαφανούσης τῆς εἰκοστῆς τοῦ Ἰουλίου μηνός* Geopp. I. 8. 1. *διαφανούσης τῆς ἡμέρας* Priscus Rhet. Excc. Legatt. p. 50. B. ubi praesens aeque aptum est. Pro *ἔφανε* Eur. Herc. 794. passive posito jam alii *ἐφάνη* correxerunt; Quintus Cal. IX. 484.

Καὶ γάρ οἱ μέγεθός τε καὶ ἀγλαΐην κατέχευε
ἐσθλὴ Τριτογένεια, φάνεν δὲ ἑ οἷος ἔην περ.

fortasse *φάνεσκε* scripsit i. q. *ἐφάνη*, ut Homerus et Hesiodus Fr. XXII. Apud Hesychium *Φανόντα, λάμποντα*, codex praebet *φάντα*, pro quo *φαντά* vel *φανόωντα* scriben-
225 dum; Hippocrati Mul. I. 752. et 753. T. II. *ὅταν αἷμα φάνηται*, vitium facile abstergetur; Platoni Legg. XII. 945. F. *ἀποφανόμενος*, Isocrati c. Callim. p. 377, 32. *φανοίμεθα* jam abstersum est. Pervicacius resistit *μὴ φάνεν* Stob. Floril. CVI. 576, 39. bis iteratum in dicto Lacaenae, quod Plutarchus ter referens ubique *μὴ ἔσο* scribit evitata aoristi syntaxi minus legitima; nec suspectum fuit Valckenario ad Adon. p. 259. sq. Sed in Philemonis versu, cujus Buttmannus meminit, *τὰ κρυπτὰ μὴ φάνῃς*, ea videtur aoristi primi forma neoterica ut *ἵνα ἀποφάνωμεν* Galen. Art. Med. c. 35. p. 227. T. II. *ἔφανε* Appian. Civ. I. 39, 57. Jamblich. V. Pyth. 34, 246. p. 482. Himer. XXIV. 878. Zosim. I. 13. Euseb. Demonstr. I. 18. D. Epiphan. c. Haer. L. II. T. II. 379. C. et L. III. T. III. 1023. A. Ejusdem temporis est *ὕφανε* in additamento hymni Orphici LVIII. correpta media, ut *κρίναι, μιάναι* et similia v. Addend. ad Aglaoph. p. 379. Jacobs. ad Anth. Pal. T. III. p. XXX. Idem de *ἀνέσφαλε* ap. Annam Comn. VI. 163. B. credi licet; cujus verbi aoristum secundum ex auctorum elegantiorum scriptis Critici radicitus evellerunt v. Heindorf. ad Euthyd. p. 296. A. Matthiae ad Hipp. 867. et Androm. 222. Wellauer. ad Apoll. III. 1310. Schneider. ad Plat. Civ. T. I. 114. Poppo ad Thucyd. VI. 23. qui *φανοίμην* Xenophonti reliquit eo ipso loco, quem Buttmannus notavit; *ἔσφαλον* remanet Polyb. VI. 9. Galen. de Diff. Febr. II. 9, 139. E. T. VII. idque Juliano suo obtrusit Hey-

---

[1]) *Φανώτατος* tamen legitur in Paul. Silent. Ecphr. Soph. I. 48.

lerus Epist. LX. p. 75. et LXXVI. 76. sicut Jacobus Luciano *φανοίην* impertivit Toxar. c. 26. Hesychius *Οὐκ ἔσφαλεν, οὐκ ἐκινδύνευσεν, Παρέσφηλεν, ἀποτυχεῖν ἐποίησεν, παρέσφαλεν ὁμοίως*, quorum prius nihil momenti affert, alterum saltem ambiguum est v. Schleusner. Thes. T. V. 238. ut et *Θάλωμεν* (ex ordine) *βλαστήσωμεν·* sed H. H. in Pan. XIX. 33. *θάλε γὰρ πόθος ὑγρὸς ἐπελθὼν νύμφῃ — μιγῆναι*, constructio ipsa mendosum esse arguit; Gregorio Naz. Carm. III. p. 64. C. *πηγὴ τῆμος θάλεν, εἶτ' ἐμαράνθη* indulgenda est vel prosodiae vel declinationis ignoratio. [*Κἂν ἀναθάλῃ* Sap. Salom. III. 4. *ἀνεθάλετε* Epist. ad Philipp. IV. 10. ubi aptius esset *ἀνελάβετε*.] *Ἔκρινε* brachyparalectum Orph. Arg. 427. suspectum reddit codicum dissensio; *κατ-* 226
έσπαρε, quod Boissonadius Aeschrioni inseruit Athen. VII. 296. v. Schweigh. T. VIII. 447. merito rejectum est; *διέφθαρε* Galen. de usu Part. XVI. 6, 683. T. IV. veterem retinuit possessionem sed cessit meliori *διέφθειρε* in Longi Past. I. 9. item *ἤσχαλε* nuper sublatum Dion. Cass. XLV. 6. *Ἤγαλε* Ruhnkenio ad Tim. p. 5. per imprudentiam excidit. [V. Herm. ad Soph. Oed. T. 955.] *Ἤγγελον* legitur quidem apud plurimos Herodo. IV. 153. Dionys. Antt. X. 20. Herodian. V. 2. p. 104, 2. Polyaen. IV. 2, 21. Appian. Civ. I. c. 121, 3. II. 2, 26. etc. *ἀγγελέτην* Agath. Epigr. LXXXII. 9. sed nusquam apud poetas antiquos metro sic adstrictum ut mutari non possit; quo major suspicio, scriptoribus politioribus modo aoristum primum substituendum esse, modo imperfectum, cujus significatio in hoc praesertim verbo ab aoristo dignosci vix potest. Tam crebri autem librariorum errores fluxerunt ex scholastica disciplina, cujus rectores quodam tempore aoristum secundum in schematismo verbi liquidi adnectere solebant, *ἔσταλον, ἔδαρον, ἔσφαλον*, v. Gramm. in Matthaei Lectt. Mosq. T. I. p. 57. Phavorin. p. 218, 30. Lascar. Gramm. III. D. col. 8. non quo hoc tempore utendum esse putarent sed tenoris servandi causa vel etiam ad reddendum etymon, velut Orus ap. Etym. M. 668, 46. nomen *Φανόδημος* a participio *φανών* compositum esse docet, cujus indicativus in schola praestruitur passivo *ἐφάνην* v. Eustath. p. 729.

V. 314. *Κἀνήρετ' ἐν τῷ πράγματος κυρεῖ ποτε.* Affert h. v. Suidas s. *Κυρεῖ* post *Κύρτωμα*, transscripto scholio: *τὸ κυρῶ περισπωμένως ἡ συνήθεια καὶ Ἀττικοί. Ἐν δὲ εὐκτικοῖς βαρύνουσιν αὐτὸ Ἀττικοὶ μετὰ ἐκτάσεως τοῦ ῡ, κύροι ἀντὶ τοῦ κυροίη. Νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ ὁριστικοῦ κεῖται.* Is igitur *κύροι* legit; cod. *Γ. κυροί ποτέ.* Parisinus Bekkeri *κυριοῖ.* La. pr. *κύροῖ*, (sic) unde Dindorfius *κυροῖ* adscivit.

La. sec. Lb. *κυρεῖ*. Elmslejus hic et ad Oed. C. 1159. pronunciat. Atticos non magis *κύρω* dixisse quam *ὤθω*, *δόκω*, cui Hermannus, Matthiae, Buttmannus uno ore refragati sunt. Praeter Sophoclis locos, quos Elmslejus suo decreto corrigit, et praeter scenicum poetam, quem intactum reliquit, ba-
227 rytonum *κύρουσα* legitur apud scenicorum imitatorem Lycophronem 255.

V. 316. *Ἔλεξα — ἐξηπιστάμην*, affert Eustathius p. 415, 15.

V. 319. 320. *Πρὸς — βαρυψύχου — ἐξηγεῖτ' ἔχειν*. Hos vv. afferunt Moschopulus Sched. p. 25. et Grammaticus ineditus apud Hermannum. *Βαρυθυμεῖσθαι* dicuntur, qui tristi et demisso animo sunt v. Plut. Symp. IX. 5. 739. E. *ἐν ὀδυρμοῖς καὶ βαρυθυμίαις καὶ μερίμναις* de Tranquill. p. 477. E. *ὑπὸ λύπης καὶ βαρυθυμίας* V. Alex. c. LXX. Idem h. l. significat *βαρύψυχος*, doloris impatiens, nec quisquam in animum inducat *κοὐ βαρυψύχου* praeferre, quod Scholiastae suppeditant. *Ἐξηγεῖτο* vel pro simplici *ἡγεῖτο* positum est vel *dictitare* significat et *declarare* ut Aesch. Prom. 214. *τοιαῦτ' ἐμοῦ λόγοισιν ἐξηγουμένου*. *Ἔχειν* pro *εἶναι* valere, Triclinio credimus vel sine auctore; nam *ἔχει πρὸς δίκης τι* Oed. C. 546. aliquantum differt.

V. 322. *Ταῦρος ὥς, βρυχώμενος*. In Paris D. supra scriptum *μυκώμενος*, quod Triclinius propagavit ut convenientius tauro. Ceteri et Eustathius p. 1145, 3. *βρυχώμενος*. *Δεινὰ βρυχηθείς* Oed. T. 1265. pro quo usitatius est medium, *ἀναβρυχησάμενος* Plat. Phaedon. p. 177. D. *γοερῇ βρυχήσατ' ἀνίῃ* Apollon. IV. 19. *κινυρῇ βρυχήσατο φωνῇ* Nonn. X. 83. quod de lamentantibus satis crebrum est, *μυκᾶσθαι* non item. Grammatici *βρύχημα* leonibus, *μύκημα* vero bubus tribuunt, sed in contrariam partem Hesiodus Theog. 832. *ταῦρος ἐριβρύχης*, Theocritus Id. XXV. 137. *ταῦροι ἐβρυχῶντο* et junctim Oppianus Cyn. IV. 165. *μυκᾶσθαι βρύχημα*, Nonnus XXIX. 311. *βρυχηδὸν ἐμυκήσαντο*. Ed. Pr. [*μύκημα μέγα ἐβρυχήσατο* Dio Cass. LXVIII. 24.]

V. 324. *Ἐν μέσοις βοτοῖς σιδηροκμῆσι*. Scholiastes, qui *ὡς ἀνδροκμῆσι* adscripsit, aptiore exemplo uti poterat *δορικμὴς λαός* Choeph. 360. Idem epitheton rebus tribuitur *ἀνδροκμὴς μόχθος* Suppl. 692. *λοιγός* Eum. 242. *ἀγωνία* Eur. Suppl. 325. *ἀνδροθνὴς φθορά* Agam. 825. pro quo satis erat *ἀνδρῶν φθορά*, nec opus addi *θανόντων* vel *φθαρέν-*
228 *των* [1]). His commemoratis in Ed. Pr. imprudens controver-

---

[1]) Aristoph. Rann. 1264. *Φθιῶτ' Ἀχιλεῦ, τί ποτ', ἀνδροδάϊκτον ἀκούων, ἰήκοπον οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν*, sine dubio jungenda sunt *ἰήκο-*

siam movi, cui distrahendae ne nunc quidem me parem sentio, de accentu. Scripsi enim, *αἷμα τραγοκτόνον* Bacch. 139. *αἷμα μητροκτόνον* Orest. 833. potius proparoxytonôs notanda esse, quia significent *αἷμα τράγου ἀποκτεινομένου* etc. idque comprobavit Schaeferus ad Orest. 823. [*ἐνιπὰν ἀλιτόξενον* Pind. Ol. X. 7. *βάξις ἁλώσιμος* Aesch. Ag. 10.] Contra dicit Elmslejus ad Bacch. l. c. haec *activo sensu sumenda* et propterea penultimam erigendam esse, nam *αἷμα* valere pro *φόνος*. Id vero de illis locis precario sumi, intelliget qui inspexerit; sed profecto, ubi *αἷμα* pro caedes dicitur, ibi ut epitheton paroxytonôs scribatur, analogia videtur exigere: *κηλὶς μητροκτόνος* Iph. T. 1200. *μύσος τεκνοκτόνον* Herc. 1127. *μίασμα μητροκτόνον* Eum. 273. *ἄγος μητροκτόνον* Dionys. Antt. VIII. 51, 1626. *ζῆλος ἀλληλοκτόνος* Il. 24, 286. *συμφορὰ παιδοκτόνος* Herodo. III. 21. [Plut. de Malign. Herod. 30, 315.] et *ἀδελφοκτόνος* Dionys. III. 21. *αἷμα παιδοφόνον* Eur. Herc. 1201. quae omnia sunt synonyma *caedis* perinde ut *ἀλάστωρ ξενοκτόνος* Plutarch. V. Mar. c. VIII. quod quum Schaeferus proparoxytonum faceret ad significandum *ξένου φονευθέντος*, a ratione descivit; nam prorsus idem est quod *μίασμα ξενοκτόνον*. Deinde non solum in circumlocutione sed etiam propriis nominibus adduntur paroxytona: *φθόρος ἀλληλοκτόνος* Dionys. Antt. I. 65, 167. *θάνατος αὐτοκτόνος* Aesch. Sept. 666. *θάνατος μιαιφόνος* Heliod. V. 2, 176. ex quo intelligitur *αὐτοκτόνους σφαγάς* Lycophr. 446. falso ad *αὐτόκτονος* referri. Quodsi hisce exemplis fidere oportet, pro *δίκαι ὀφθαλμώρυχοι* Eum. 181. paroxytonum substituendum erit, quia *ὀφθαλμωρυχία* significatur ut in prioribus *παιδοφονία*, *αὐτοκτονία*, *μητροκτονία* etc. ubi vero haec ratio non obtinet, proparoxytonesin praeferam *αἷμα μητρόκτονον*, si significatur proprie sanguis matris occisae, et *παλαγμοὶ αἵματος χοιροκτόνου* Aesch. Fragm. CCCXL. *ῥεέθροις παρθενοσφάγοις* Agam. 213. ad nominativos propar- 229
oxytonos revocabo. Nec me moratur *βροτοφθόρα σκῦλα* Eur. Aug. Fr. II. aliave inconstantiae exempla, quae jam veteres turbavit Grammaticos. Eustathius p. 1117, 53. dubitare se profitetur, utrum *βούδορα ἤματα* Hesiod. Opp. 502. sic, ut vulgo solet, scribendum sit *κατὰ παθητικὴν σημασίαν ἐν οἷς βόες ἀποδέρονται*, an accentu in penultimam translato *τὰ τοὺς βοῦς ἐκδέροντα*, quorum posterius praeferendum

---

πον ἀνδροδάϊκτον planctus caesorum, commate deleto. *Ἰήκοπος* substantivum est. [*Ἰήκοπος*, quod Hermannus in Opusc. T. V. 138. veretur ne graecum non sit, cum *αἴλινος* [*οἰτόλινος*] *ἰήλεμος* comparabam, quorum postremum cum nomine obsoleto, cujus forma apparet in latino lamentum, compositum videtur.

esse argumento sunt alia dierum et temporum epitheta paroxytona *ῥιζοτόμος ὥρη* Nicand. Ther. 494. *νυμφοστόλος ὥρη* Nonn. V. 121. *ἡμέρα ἀνδρογόνος* Hesiod. Opp. 781. 786. et solemnium: *τροπαιοφόρος πομπὴ καὶ θυσία* Dionys. Antt. II. 34, 308. III. c. 31. [*κυνοφόντις ἑορτή* Athen. III. 99. E.] *μυοκτόνον τρόπαιον* Batrachom. 159. [1]) Ex his tria sunt quae colligi posse videantur; primum *ὠμοφάγον χάριν* Eur. Bacch. 126. in cod. rectius scribi quam vulgo *ὠμόφαγον*, deinde casus indiscretos *ταυροφόνων κρέα δόρπων* Anth. Pal. XI. n. 60. *ταυροφόνῳ τριετηρίδι* Pind. Nem. VI. 69. *ἡμέρᾳ ταυροσφάγῳ* Trach. 609. *βουφόνοις θοίναις* Aesch. Prom. 530. *θυσίαις ἀνθρωποκτόνοις* Iph. T. 384. *καθαρμοῖς χοιροκτόνοις* Eum. 278. *δαφνηφόροις τιμαῖς* Suppl. 687. *ἀγλαΐαις ἀστυνόμοις* Pind. Nem. IX. 74. quod Dissenius in Comm. ad v. 31. ad *ἀστύνομος* refert, a nominativis paroxytonis repetenda esse; tertio vocabulis quorum significatio duplex accentu distingui non potest, ut *βούθυτος ἡμέρα, τιμὴ, προςτροπή* ap. Aeschylum et Euripidem, *ταυρόθυτοι λοιβαί* Orph. Arg. 617. *πολύθυτος τιμή* et *πομπή* Pind. et Eur. *ἀστυόχοις μόχθοις* P. Silent. Soph. II. 555. eandem activam significationem adscribi oportere, quam *βουλύσιος ὥρη* Arat. 824. *μὴν προβατοδόρας* et *αἰγοδόρας* Schol. Hesiod. Opp. 502. *κρεουργὸν ἦμαρ* Aesch. Agam. 1574. *ὄρθρος δημιοεργός* H. H. in Merc. 98. prae se ferunt ipsa forma insignitam. Neque solum agentium epitheta ad tempus, quo quid agitur, sed etiam ad locum transferuntur accentu eodem: *χοροιτύπος κύκλος* Oppian. Hal. III. 250. quod conferendum cum *κορυθαιόλον ἄντρον* Nonn. XIII. 244. [2]) [XLVI.

---

[1]) *Ναύμαχα τρόπαια* Plutarch. de Glor. Ath. c. I. p. 82. *ζῷον ἐλεφαντόμαχον* Strab. XVI. 775. convenit veterum praecepto, quod est de *ναύμαχον* (*δόρυ*), sed hoc ipsum parum comprobatur exemplis aliis: *κέρδος ἀελλομάχον* Julian. Ep. XLIX. Anall. T. II. 504. *βέλος θηροκτόνον* Nonn. XV. 258. [*θηροκτόνος ἅρπη* Nonn. XLVII. 539. *γαμβροκτόνον ἔγχος* XLVIII. 219. *ἀνδροκτόνα ὅπλα* Philipp. Ep. LIV. 226. Anall. T. II.] *παιδοκτόνον ὕδωρ* XI. 471. *μογοστόκα νήματα* IX. 8.. *θυοσκόα ἱερά* Marcell. v. 2. Anall. T. II. 302. *ἔπος θεοπρόπον* Soph. Trach. 824. *τυμβοχόα χειρώματα* Aesch. Sept. 1001. *αὐτοκτόνα δῶρα* Anth. Pal. VIII. n. 152. *βλάστημα σακεσπάλον* Christodor. Ecphr. 144. Ac si quis opponat, haec esse epitheta trium generum, certe herbarum nomina, *μυοκτόνον*, [*μυοφόνον* Theophr. H. Pl. VI. 2, 9. v. Schneider. T. III. 473.] *λυκοκτόνον* et *κυνοκτόνον* non minus *μονογενῆ* sunt, quam *ναύμαχον*, si vel maxime significat *εἶδος δόρατος*. Denique *δόρυ ναυμάχον* scribitur Nonn. XXXVI. 446. et 461. sed *ναύμαχον* XXXIX. 84. — *Ξιφοκτόνον δίωγμα* Eur. Hel. 360. dicitur ut *λαρνακοφθόρους ῥιφάς* Lycophr. 235. id est *τὰς ἐν λάρνακι φθεῖραι μελλούσας*, et *ἄταις πολεμοφθόροις* Aesch. Pers. 646.

[2]) Hic paroxytonum est ut XII. 251. proparoxytonum XIII. 384. et alibi cf. Jacobs ad Anth. Pal. p. 27.

14.] *σακέςπαλον ἄντρον* VIII. 178.[1]) *στοὰ μυρόπωλις* Paus.
VIII. 30, 3. et vulgo *ἡ ἰχθυόπωλις* Plut. Vitt. X. Oratt. c.
IX. 272. T. XII.[2]) [*οἶκος τριςολυμπιονίκης* Pind. *σακεσπάλον
ἅλμα* Nonn. XLIV. 29. *ἄγροικος ἐρημία* Appian. Civ. I. 104.]
etc. ***ambulatio causidica, specus fatidica***, ex quo apparet *εὐ-
πατέρειαν αὐλήν* Hippol. 68. dici eam, in qua versantur *οἱ
εὐπάτορες*, ut *αὐλὴ ἀγρότειρα* Electr. 168. *θῆσσα ἑστία* ib.
205. *χέρνητες δόμοι* ib. 207. *δραπέτις στέγη* Soph. Dolop.
Fr. I. Eaque ratione *ἀγρονόμοις αὐλαῖς* Antig. 786. *βούθυ-
τος ἑστία* Oed. C. 1495. *βουθύτοις ἐσχάραις* Arist. Avv. 1232.
ἱερόθυτον δάπεδον 1257. active interpretabimur ut *μηλοθύ-
της βῶμος* Iph. T. 1116. Et in universum, quaecunque ab
agentibus ad res proxime adjunctas transferuntur, accentum
nominum, quibus proprie conveniunt, retinere solent, *τέχνη
ξενοκτόνος* Eur. Iph. T. 53. *μονομάχος φρήν* Phoenn. 1310.[3])
τερατολόγος φύσις Poll. IX. 147. (ex Plat. Phaedr. 299. D.)
id est monstrosa et similis iis, quae *οἱ τερατολόγοι* effingunt,
sicut quae *οἱ βωμολόχοι* dicunt faciuntve, *βωμολόχα* vocan- 231
tur Plut. V. Crass. XXXII. 458. V. Alcib. c. XXXV. quae
Galenus *βωμολοχικὰ κομψεύματα* appellat de Sanit. tuend.
III. 13, 228. T. VI. Ac proinde Cybelistarum *χαλκοτύπος
μανίη* Anall. T. III. 184. quam Jacobsius *χαλκότυπον* dicen-
dum putabat, accentum habet eundem quem *οἱ χαλκοτύποι*,
epitheto ab actore translato ut *σακέςπαλος ἠχώ* Nonn. XXVIII.
320. *χοροίτυπον ἄλσος* XIII. 95. *μέλος κορυθαίολον* VI. 120.
neque dubitandum videtur, quin *ναυφθόρου στολῆς* Eur. Hel.
1398. *δημηγόρους τιμάς* Hec. 254. *σιτονόμου ἐλπίδας* Philoct.
1091.[4]) si ad casum rectum transferantur, eodem tenore quo
hominum ipsorum epitheta scribi debeant, et *χοροιτύπος λύρη*
Hom. H. in Merc. v. 31. pro quo nunc *χοροίτυπος* legitur,
locum suum retinere possit. [*ῥῆμα χαλκοτύπον?* Liban. I. 479.]

---

[1]) Hoc accentu *σακέςπαλος* scribitur XXX. 128. XXIII. 140. XXXVII. 494. Paraphr. XVIII. 27. P. Silent. Ecphr. Soph. 85. ut *ἐγχέςπαλος*, alibi sed multo rarius *σακεσπάλος*, quod rectius esse non dixerim.

[2]) Horum obliti Corais et Schaeferus suspectum habuerunt *ἡ ὀψόπωλις* (*ἀγορά*) Plut. V. Timol. c. XIV. Similiter *τηλία ἀρτόπωλις* Poll. IX. 108. *ἡ τρωγλοδύτις* (*χώρα*) Plut. de Fac. Lun. XIII. 80. apud Sophoclem *πέπλος ἐνδυτήρ* et *ἐνδυτήριος*, *ἱκτήρ* et *προσίκτης κλάδος* et *ἱκετήριος*, v. Ellendt. Lex. I. 835.]

[3]) *Αἴαντος ναύμαχος βία* in Antipatri Sid. Ep. LXIX. p. 25. T. II. cur alio accentu notetur ac *ναυμάχος ἀνήρ*, parum perspicitur.

[4]) Conf. *σιτοποιὸς ἀνάγκη* Eur. Hec. 362. *Ὀλυμπιονίκης ὕμνος* et *κῶμος* apud Pindarum eodem modo dicitur quo *ὕμνοι θεῶν*, *Τελαμῶνος μέλη* Athen. I. 23. E. etc. Pro *τιμὴ λαότροφος* Pind. Ol. VI. 102. recte *λαοτρόφος* repositum, significans *βασιλείαν*, quae non sine insigni regum injuria *λαότροφος* dici potest.

Sed quo longius et liberius epitheta transferuntur, hoc difficilior fit significationum dispensatio, vix ut discernere audeam rectiusne scribatur *ἱπποθόρος νόμος* Etym. M. 145, 45. an quod praestare videtur, *ἱππόθορος* Plutarch. Conjug. Praecc. I. 410. Symp. VII. Quaest. V. 1. Clement. Paed. II. 4, 192. et *δείπνοις ἰχθυβόλοις* Oppian. Hal. III. 18. piscatorumne coenas significet an pisces in coena appositos. *Ὅρος ἀκροπόλον* et *οἰοπόλον* scribendum esse Grammatici decernunt non significationis causa, sed quia omnia a nomine et verbo *πολῶ* composita paroxytona sint Schol. Il. V. 523. ac fieri potest, ut Graeci paroxytonis *μαντιπόλος*, *μουσοπόλος* etc. assueti eundem sonum reddiderint similiter terminatis quamvis ab activa significatione secretis. Quid vero fiet de tot aliis in *νομος* et *πορος* exeuntibus, si de personis transferuntur ad res, sic ut neque activa significatio clare appareat neque passiva, ut *πλάκες ἀγρονόμοι*, Soph. Oed. T. 1103. quod Hermannus tacite in proparoxytonum mutavit? Quin
232 tota haec quaestio tribus maximis implicata tenetur difficultatibus. Prima posita est in crebra compositorum pro simplicibus usurpatione, quae quousque pateat, parum exploratum habemus; nam quum *ἀρείφατος ἀγών* et *ἀρείφατον λῆμα* (Aeschyl.) non plus significet quam *ἄρειος*, sed *νεοδμῆτες γάμοι* (Eurip.) quanquam simplex *νέοι* tantumdem valet, tamen in memoriam revocet proprium verbi *δαμῆναι* usum, ex quo *νύμφη νεόδμητος* dicitur, quumque hoc idem obtineat in multis adjectivis quae duplicem recipere possint accentum, controversum erit, utrum haec communibus compositionis legibus subjicienda sint an non sint. Alteram affert epithetorum trajectio, ut si dicitur *σακεσπάλον ἅλμα χορείης* Nonn. III. 63. atque alia superius percursa, quibus si nemo adscribere dubitat Phoenn. 1069. *δράκοντος αἷμα λιθόβολον*, jam illud in deliberationem veniet Eum. 688. *πατροκτόνοις προστροπαῖς Ἰξίονος*, utrum eodem modo sit transpositum an *πατροκτόνος* valeat pro *πατροκτονικός*, ut Pindarus Isthm. I. 31. *γυμνὰ στάδια* opponit *δρόμοις ὁπλίταις*. Tertiam objicit Graecorum in vocabulis alio atque alio transferendis libertas inenarrabilis, *νόστιμος ἡμέρα*, *ὑπότροπον ἦμαρ* Christodor. Ecphr. 262. *κρατὴρ ἐλεύθερος*, *παιὰν ἀλώσιμος* etc. quae si quis neget omnino quaeri oportere passivae an activae significatione propiora sint, is omnino gravi nos et permolesto liberat negotio, sed idem omne de compositorum accentu judicium tollit. Nam Graeci sane haec omnia non hac scholastica statera sed suis ponderibus examinasse videntur; Grammaticus vero detrectare non potest, quin Pind. Nem. VII. 124. *γοναῖς μητροδόκοις* exponat passive *ταῖς ὑπὸ μητρὸς*

δεδεγμέναις ut *πάθεα παιδότρωτα* Aeschyli, active autem *γρυτοδόκην κοιτίδα παμβακίδων* Anth. Pal. VI. n. 254. ut *τὸν ἀδριακοῦ νέκταρος οἰνοδόκον* ibid. n. 257. et *ξεινοδόκος μακάρων* Nonn. XVIII. 32. Sed haec et talia in partes suas resolvere conanti persaepe moram injiciunt epitheta, quorum non una pars alteram regit ut *παιδοκτόνος* vel *ξιφόκτονος*, sed alia alio pertinet, quod genus *κροτάλων θηλυμανεῖς ὄτοβοι* Anth. Pal. IX. n. 321. continet tres notiones inter duo vocabula partitas, *γυναικῶν μανικῶν* vel *μανικοὶ ὄτοβοι* [1]. 233
Sic *θηλυκτόνῳ Ἄρει δαμέντες* Prom. 860. sententiam minime obscuram habet, sed quaeritur utrum caedes a mulieribus perpetrata *Ἄρης θηλύκτονος* dicatur passive ut *Ἄρης λιθόλευστος*, *θάνατος θηρόβορος* et cetera quae ad v. 254. attuli, an *θηλυκτόνος*, id est *γυναικῶν κτεινουσῶν* ut *ἐκ χερὸς πατροκτόνου* Iph. T. 1083. quo significatur *κτείνουσα* sive *κτανοῦσα χείρ* vel *πατρὸς κτείνοντος χείρ*, et *ἀγέλαις βουνόμοις* Oed. T. 26. reddi potest *ἀγέλαι νεμόμεναι βοῶν* vel *νεμομένων*. sed *λακίδες λινοφθόροι ὑφασμάτων* Choeph. 25. accentus ostendit sic explicandum esse *φθείρουσαι τὰ λίνα*, ceterum ambiguum est utrum genitivus a *λακίδες* regatur an a nomine unde adjectivum compositum est, *τὰ λίνα*. Ad haec omnia accedit ignoratio legum, quibus accentus adjectivorum compositorum reguntur, qua de re in Dissert. de Anabibasmo sum dicturus. Quae autem de conjunctione diversorum generum *βοτοῖς σιδηροκμῆσι* in Ed. Pr. scripsi, ea diuturna commentatione ad tantam amplitudinem excrevere ut proprium sibi locum deposcant.

V. 325. *Ἥσυχος θακεῖ — ὥς τι δρασείων κακόν.* Sic Timomachus Ajacem pinxit *καθήμενον ἀπειρηκότα καὶ βουλὴν ποιούμενον ἑαυτὸν κτεῖναι* Philostr. V. Ap. II. 22. p. 76. Ed. Pr. Scholiastes: *τὸ δρασείω, τυψείω, πολεμησείω καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀπὸ τῶν ἐνεστώτων καὶ μελλόντων* (adde *τούτων καὶ*) *τινῶν ἄλλων ῥημάτων παράγονται, ἐκ τοῦ χρῶ τὸ χρείω, ἐκ τοῦ κίχω* (scr. *κιχῶ*) *τὸ κιχείω. καλοῦνται δὲ ἐφεκτικὰ* [2]) *καὶ σημασίαν ἔχουσιν ἀεὶ μέλλοντος.* Sic etiam Schol. Ven. Ξ. 37. et Etym. M. p. 220, 42. *ὀψείω, βρωσείω* et similia componunt cum *κακκείω, ῥιγείω, θαλπείω, ὑδείω, οἰνοβαρείω, ὀκνείω*, quae quum sigma non habeant, desiderativorum numero excludenda sunt; *κακκείοντες* dicitur quidem pro *κατακεισόμενοι*, sed per antichronismum, neque satis confido Zo- 234

---

[1]) Conf. *κόλλα ταυρόδετος* Eur. Cret. Fr. II. 8. pro *ταυροκόλλα συνδετική*, *θεωρὶς ναύστολος* Aesch. Sept. 860. *ῥακόδυτος στολή* Rhes. 708. *οἰνόχυτον πῶμα* Philoct. 715.

[2]) Scrib. *ἐφετικά*. Idem vitium Theodosio p. 67. indulsit Goettlingius.

narae interpretationi *Ἀθρείοντες, ἀθρεῖν ἐπιθυμοῦντες* quae fortasse spectat ad ejusmodi locum, ubi *ἀθρείοντες ἔβαν* dictum est pro *ἀθρήσοντες*, ut *τῇδ' ὑπὸ τὰν ἄρκευθον ἴτ' ἀμπαύοντες ὁδῖται* Epigr. CVI. Parall. p. 682. *ἦλθεν εἰς Δελφοὺς πυνθανόμενος* Apollod. III. 4, 1. *παρῆν παραχειμάζων* Polyb. III. 15, 417. cf. Boeckh. Nott. crit. ad Pind. P. I. 52. Unum regulae reluctatur, quod bis apud Hippocratem legitur de Articc. p. 135. et p. 136. T. III. *οὐ μὴν διισχυριείω γε* pro *ἰσχυριοῦμαι* vel *ἰσχυριστικῶς ἔχω*, ut Galenus interpretatur in Comm. I. p. 309. T. XVIII. P. I. quod nisi esset, graecum esse negarem et pernegarem.

V. 327. *Καὶ λέγει κὠδύρεται*, Jen. *καὶ γελᾷ* pro *λέγει*, memoria ad v. 383. aberrante.

V. 328. *Τούτων γὰρ οὕνεκ' ἐστάλην*. Mosq. B. *εἵνεκ'*, Dresd. A. *ἕνεκ'*. Schol. *ἐστάλην κυρίως ἐπὶ θαλάσσης, καταχρηστικῶς ἀντὶ τοῦ ἐπορεύθην·* de hoc disserunt Merrickius ad Tryph. v. 614. Dorvillius ad Char. p. 457. Gesner. in Indice Scr. R. R. s. v. *Ambulat. Iter maris et viae conficere* Apulej. Met. II. 120. cf. Adn. ad Phryn. p. 615.

V. 330. *Φίλων γὰρ οἱ τοιοίδε νικῶνται λόγοις*. Codd. omnes et Schol. *νικῶνται φίλοι*, quod Bothius tuetur, *φίλοι φίλων νικῶνται* interpretans *faciles amicis sunt amici ejusmodi*, id est duri nec facile suorum alloquio flectendi, melius ille quam Schol. *ὑπὸ τῶν αὐτῷ φίλων ἡδονῶν*, sed non bene. Nec suaserim ut comma ponatur ante *φίλοι*. Stobaeus Serm. CXIII. 8. praebet *λόγοις*, quod a Stephano receptum servarunt Brunckius, Hermannus, ceteri.

V. 332. *Ἡμῖν, τὸν ἄνδρα διαπεφοιβάσθαι κακοῖς*. Ex Scholiastae interpretatione *ἐκμεμηνέναι, παρὰ τὸν φοῖτον, ἢ ἀπὸ τῶν φοιβωμένων καὶ ἐνθουσιώντων*, Valckenarius Animm. ad Ammon. II. 17, 149. cepit dittographiae indicium *διαπεφοιβάσθαι* et *διαπεφοιτάσθαι*, quorum posterius probat Musgravius; nobis neutrum verbum innotuit, neque magis *διαπεφοιβάσθαι*, quod Iunt. I. et Brubach. exhibent graecusque
235 interpres in Schol. Barocc. repetit a verbo *φοιβάομαι, ὅθεν καὶ Φοῖβος ὁ μάντις*. Quum Elmslejus *ἡμῖν* cum sequentibus jungendum esse statuisset, vulgatam interpunctionem Hermannus defendit. In seqq. Brunckius *ἰώ μοι μοι* uno accentu et v. 334. *ἢ οὐκ ἠκούσατε* pro *ἦ*.

V. 338. *Ἢ τὸν εἰςαεὶ λεηλατήσει χρόνον*. Huc pertinet quod Thucydides dicit I. 11, 1. Graecos Trojam obsidentes *ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι*. Duo Lips. *ἤ*, quod Schaef. et Dind. probant, alii et vett. Edd. *ἦ*, quod Brunck. et Herm. Postrema verba affert Eustathius p. 1313, 17.

V. 344. *Ἀλλ' ἀνοίγετε*. Hermannus, nescio, inquit, an

ex hoc plurali *ἀνοίγετε* colligi possit, Tecmessam cum una vel duabus pedisequis progressam esse. Fortasse nihil aliud significatur quam illud *aperite aliquis*, de quo vid. Huschkius ad Tibull. I. 6, 39. Eodem numero Aeschylus utitur Choeph. 873. *ἀλλ' ἀνοίξατε.* Apud Suidan *Ἀνοίγει καὶ ἀνοιγνύει διχῶς,* pro posteriore reponendum est, quod in Anecd. p. 406. legitur, *ἀνοίγνυσι. Οἴγειν* Aesch. Prom. 611. Eur. Herc. 329. *Ἔωξας, ἀνέωξας* Suid. Orationi composita magis conveniunt *ἀνοίγουσι* Thucyd. IV. 73. Xen. Hell. VI. 5, 8. *ἀνοίγειν* Aesch. c. Tim. p. 2, 10. Isocr. Trap. 363, 23. Dem. c. Steph. 1104, 19. *διανοίγων* Plat. Lys. 210. A. *διοίγων* Eur. Beller. Fr. XIX. (XVI.) 111. *ἄνοιγε* Aesch. Suppl. 317. Acharn. 1151. Moeris p. 30. *ἀνοιγνύτω ἀττικῶς, ἀνοιγέτω ἑλληνικῶς*, sed hoc, non illo Thucydides utitur v. Poppo ad V. 10. [*ἀνοιγόντων* Inscr. Att. N. 76. p. 116.] *Ἀνοίγνυμι* Lys. c. Erat. p. 121, 10. *ἀνοίγνυσι* Dem. c. Tim. 765, 1. *ἀνοιγνύτω* Liban. Decl. T. IV. 179. *διοίγνυτε* Arist. Eccl. 880. *διοιγνύς* Aristot. H. Ann. IX. 8. (7.) 2. *ὑποιγνύς* Arist. Eccl. 15. *ἀνοιγνῦσαι* Aristid. Or. III. 23. *διανοιγνῦσα* Athen. IX. 394. D. *ἀνεῴγνυον* Appian. Hann. L. VII. c. 32. *ἀνεῴγνυσαν* Plut. V. Dem. c. XXXIV. Tertia forma est *οἰγνύω* Lexicographis praetermissa; *ἀνοιγνύουσι* Galen. de Usu Part. VII. 14, 569. T. III. Philemo p. 292. *Ἀνοιγνύουσιν, οὐκ ἀνοιγνῦσι.* Passivum *διοίγεται* Oed. T. 1295. *ἀνοίγνυται* Eur. Ion. 923. *ἀνοιγνύμενος* Arist. Eqq. 1332. *διοίγνυσθαι* Theophr. H. Pl. IV. 8. quam utramque formam copulavit Galenus de Us. Part. VI. 13, 459. *ἀνοιγνυμένου καὶ διοιγομένου τοῦ στό-* 236 *ματος ἀνεῴγνυτο* in Plat. Phaedon. p. 59. D. e codd. restitutum pro *ἀνεῴγετο.* Anecd. p. 60. *παρεῳγμένης τῆς θύρας, οὐ παρανεῳγμένης.* Plusquamperfectum *ἐπῴχατο* nonnulli in Hom. Il. XII. 340. invenire sibi visi sunt, quod rectius omisso iota ad *ἐπέχω* refertur ut *ὄκωχα.* De ceteris temporibus dixi ad Phryn. p. 157.

V. 346. *Ἰδού, διοίγω.* Schol. Rom. *ἐνταῦθα ἐκκύκλημα γίνεται* (hinc parepigraphen in Ed. Pr. huic versui praeposui) *ἵνα φανῇ ἐν μέσοις ποιμνίοις· εἰς ἔκπληξιν γὰρ ταῦτα φέρει τὸν θεατήν· δείκνυται δὲ ξιφήρης, ἡματωμένος, μεταξὺ τῶν ποιμνίων καθήμενος.* Eodem modo Ottfr. Muellerus ad Eum. p. 103. ***Ajas wird durch ein Ekkyklema herausgeschoben, blutbesprützt, ein blosses Schwerdt in der Hand.*** Ajax non protruditur, sed, ut personae tragicae solent, progreditur diductis valvis, quo adstantibus amicis adspectus caedis praebetur, spectatorum oculis hanc lanienam subjici neque opus erat neque in expedito positum, nisi credere libet choragum (Arist. Pac. 1021.) ad hoc aliquot vitulos arietesque

recens mactatos e macello in scenam transtulisse. Gladii stricti nec significatio ulla nec usus homini sano cum amicis collocuturo.

V. 348—350. *Ἰὼ φίλοι ναυβάται — μόνοι τ' ἐμμένοντες* — Codd. aliquot hic et v. 356. *ἰώ μοι φίλοι.* Copulam post *μόνοι* omittit Suidas, qui hunc locum s. *Ὀρθῷ νόμῳ* negligentius excerpsit, et abesse malit Schaeferus. Hermannus olim in *ἔτ'* mutaverat, quod recepit Dindorfius. [V. Bernh. ad Eratosth. p. 147. Herm. ad Eur. Cycl. 41.]

V. 351—353. *Οἷον ἄρτι κῦμα φοινίας ὑπὸ ζάλης — κυκλεῖται.* Affert haec Suidas s. *Ἀμφίδρομον.* Cod. *Γ. ἄρα κῦμα* (*γρ. ἀρτίως*) et *ἀπὸ ζάλης.*

V. 355. *Ὡς ἀφροντίστως ἔχει.* Scholiastes recte *μανικῶς*, ut *ἀφρόντιστος ἔρως* Theocr. X. 20. demens, inconsultus potius dicitur, quam, ut Scholiastae visum *ὁ ἄγαν φροντίζων.* Sic Etym. M. p. 151, 47. Aeschylum refert *ἀσαλὴς μανία* dixisse *τὴν μηδενὸς φροντίζουσαν*, Sophronem autem *ἀσαλέαν τὴν ἀμεριμνίαν καὶ ἀλογιστίαν*, utrumque a nomine *σάλη* i. e. *φροντίς.* Suidas *Ἔκνοον, παρανενοημένον, ἔξω τοῦ*
237 *νοός, σαλόν*, quae vox Kuestero et Tittmanno ad Zon. T. I. 1642. immerito suspecta fuit. Suidas *Σίληνος ὁ σαλὸς καὶ φλύαρος.* Idem *Ἐπίσαλος ἀβέβαιος.* Glossae Philoxeni *Insalus ἀβέλτερος*, nisi id pro insulsus est. Hinc substantiva manant *σαλότης* et *σαλία*, novitiae Graecitati familiaria v. Du Cang. Lex. Graecob. T. II. 1328. Ed. Pr. Adde quae Hemsterhusius scripsit ad Thom. M. p. 568. et Corais in Atact. T. I. p. 90. Inter *σαλός* illud et *σάλος*, id est *σαλευμός*, non plus interesse videtur quam inter *βράγχος* et *βραγχός, τάγγος* et *ταγγός* aliaque id genus.

V. 357—359. *Ἰὼ γένος ναΐας ἀρωγὸν τέχνας, ἅλιον ὃς ἐπέβας ἑλίσσων πλάταν. Ἅλιον* Bothius et Hermannus restituerunt pro *ἁλίαν.* Verba ipsa hic ita interpretatur: *O! qui mihi nauticae expeditionis adjutor navem conscendisti remisque promovisti;* quod nescio utrum sic intelligi voluerit ut Brunckius, *qui conscensa nave* (*πλάτη*) *marinum agitastis remum* (*πλάτη*) an nomen *πλάτη* cum utroque verbo conjunxerit significatu eodem *ὃς ἐπέβης τὴν ναῦν ἑλίσσων αὐτήν.* Equidem fatebor, me neque ut his acquiescerem a me impetrare potuisse, neque aliud, quod plene perfecteque satis faciat, expeditum habere. Simplicissimum tamen videtur illud: *o! qui nave vectus in Troadem venisti. Ἑλίσσειν πλάτην* sive *κώπην* quis praeter hunc dixerit non commemini, sed homericum *ἑλίκωπες* nonnulli sic compositum esse putarunt ad significandum *οἱ τὰς κώπας ἑλίσσοντες. — Γένος ναΐας τέχνης ἀρωγόν* videtur idem esse quod *κώπης ἄνακτες*, rerum

nauticarum administri. Scholiastarum vero unus nomen *ἀρωγόν* a *γένος ναΐας τέχνης* secludens, hoc interpretatur *genus nauticum.* Eodem delatus est Bernhardy Synt. p. 163. sed exempla ista *εὐφρόνη ἄστρων πτέρυξ χιόνος* vehementer discrepant.

V. 360. *Σέ τοι μόνον δέδορκα ποιμένων ἐπαρκέσοντ'.* Locum perdifficilem, in quo codd. nihil mutant nisi quod in cod. *Γ.* mendose *ἐπαρκέσαντ'* scriptum est, alii emendando alii interpretando enodare conati sunt. Vauvilliersius *πημονῶν* proposuit, Reiskius *πημονήν*, Matthiae olim Observatt. Crit. p. 9. *πρευμενῆ.* Bernhardy Synt. p. 181. Sophoclem putat verbi *ἐπαρκέσαι* constructionem ordinasse ad exempla Homerica *ἀμυνόμενοι Καλυδῶνος*, *νηῶν ἠμύνοντο*, et cetera 238
quae affert Matthiae Gramm. §. 354. p. 666.[1]) Haec vero ad probandum nihil valent, quia significationem arcendi et propulsandi habent, Ajax autem non id a choro expetit ut vim a se defendat sed ut manum suam commodet morituro. Hermannus Scholiastae adstipulatur, genitivum *ποιμένων* ex *μόνον* pendere eoque nomine non Ajacem sed amicos ejus significari. Jam, si chorus Ajacem *ποιμένα* suum appellaret, nemo sane haereret; dicitur enim illud pro *κηδεμών*, sicut verbum *ποιμαίνειν* pro fovere; sed cives regis *ποιμένας* vocari, quantumvis ei faveant et opitulentur laboranti, parum conveniens videtur. Equidem, quum primum hanc fabulam ederem, multorum verborum participia substantivorum modo cum genitivo construi ostendi, ac saepissime quidem tria, *συνάρχων*, *τεκών*, *προςήκων*. *Ὁ συνάρχων αὐτοῦ* Lys. c. Eratosth. p. 434. et 438. Plut. V. Lucull. VI. Marc. c. XXV. Dio Cass. XXXVI. 24. p. 101. Alterum *ὁ τεκών* sive *τεκοῦσα αὐτοῦ* Aesch. Pers. 243. Eur. El. 335. Alc. 165. [Nonn. XLVII. 344. *τεῆς — τεκούσης* XLVII. 604.] *περὶ σφετέρην τεκοῦσαν* Oppian. Cyn. I. 143. Hal. I. 654. ut *ἡμετέρῳ μεδέοντι* Callim. H. in Jov. 86. *σεῖο τεκοῦσαν* Nonn. XXIII. 99. Julian. Epigr. LXVI. p. 509. Anall. T. III. Tertium *οἱ προςήκοντες τοῦ δεῖνα* Thucyd. I. 128. Plato Apol. c. 22. Demosth. c. Mac. 1069, 17. Lysias Epitaph. p. 197, 71. ubi codd. dativum substituunt, qui legitur p. 197, 76. probatque utrumque casum Thomas p. 751. unde patet de Dion. Cass. XLVI. 35, 474. injuria dubitari; *τοῖς ἐμοῖς προςήκουσι* Antipho V. 131, 18. Quarto loco referendum *τὸ συμφέρον αὐτοῦ* Dem. p. Cor. 241, 4. c. Dionys. 1291, 23. Dinarch. c. Dem. 103, 107. et saepius v. Taylor. ad Lys. Epit. p. 125. T. V.

---

[1]) Archias Anth. c. VII. n. 147. *μοῦνος ἐναιρομένοισιν ὑπέρμαχον ἀσπίδα τείνας νηυσὶ βαρὺν Τρώων, Αἶαν, ἔμεινας Ἄρην·* scrib. *ἄμυνας.*

τὸ ἐμὸν συμφέρον Liban. Epp. CCCCXVIII. 211. Heliod.
VII. 12. 277. *τὸ κοινὸν συμφέρον* Plut. V. Arat. c. X. *τὰ*
ἴδια συμφέροντα Dem. c. Mid. 584, 1. et Dionys. Antt. XI.
239 c. 15. Postremo *τῷ συνειδότι τοῦ κρείττονος* Aristid. Panath.
p. 117. T. I. *ὑπὸ συνειδότος τῶν ἀθεμίστων ἔργων* Appian.
Pun. VIII. c. 118. *ἐκ πόνου καὶ συνειδότος ἀλληλοφαγίας*
Hisp. VI. c. 97. idemque priorum constructionem imitatus
est Illyr. c. VII. *οἱ τοῦ Πύῤῥου διαδεξάμενοι.* Horum ex-
emplorum pleraque a loco, quo de agitur, differunt adjectu
articuli, sed ex aliis apparet eum omitti posse ante partici-
pia, quae substantivorum instar usurpantur ut *τεκών* etc. a
quibus segreganda sunt vocabula technica *ὁ ὁρίζων τῆς γῆς*
Diod. XVII. c. 7. *ὁ ὑπεζωκώς* membrana costas succingens
Aretae. Cur. Acut. I. 101. *οἱ ἀμείβοντες*, *ἡ ὑποτείνουσα* et
quae formam nativam ita mutarunt ut potius *ὀνόματα μετο-
χικά* appellanda sint quam participia, ut *ὁ τένων*, *ὁ ὅρμενος*,
τὸ ἅρμενον, *οἱ ὀδόντες*, qui ut Pollux ait VI. 38. ita vocan-
tur *οἷον ἔδοντές τινες*, eamque ipsam nominis formam Aeoli-
bus tribuit Gregorius §. 22. postremo latinum ***parens***, quod
cum ***saliens***, ***profluens***, ***confluens*** significatione convenit, specie
autem distat. Licet vero nulli horum participium *ἀρκέσων*
aequiparari possit, tamen gliscit suspicio poetam (nisi scripsit
ἔτ' ἄρκος ὄντ') qualicunque similitudinis specie inductum
illud substantivorum modo construxisse. Ex participiis pas-
sivis huc referri meretur *τὰ τῶν Μοιρῶν ἐπινενησμένα* Lu-
cian. Philop. §. 14. p. 251. T. IX. *τὴν Σαρπηδόνος εἱμαρ-
μένην* Isocr. Enc. Hel. p. 242. 52. *τὸ δεύτερον τῆς πάθος
φωνῆς σημαινόμενον* Galen. de Hipp. et Plat. VI. 1, 180. T.
V. Chart. *τὸ κοινὸν τοῦ γυμνασίου σημαινόμενον* de sanit.
tuend. II. 2, 68. T. VII. et saepius v. de Facult. Alim. I.
22, 326. de Marasm. c. II. 179. *ὅσα σημαινόμενον ἐγκλίσεως
δέχεται* Apollon. Synt. III. 6, 204. *ἐπὶ πλειόνων σημαινομέ-
νων λέγομεν* Poll. V. 164. Notiora illa *ἡ γειναμένη*, *ἡ ἐρω-
μένη*, *ἡ κεκτημένη*, *ἡ ἐνεγκοῦσα*, *οἱ γράφοντες* (v. Boisson.
ad Marin. p. 72.), *οἱ φεύγοντες*, *οἱ λέγοντες*, et latina ***venan-
tes***, ***medentes***, disperse a Grammaticis nostris proposita.

V. 361. *Ἀλλά με συνδάϊξον.* Schol. Rom. in lemmate
συνδάϊξον, sed in interpretatione versus sequentis *ἀλλὰ σύν
με δάϊξον*, errore aperto sed memorabili propter neglectam
240 assimilationem, de qua dicetur ad v. 837. Imperativum *συν-
δάϊξον* hinc enotavit Suidas s. h. v.

V. 362. *Μὴ κακὸν κακῷ διδοὺς ἄκος πλέον τὸ πῆμα
τῆς ἄτης τίθει.* Musgravius modis inversis scribi vult *μὴ
δίδου — τιθείς.* Tralaticium ordinem, quo nemo amplius
offenditur, servant Stobaeus Serm. CVIII. 55. et Suidas s.

Πῆμα, hos vv. afferentes. De constructione errat Scholiastes, *μὴ τὸ πῆμα ποίει πλέον τῆς ἄτης*, id est, noli committere ut insaniae (*ἄτης*) pudore ad gravius malum, mortem, adigaris. Rectius alter *πῆμα ἄτης κατὰ περίφρασιν τὴν ἄτην* et Eustathius p. 1461, 68. *Ὁμήρου εἰπόντος πῆμα κακοῦ ὁ ζηλωτὴς αὐτοῦ Σοφοκλῆς πῆμα ἄτης φησὶν, ὅ ἐστιν ἄτη περιφραστικῶς*, ut *πῆμα κακοῦ* Odyss. III. 152. *πῆμα νόσου* Philoct. 778. qua una voce Plato in hoc proverbio utitur Protag. p. 340. D. *εἰμί τις γελοῖος ἰατρός· ἰώμενος μεῖζον τὸ νόσημα ποιῶ.* [*ἄτης πῆμα* Apollon. IV. 4. *clades pericli* Lucretius.]

V. 365. *Ἐν δαΐοις ἄτρεστον μάχαις.* Codd. nonnulli, Ald. et Edd. Triclin. *δαΐαις.* Masculinum retinet Suidas, qui s. *Ἀφοβόσπλαγχνος* hunc et seq. versum profert. *Δαΐαις ἐν ἐκφοραῖς* Aesch. Choeph. 426. *δαΐας τόλμας* Androm. 837. sed *δαΐῳ τε λόγχᾳ* Troad. 1301. ubi nonnulli codd. *δαΐᾳ* exhibent; *δάϊοι — χεῖρες* Herc. 915.

V. 366. *Ἐν ἀφόβοις θηρσί* — Schol. *τοῖς μὴ φόβον ἐμποιοῦσι*, quod Hermannus probat. Alii pecudes securas nihilque sibi ab hominibus timentes, ut sunt animalia domestica, quibus sanus quisque parcit, non solum quia nihil periculi nobis creant sed etiam quia fidei nostrae confidunt. Pecudes *θῆρας* dici, quod Heathius negat, Bentlejus Athenaei exemplo demonstrat XI. 471. C. ubi Schweighaeuserus hoc Sophoclis loco utitur. Ed. Pr. Athenaeus de victimis h. e. animantibus gregalibus loquitur, neque Sophocles feras absolute *θῆρας* vocat sed *θ. ἀφόβους*, fere ut *cicures bestiae.* Strabo L. XVII. p. 775. *καμηλοπάρδαλις*, inquit, *οὐδὲ θηρίον ἐστὶν ἀλλὰ βόσκημα μᾶλλον, οὐδεμίαν γὰρ ἀγριότητα ἐμφαίνει.* Et Hippocrates distinguit de Nat. Puer. p. 421. T. I. *τοῖς κτήνεσι καὶ τοῖς θηρίοισι.* Plato Menex. 237. D. *θηρία καὶ βοτά.* Idem tamen *θηρίον ὕειον* Rep. VII. 536. Theocritus canem ita vocat XXV. 79. sed quod Eustathius 241
dicit p. 397, 35. et 1653, 17. hoc nomine significari *πᾶν ἄλογον ζῶον παρὰ τοῖς παλαιοῖς, καὶ τὸν ἶπα θηρίον λέγουσιν οἱ σοφοί*, convenit potissimum huic ludicro scribendi generi, quo Sophistae utuntur.

V. 369. *Οὐκ ἄψοῤῥον ἐκνεμεῖ πόδα* — affert haec verba Suidas s. *Ἄψοῤῥος*, ubi in codd. *ἐκνεμῇ* scribitur. *Ἄψοῤῥον* dubites adjectivumne sit cum *πόδα* conjunctum an adverbii loco positum pro *ἄψ*, quo Tragici non utuntur. Dicitur enim utroque modo: *Ὕλλος ἄψοῤῥον ἀντᾷ πατρί* Trach. 902. *ἄψοῤῥον ἥξεις* Prom. 1057. Soph. El. 53. et Theocr. XIV. 39.

μάστακα δ' οἷα τέκνοισιν ὑπωροφίοισι χελιδὼν
ἄψοῤῥον ταχινὰ πέτεται

quod vereor ut intelligi possit, nisi pro *ὑπωρωφίοισι* scribatur *ἐπεὶ προφέρῃσι*, ut in homerico loco Il. IX. 324. quem Theocritus expressit. Hunc igitur usum inde ab Homero deductum spectantes Grammatici *ἄψοῤῥον* inter adverbia *μεσότητος* referunt v. Schol. Ven. VII. 413. et Etym. M. s. v. Sed idem adjectivum est, non solum apud epicos poetas sed apud Sophoclem ipsum Ant. 436. perinde ut *παλίνορσος*, *παλίνορος*, *ἀμπαλίνωρος*, quibus *ἄψοῤῥος* ita simile est ut mirer esse qui a *ῥέω* compositum putent. Eodem modo *ἀγχίμολον παρανεῖσθε* Apollon. II. 357. et *ἀγχίμολοι ναῖον* Theocr. XXV. 203. [*παλίντροπος ἔρχομ᾽ ἀείσων* Oppian. Cyn. I. 80.] sed *παλιμπετές* et huic assimilatum *παλιντυπές* Apollon. III. 1253. adjectivorum naturam exuerunt, contraque veterum morem Nonnus Paraphr. VII. 128. adjectivum *παλιμπετέες* usurpavit. Hoc autem loco *ἄψοῤῥον* adverbium esse adducor eo quod *ἄψοῤῥος πούς* non legi, sed animantium hoc epitheton esse solet. *Ἐκνέμειν πόδα* quodammodo convenit cum Pind. Nem. VI. 27. *ἴχνεσιν ἐν Πραξιδάμαντος ἑὸν πόδα νέμων*. Hesychius *Ἐκνενέμηται, ἐξῆλθεν*. Futuri forma *νεμῶ*, quae iteratur v. 513. Herodiani praecepto repugnat *νεμήσω* praeferentis v. Phryn. p. 457. Sic *νεμήσετε* Longus II. 23. *νεμήσονται* Dionys. Antt. IV. 71, 1681. *νεμήσεσθαι* (passive) Appian. Civ. IV. 3. Plut. V. Coriol. c.
242 XVI. 75. V. Crass. XIV. 422. J. Caes. XIX. 380. V. Anton. c. LV. 127. Sed *νεμεῖς* Trach. 1240. Phoenn. 551. *διανεμεῖ* Archytas Stob. Flor. XLI. 269, 52. Joseph. Bell. Iud. I. 23, 5. *διανεμοῦσι* Lucian. Asin. c. XIX. 152. *διανεμοῦνται* Lys. Or. XXI. 162, 14. Plut. V. Timol. IX. 126. *νεμεῖσθαι* Dem. c. Mid. 579, 28. [*ἀνανεμέεται* Herodo. I. 173.] Aoristos *νεμήσασθαι* et *κατενεμήσατο* Photius Bibl. XCVI. 145. et Hesychius afferunt; *νεμησάμενοι* Athen. XII. 541. E.

V. 370. *Αἰαῖ αἰαῖ*. Magna pars codd. ter *αἴ* vel *αἶ*, cui repugnat *ἰώ μοί μοι* v. 385. Interjectiones *αἶ* et *ἔ* nunquam impari numero scribi a Tragicis Hermannus docuit ad Oed. T. 1307. Trach. 968. Apollonius de Adv. p. 537, 19. *οὐδέποτε ἀντωνυμίαι διπλασιάζονται, τὰ δὲ σχετλιαστικὰ τῶν ἐπιῤῥημάτων· τοῦ γὰρ πάθους ἐπιμένοντος ἐπεκτείνεται, αἲ αἲ αἲ, οἲ οἲ οἲ, οἴ μοί μοι*. Item illi obsequutus sum *αἰαῖ* scribenti ex Herodiani praecepto nuper vulgato, quanquam ne id quidem ad omnes locos transferendum arbitror. [Interjectionis scripturam accuratius indagavit Ellendtius Lex. I. 31.]

V. 372. *Ὃς χερὶ μὲν μεθῆκα τοὺς ἀλάστορας*. Sic edidi Hermanni monitu. Plerique codd. et Ald. *χερσὶ μέν*. Barocc. A. Laud. Paris. T. Dresd. A. *χεροῖν*, omisso *μέν*.

Usitatior est genitivus; ἵησι χερὸς περιμήκεα λᾶαν Quint. VII. 493. χειρῶν ἧκαν ἔρετμα Orph. Arg. 1279. τὰ ξίφη τῶν χειρῶν μεθίεσαν Liban. Or. ad Julian. T. I. p. 399. [αὐτοῦ ταῖν χεροῖν ἡρπάσθη Liban. T. I. 169. (Reisk. ἐξηρπάσθη.)] nec raro praepositio additur μεθῆκεν ἐκ τῶν χειρῶν ὁ κυβερνήτης τὸ πηδάλιον Synes. Epist. IV. p. 161. Σικελίαν ἐκ τῶν χειρῶν ἀφείς Plut. V. Timol. c. XX. Sed dativo usus est Empedocles v. 268. εἰςόκε χειρὶ μεθῇ, ubi minus aptus foret secundus casus. Et qui e manu emittit idem manu mittit. In Mosq. B. ἀλαστόρους.

V. 374. Ἐν δ' ἑλίκεσσι βουσὶ καὶ κλυτοῖς πεσὼν αἰπολίοις. Complures codd. ἑλίκεσι. Hermannus, quia in antistropha vetus est lectio ὀλέσας, dubitat an pro πεσών scribendum sit πέσον, quod deleto post αἰπολίοις commate cum αἷμα construi posse. Κλυτὰ μῆλα Homerus dixit; alius nescio quis κλυτὸς ὄρνις ὁ ἀλεκτρυών Hesych.

V. 376. Ἐρεμνὸν αἷμ' ἔδευσα. Musgravii emendationem αἶχμ' ἔδευσα, in Ed. Pr. refutavi allatis aliis verbis, quae proprie humectare, minus proprie effundere significant, ut 243
τέγγει δάκρυα Pind. Nem. X. 141. Trach. 848. ὑδραίνει χοάς Iph. T. 160. νίζει οἶνον εἰς ἔδαφος Ion. Athen. XI. 463. B. ῥαίνει χοάς Lycophr. 1185. ῥαίνει ἰκμάδα Posidipp. Epigr. IX. ἡ πέτρα κρουνὸν ἀναῤῥαίνει Aristot. Mirab. c. CXIV. θορὸν ἀποῤῥαίνουσι Oppian. Hal. I. 494. μυελὸν ἐκραίνει Soph. Trach. 780. Eur. Cycl. 401. τὸν θορὸν ἐπιῤῥαίνει τοῖς ᾠοῖς Theophr. Caus. Pl. II. 9, 15. εὔλυτον ἔχων τὸ κοιλίδιον προςέῤῥανε τῷ τοίχῳ Strab. XIV. 707. (675.) ubi Schneiderus προςεξέρασε emendabat, sed προςραίνειν μίλτον legitur Arist. Eccl. 379. His proximum est ἐπάρδειν τὴν τροφήν Galen. de Caus. Sympt. I. 7. 58. T. VII. Chart. (p. 129. Kuehn.) τὴν ὑγρότητα idem ad Thrasyb. c. 19. p. 20. T. VI. τὰ νάματα Himer. Ecl. XXXII. 6, 300. idemque scripsisse videtur Philo de Somn. 584. A. τροφὰς ἐπαλλήλους εἰςφοροῦντες καὶ πολὺν ἄκρατον ἄρδοντας. Et apud Romanos *rigare lacrymas* Auson. Epitaph. XXVII. 8. *irrigare aquam in aream imbres in plantas*, apud scriptores rei rusticae; de quo tamen dubitatur an rigare proprie significet *regere* sive *dirigere*, quemadmodum Lucretius dixit *motus per membra rigantur*, illa autem humectandi significatio sit adventicia. Item, si Galenus de Facult. Alim. III. 39, 399. ὁ Ζεὺς ἔβρεξε μέλι, hoc verbo pro pluere usus est, quod Phrynichus recte fieri negat, id exemplum non magis huc pertinet, quam ὗσε χρυσόν et similia; si vero pro humectare, simillimum est.

V. 376. Τί δῆτ' ἂν — ὧδ' ἔχειν. Priorem versum affert Lecapenus Gramm. p. 8. [68. Matth.] alterum Tzetzes

Chil. X. c. 324. v. 399. utrumque Suidas s. *Τί δῆτα*, ubi quum in cod. Leid. scriptum sit *οὔ τε γὰρ γένοιτ' αὖθ' ὅπως* — hinc Seidlerus conjecturam duxit, poetam dedisse *οὔτοι γένοιτ' ἂν αὔτ' ὅπως* — Praeterea pro *ἔχειν* apud Suid. vulgatum est *ἔχει*, cum Scholio *ὅπως μὴ οὕτως σχοίη*, vel ex defectu lineolae quae *ν̄* finale indicat, vel quod aliquis infinitivi insolentia perculsus *ἔχοι* emendaverat.

V. 378. 379. *Ἰὼ πάνθ' ὁρῶν, ἁπάντων τ' ἀεὶ κακῶν ὄργανον.* Eustathius p. 415, 19. *Ὀδυσσεὺς ὡς πάντων ἀεὶ*
244 *κακὸν* (sic et Ven. Lips. B.) *ὄργανον πάνθ' ὁρᾷν λέγεται.* Codd. et Edd. *ἁπάντων τ' ἀεί.* Copulam Brunckius omisit unius cod. auctoritate, quicum duo Lipss. consentire videntur. Elmslejus aut *πᾶν θ' ὁρῶν*, aut *ἁπάντων δ' ἀεί* scribendum censet, quorum prius Hermannus recepit servata copula, sed displicet singularis *πᾶν*, neque ipse in Opusc. T. III. 152. quidquam mutandum censet. Pro *ἀεί* duo Barocc. Harl. *ἀΐων*, antegresso *ὁρῶν* adaptatum.

V. 380. 381. *Τέκνον Λαρτίου, κακοπινέστατόν τ' ἄλημα στρατοῦ.* Zonaras T. I. 131. *ὦ τέκνον Λαερτίου* (sic codd. plerique) *κακοπινέστατ' ἄλημα.* Copulam in Mosq. B. et Jen. omissam servat Suidas s. *Ἄλημα.* Saepius hujus loci meminit Eustathius p. 108, 33. p. 1441, 18. et explicat p. 352, 36. *ἐκεῖθεν καὶ ἀπαιόλημα τὸ ἀποπλάνημα καὶ ἀποκάθαρμα, ὃ καθαρολογήσας ὁ Σοφοκλῆς ἄλημα στρατοῦ τὸν Ὀδυσσέα λέγει* etc. [*ψυχὴν πολυπαίπαλος ἠδὲ νοήμων* Oppian. Hal. III. 41.] Bothius olim, ne *ἄλημα* bis iteretur, *τόλμημα* correxit; Burgessius ad Suppl. v. 8. eadem ratione ductus *λῦμα.* Scholiastes et h. l. et Antig. 320. ubi nunc *λάλημα* legitur, nomen illud interpretatur *τρίμμα περίτριμμα*, quod amplectitur Musgravius subjecta Hesychii glossa *ἄλημα, λεπτὸν ἄλευρον*, probatque Passovius. Eustathius vero *ἄλημα* pro *πλάνημα* accepit, id est *πλάνος*, ac si Brunckius ad Phil. 927. recte judicavit, *παιπάλημα* convenientius Comicis esse poetis quam Tragicis, idem dicendum est de *ἄλημα*, cujus synonyma sunt *πάλημα τὸ λεπτότατον ἄλευρον* Eust. 898, 9. et *παιπάλη ἄλευρον λεῖον, ἣν πασπάλην λέγουσι* Glossa MS. Du Cang. p. 1147. derivata illa a verbo obsoleto, cujus multae variaeque propagines, *παίω, πάλλω, pavio, palpo* (ut palmentum dicitur pro pavimentum) et reduplicatum *παιπάλλω*[1])

---

[1]) Eustathius 898, 8. *ἡ πάλη ἀναδιπλασιασθεῖσα κατὰ τὸ παιφάσσειν ἀποτελεῖ τὴν παιπάλην·* melius quam Schol. Ven. *B.* 450. *φῶ τὸ φαίνω, παιφάσσω, ὡς (πετῶ, πτῶ) πταίνω, παπταίνω, καὶ πάσσω, πάλη, παιπάλη* (Schol. B. *πασπάλη*). In *παιπάλλω* quidem clare apparet vis reduplicationis intensiva. Nam ut *προπρό, πάμπαν, αὔταυτος ipsipsus, quisquis, undeunde*, nuda soni ejusdem iteratione plus significant quam simplicia, ita

i. q. *σείω* Hesych. communem habent significationem tun- 245
dendi. Indidem nomina fiuxerunt *πάλη*, pollen, *παιπάλη*, quod universe aliquid contusum et commolitum denotat sed praecipue dicitur de frumentis in subtilem farinam molitis, et de *λατύπῃ* sive *σκύρῳ*, quas significationes Schol. Arist. Nubb. 261. ita complectitur ut ab illa verbum repetat *παλύνειν*, ab hac autem *παίπαλα τὰ δύςβατα*, id est loca testis scrupulisque confragosa. Ed. Pr.

V. 382. *Ἦ που πολὺν γέλωθ'* — *Γέλων* atticam formam exhibet Mosq. B. et Suid. s. *Ἄλημα*, sed ea Tragici, nisi metrum cogit, non utuntur. Ed. Pr.

V. 383. *Ξὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κὠδύρεται* — affertur a Stobaeo Ecl. I. 3. p. 34. et Suida s. *Ξὺν τῷ*, ubi *ξὺν θεῷ πᾶς τις* vulgatum est, ut in Mosq. B. sed codd. Suidae pro *πᾶς* exhibent *γάρ*, unde profecta Seidleri correctio *ξὺν τῷ θεῷ γὰρ πᾶς γελᾷ* —

V. 384. *Ἴδοιμι δή νιν.* La. Bar. AB. Laud. *Γ*. Harl. Mosqq. Aug. BC. Dresd. B. et Ald. *ἴδοιμί νιν.* Suidas s. *Ἀτώμενος* auctius *ἴδοιμί νιν ὧδ' ἀτώμενος*, Triclinius *ἴδοιμι δή νιν*, quod Brunckius recepit; *ἴδοιμ' ἐγώ νιν* Elmslejus; *ἴδοιμί νιν νῦν* Hermannus; *ἴδοιμ' ἴδοιμι* Dindorfius. [V. Osann. ad Philem. p. 251.]

V. 386. *Μηδὲν μέγ' εἴπῃς.* Iisdem verbis Gregorius Naz. de V. S. p. 6. B. eodem numero Homerus Od. XXII. 288. *μὴ μέγα εἰπεῖν.* Plato Phaedon. p. 95. B. Hipp. M.
295. A. *μὴ μέγα λέγε*, Theocritus X. 20. *μηδὲν μέγα μυ-* 246
θεῦ. Pluraliter *μὴ μεγάλα λέγε* Arist. Rann. 835. *μεγάλα λέγειν* Isocr. Evag. 219, 47. qui omnes significarunt magniloquentiam. Non minus liberum est *μέγα* et *μεγάλα φρονεῖν*, ut ad v. 1120. dicemus; *μέγα* et *μεγάλα δύνασθαι* v. Tzschuck. ad Strab. L. IX. 564. *μέγα* et *μεγάλα βλάπτειν* Popp. ad Cyrop. p. 113. Ellendt. ad Arrian. T. I. p. 121. [*μέγα οἰμώξειεν* Herodo. VII. 159.] *μέγα* et *μεγάλα βοᾷν* v.

---

verba, quae motum crebrum et quasi coruscantem demonstrant, reduplicationem tanquam propriam notam continuatae actionis recipiunt, *ἑλελίσσω*, *μαρμαίρω*, *καρκαίρω* (querquerus), *ποιφύσσω*, *ποιπνύω*, *τιταίνω* (*τέτανος*), *παμφαίνω*, *τετραίνω*, *τετρεμαίνω* (*τέτρομος*), *μοιμύλλω*, et quod Hesychius affert *Κασκαλίζεται*, *γαγγαλίζεται*, fortasse a *σκάλλω* ductum est ut latinum *titillo* a *τίλλω*, atque *κοσκυλμάτιον* (*κοσκύλλω*) a *σκύλλω*. Nec multum diversa causa reduplicationis in verbis *μαιμάω*, *μαιμάσσω*, *λιλαίομαι*, *ἀτιτάλλω*. Sed ipsa naturae imitatio huc redegit verba factitia, *βαβάζω*, *βιβάζω* (*βιβάξω*), *καχλάζω*, *παφλάζω*, *titinnio* etc. *Σισύρα* vero, *σέσελι*, *γάγγραινα* (*γραίνω*), *ἀμαμαξύς* (v. Neue ad Fragm. Sapph. CXII.) *cicindela* (candela) et quae primam longam habent *διθύραμβος* (*ἴαμβος*, *θρίαμβος*, *ἴθυμβος*), *σίσυμβρον*, *Σίσυφος*, ea si reduplicata sunt, ratio certe non apparet, nisi euphonica est; quod de *ἀτάρτηρος*, *ἄκασκος*, *ἐτήτυμος* vix dubitari potest.

Interpp. ad Herodo. III. 42. *ταχερὸν* et *ταχερὰ βλέπειν* v. Blomfield. ad Sept. 53. *ὀρθότερον* et *ὀρθότερα βλέπειν* v. Schneider. ad Plat. Civ. T. I. 253. pariterque cum hoc et ceteris verbis videndi adjectiva cujuscunque notionis in utroque adjunguntur numero; neque verum esse arbitror, quod Matthiae affirmat ad Iph. A. 634. *placide adspicio aliquem* graece dici *εὐκήλως βλέπω εἴς τινα*, non *εὔκηλον βλέπω τινά*, quum non solum *ἐλεινὸν ὁρᾷς με* inveniatur Philoct. 1130. sed etiam *λοξὸν ἰδεῖν τινα* Anacr. Od. LXI. Solon. Fragm. XXIV. Eratosth. Schol. Ep. II. et *λοξά* Christodor. Ecphr. 197. *ἐς ἠέρα λοξὰ δοκεύων* Nonn. X. 252. [*λοξὰ παπταίνουσα* XLVIII. 341.] Latini poetae adjectivo plurali utuntur sed sine accusativo objecti, *transversa, torva, acerba, tranquilla tueri; Najades glauca tuentes* Auson. Mosell. 170. id est *ὄσσοις γλαυκιόωσαι*. Sed *acutum cernere* dicunt singulariter ut Graeci *ὀξὺ ὁρᾷν* et contrarium *ἀμβλύ*. Similiter *ἡδὺ γελᾷν* tritum est non *ἡδέα* v. Jacobs. ad Anth. Pal. p. 723. sive homerici exempli auctoritas evicit sive alia qua subest causa reconditior; sed rursus *ἡδέα κωτίλλειν* Phocyl. Fr. VII. *ἁβρὰ γελᾷν* Epigr. Adesp. XXXI. [Anthol. P. XII. 156. *φαιδρὰ γελᾷν* ib. V. 144.] *φαιδρά με σαίνει* Oed. Col. 319. ubi Triclinius *φαιδρόν* substituit. Sicut *μεγάλα βοᾷν* legitur Plut. V. Cic. c. V. *μεγάλα τρύζειν* Arrian. Alex. I. 25, 9. *δεινὰ κεκραγέναι* Arist. Eqq. 1024. *φθέγγεσθαι ὄρθια, γοερά, διατόρα* Aelian. H. An. VI. 19. ita Demostheni p. 408, 18. pro *καλὸν καὶ μέγα φθέγγεσθαι*, licuit *καλὸν καὶ μεγάλα φθέγγεσθαι* scribere conjuncto utroque numero ut Aretae. de Sign. Acut. I. 9, 18. *μεγάλα καὶ ψυχρὸν ἀναπνέει*, sed multum dubito num licuerit *καλά*. Et Euripides
247 Androm. 1151. Hipp. 1216. *ἐφθέγξατο δεινὸν καὶ φρικῶδες*, si usus esset plurali, ambiguum fecisset, utrum sonum vociferantis horribilem an sententiam diram intelligi vellet. Ipsumque illud *μέγα λέγειν* non solum magniloquentiam significat sed etiam clara et contenta voce loqui Plat. Rep. V. 449. B. Protag. 310. B. Amator. 133. B. (utroque loco additur *τῇ φωνῇ*) Alcib. I. 110. C. sed *μεγάλα λέγειν* prius solum. Quod autem Elmslejus pertendit ad Ach. 193. *ἡδύ* et *κακὸν πνεῖν, ὄζειν*, apud Atticos fixum esse in numero unitatis, nullum vel apud extraneos reperi exemplum contrarium praeter Hipparch. Athen. III. 101. A. *ἡδέα ὄζων*.

V. 387. *Ὦ Ζεῦ προγόνων προπάτωρ*. Dresd. A. et Edd. vett. *ἰώ* hic, ut in stropha, et *πάτερ*, quod Triclinius in libro antiquo se reperisse dicit; Harl. Jen. Aug. B. *προπατορ*. Britanni cujusdam commentum in seq. versu *ὡς ἄν* corrigentis pro *πῶς ἄν*, quod soloecum putabat, Buttmannus ridet ad Phil. 794.

V. 390. *Τούς τε διссάρχας ὀλέσσας βασιλεῖς.* Draco p. 115. et Anecd. p. 1195. *σημειοῦται ὁ Ἡρωδιανὸς παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ τοὺς βασιλῆς διὰ τοῦ η γραφομένους, τούς τε διςάρχους* (sic) *ὀλέσας βασιλῆς. Ἔστι δὲ καὶ παρὰ Ξενοφῶντι διὰ τοῦ ι.* Suidas s. *Ἄλημα* confuse refert *Πῶς ἂν τὸν αἱμυλότατον ἐχθρὸν ἄλημα στρατοῦ* (ex v. 379.) *τούς τε δισσάρχας βασιλεῖς ὀλέσας τέλος θάνοιμι καὐτός.* Lascaris Gramm. Lit. E. fol. VII. *τούς τε διςάρχας ὀλέσσας βασιλῆς διὰ τοῦ η εὕρηται γεγραμμένον παρὰ τοῖς παλαιοῖς βιβλίοις.* Id secundum Dindorfium recepi, etsi codd. praeter Dresd. A. fere omnes *βασιλεῖς.* Suidas *βασιλεῖς ὀλέσας* s. *Ἄλημα.* Maxima pars codd. *ὀλέσας.*

V. 393. *Τί γὰρ δεῖ ζῆν με.* Aug. B. *ζῆν δεῖ με.*

V. 394. 395. *Σκότος ἐμὸν φάος, ἔρεβος ὦ φαεννότατον ὡς ἐμοί.* Apud Suidan, qui s. *Ἰὼ σκότος* haec verba promit, legitur *ἔρεβος ὦ φαεινότατον ἐμοί*, sed s. *Ὥς γ' ἐμοί* hoc modo *ἔρεβος ὦ φαεννότατον ὡς ἐμοί.* Triclinius et vett. Edd. *ἔρεμβος ὦ φαενόν.* Jen. *φαεινότατον*, quam formam Tragicis inusitatam passim exhibent codd. et vett. Edd. Bacch. 587. Ion. 1516. v. Matthiae ad Phoenn. 84. Illud *ὡς ἐμοί* eodem modo additum est Eur. Ion. 1541. *οὐ* 248
μεμπτὸν ὡς ἐμοὶ τόδε.

V. 396. *Ἕλεσθ', ἕλεσθέ μ' οἰκήτορα.* Paris. D. Dresd. B. Mosq. B. *ἕλεσθέ μ', ἕλεσθ' οἰκήτορα*, quod a Brunckio receptum obtinuit usque ad Hermannum, qui *ἕλεσθ', ἕλεσθέ μ'* edidit. Cod. *Γ. ἕλεσθέ μ' οἰκήτορα ἕλεσθε, οὔτε γάρ.* Cod. *Θ.* duo Lips. La. Harl. et Suid. s. *Ἰὼ σκότος* sic *ἕλεσθέ μ', ἕλεσθέ μ' οἰκήτορα.* Dresd. A. et Jen. *ἕλεσθ', ἕλεσθ' οἰκήτορα.* Plautus Cist. III. 9. *accipe me ad te, mors, amicum et benevolum.*

V. 397—400. *Οὔτε γὰρ θεῶν γένος οὔθ' ἀμερίων ἔτ' ἄξιος βλέπειν τιν' εἰς ὄνασιν ἀνθρώπων.* Cod. *Γ.* Bodl. Aug. BC. Lips. AB. Dresd. A. Ald. Suid. s. *Ἰώ* exhibent *ὄνησιν*, ab Hermanno reductum, qui doricam formam expulit El. 1050. Sententia perspicua est; significatur enim summa salutis desperatio ut in Oed. C. 829. *ποίαν λάβω θεῶν ἄρηξιν ἢ βροτῶν*; et Polyb. XV. 1. *πάσης ἐλπίδος ἀποκλεισθῆναι καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρ' ἀνθρώπων.* Cicero Verr. IV. 45. *quid speras, quid spectas? quem tibi aut deorum aut hominum auxilio putas futurum?* Tacit. Hist. V. 3. *monuit ne quam deorum hominumve opem exspectarent.* Sed disceptatur de constructione verborum postremorum *τιν' εἰς ὄνησιν ἀνθρώπων*, quae Hermannus commate post *βλέπειν* posito uno complexu comprehendit, hac, puto, sententia: *cum aliquo commodo hominum*, ut Schol. Laur. *εἰς ἡδονήν.* Ac Scholiastes

quoque Rom. haec a prioribus disjunxisse videtur οὔτε θεῶν γένος οὔτε ἀνθρώπων ὁρᾶν ἔτι ἄξιόν μοι εἰς ὠφέλειαν, sed contrario intellectu *cum aliqua spe auxilii ab iis accipiendi*, nec dubito, quin ille ἀνθρώπων cum ἁμερίων junxerit ut Antig. 790. ἁμερίων ἐπ' ἀνθρώπων. Ego in Ed. Pr. rejecta Wyttenbachii correctione Bibl. Crit. II. P. II. p. 43. θεῶν τινος, omnia distinctionis signa removi: οὔτε θεῶν γένος οὔτε εἰς ὄνησιν ἀνθρώπων ἡμερίων βλέπειν ἄξιός εἰμι, sic ut verbum βλέπειν dupliciter construatur cum accusativo simplici et cum praepositione. Hesiodus Opp. 475. οὐδὲ πρὸς ἄλλους αὐγασέαι scil. auxilii accipiendi causa, εἰς ὑμᾶς βλέπω Iph.
249 T. 1056. εἰς ἄλλον χεῖρα βλέψαι sive ἀποβλέψαι Philostr. V. Ap. II. 17. p. 68. Plut. V. Luc. c. VIII. πρὸς ἐκεῖνον ἐπάπταινε V. Philop. c. XII. cf. Wolf. ad Liban. Epist. CXXXII. p. 69. [εἶδεν εἰς αὐτόν *appetebat amore* Palaeph. c. 47.] Hic autem praepositio ante γένος omissa est, quia sequitur εἰς ὄνησιν. Eur. Heracl. 755. μέλλω τῆς γῆς, μέλλω περὶ τῶν δόμων κίνδυνον τεμεῖν. Bion. Id. V. 11. ἐς πόσον, ἆ δειλοὶ, καμάτως κῆς ἔργα πονεῦμες; Callim. H. in Del. 17. ὁππόσαι ὠκεανόν τε καὶ ἐς τιτηνίδα Τηθὺν νῆσοι ἀολλίζονται, ubi vulgo ὁππότ' ἐς legitur. Theodoridas Epigr. XV. 44. νηΐ τε σὺν φόρτῳ τε, nisi interpungendum est νηΐ τε σὺν, φόρτῳ τε. Pind. P. II. 20. ὅταν δίφρον ἔν θ' ἅρματα καταζευγνύῃ ἵππους. [Quint. Sm. V. 590. οὔτε γυναικὸς οὔτε περὶ πτόλιος μαχόμην.] Hujusmodi locos complures collegerunt Mehlhorn. ad Anacr. p. 71. Wellauer. ad Eum. 673. Matthiae Gramm. §. 595, 4. sed nonnullos ad probandum minus idoneos. Quod quum recte animadvertisset Reisigius Conj. I. p. 241. terminosque hujus usus coarctasset, ulterius provectus Bernhardy ad Dion. v. 1037. et Synt. p. 202. hanc praepositionis ellipsin soli Pindaro et Alexandrinis concessit poetis. Sed eadem usi sunt Tragici; Antig. 1176. πότερα πατρῴας ἢ πρὸς οἰκείας χερὸς ὄλωλεν, et v. 367. ποτὲ μὲν κακὸν ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει, ubi nemo credet ἄνθρωπος κακὸν ἕρπει sic dici posse ut στεῖχε δόμους. Neque aliter recentiores Epici. Quint. XII. 167. ἀλλήλων ἵσταντο κατάντιον, οἱ μὲν Ἀχαιῶν οἱ δ' ἄρ' ὑπὲρ Τρώων. Antip. Sid. Anth. c. VI. n. 14. τὸν μὲν γὰρ ξυλόχων, τὸν δ' ἠέρος, ὃν δ' ἀπὸ λίμνης — ἔδεκτο, et n. 111. τὰν ἔλαφον Λάδωνα καὶ ἀμφ' Ἐρυμάνθιον ὕδωρ φερβομέναν cf. n. 118. et 130. Haec igitur omnia ad schema ἀπὸ κοινοῦ et ad eam speciem pertinent, quam anticipationem dicimus. [V. Mehlhorn. de Schem. ἀπὸ κοινοῦ p. 7.] Sed ubi casus obliquus significationem localem aut temporalem aut aliam perinde legitimam habet ut in Alcmanis Fr. XXXVII. φοίναις καὶ ἐν θιάσοις παιᾶνα κατάρχειν, Eur.

Iph. A. 210. *αἰγιάλοις παρά τε κροκάλαις δρόμον ἔχει*, Eum. 682. *τό τ' ἦμαρ καὶ κατ' εὐφρόνην*, Apollon. I. 1193. *τόσση μῆκός τε καὶ ἐς πάχος*, Nicand. Ther. 640. *πετάλοισι καὶ ἐν καλύκεσσι θάλεια*, vel ubi verbum intercedit quod utroque modo pariter construi solet, ibi prorsus nihil interest utrum 250
praepositionem priori nomini detractam an posteriori ex abundanti additam dicamus. Quum autem de ellipsi et pleonasmo praepositionum loquimur, nequaquam, ut quidam interpretantur, Graecos recti tam incuriosos et infantes fuisse censemus, ut quae dicere voluerint ac debuerint, non dixerint, quae vero omittere, non omiserint, sed his nominibus significamus quasdam vel a communi Graecorum usu vel a nostra loquendi consuetudine aberrationes notabiles; quas si quis breviloquentiae potius quam ellipsi adscribendas putat, verbis aliis dicit idem. — His subjungam locorum quorundam correctiones in Ed. Pr. praepositas. Orph. H. LXXV. 10. *Πολύμνια, Οὐρανίη τε Καλλιόπη σὺν μητρὶ καὶ εὐδυνάτῃ θεᾷ ἁγνῇ* suspicatus sum aut sic scribendum esse *Καλλιόπῃ σὺν, μητρί τ', ἀοιδόταται θεαὶ ἁγναί*, aut huc referendum versum hymno XXIII. importune subjectum *Καλλιόπῃ, σὺν μητρὶ καὶ Ἀπόλλωνι ἄνακτι.* In quinto v. *θρέπτειραι ψυχῆς διανοίας ὀρθοδότειραι* fortasse librarii error est pro *ὀρθώτειραι*, ut saepe illi modo contrahendis modo dilatandis syllabis peccarunt. Strato Epigr. XCIV. *οὐδ' αὐτή σ' ἡ λέξις, ἀκοινώνητε, διδάσκει*; scrib. *ἀκοινονόητε*, *imperitissime*. Themist. Or. XXVII. 336. C. *ὥςπερ τὰ ὕδατα, ὅσα σημαντικά.* scr. *ὅσα δὴ μαντικά*, ut XXXII. 358. C. *ὅσα δὴ βασιλικὰ ἐρωτήματα.* fontes *σημαντικοί* dici non possunt. — Apud Stob. Serm. LIV. (LII.) 48. *βουλῇ καὶ μύθοισι εἰπεροπηδεῖ τέχνῃ*, scr. *καὶ ἠπεροπηΐδι*, quae ars *ἠπεροπηΐς* a Polyaeno in Praef. Strat. inter praecipua imperatorum subsidia numeratur [Gaisfordus, *ἠπεροπηΐδι* inquit, *conjecerat Tyrwhittus dudum ante Lobeckium;* scilicet in notis manu scriptis quae multo post evulgatae sunt]. Aesch. Suppl. 543. *Ζεῦ πείθου τε καὶ γενέσθω. ἄλευσον ἀνδρῶν ὕβριν* fort. *καὶ γένει σῷ.* In Epigr. *Ἀδεσπ.* CCXII. p. 179. T. IV.

Θαῦμα τέχνης ταῦρον τε καὶ ἀνέρος, ὧν ὁ μὲν ἀλκὰν
θῆρα βίῃ βρίθει γυῖα τιταινόμενος.

legendum videtur *ὧν ὁ κεραλκῆ.* [Jacobsio ad Anth. P. n. 105. p. 656. magis placuit *ὧν ὁ μεγαλκῆ*, quod adjectivum nusquam legitur, usitatum vero est *ταῦρος κεραλκής* et *κεραλκής.* Sed fortasse nihil mutandum nisi *ἀλκάν* in *ἀλκᾷ*, 251
quod si quis cum *βίῃ* compositum languere putat, huic opponam illa: *εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίῃ μέγαν ὄλβον ἄρηται* Hesiod. Opp. 319. *δόλῳ φρένας ἐξαπατήσας αἱμυλίοισι λόγοις*

Theog. 889. *ἣν πάντες ὑμεναίοισι λώτῳ συνηλάλαξαν* Eur. Herc. 11. *δάκρυον αἰνοτάτῳ ἐλέῳ ῥέε κηδοσύνῃσι* Apoll. III. 462.] Ad *ἀλκὰν θῆρα* miror neminem apposuisse Hesiodium *ἀνέρα ὕβριν* decantatum magis quam intellectum. Tum in Epigr. DXXXIV. *χαῖρε μελαμπέπλοις, Εὐριπίδη, ἐν γυάλοισι Πιερίας*, praestat *μελαμπετάλοις*, et in Epigr. CCCCLXII. quod est de viatore, qui lapide hominis calvariae injecto repercussus est

Ὀστέον ὡς γὰρ ἔπληξεν, ἀφήλατο καὶ τὸν ἀφέντα
πήρωσε γλυκεροῦ βλέμματος ὀρφανίσας,
καὶ πάλιν εἰς Ἀΐδην ἐκολάζετο, τὴν ἰδίην γὰρ
ἔκλαυσεν χειρῶν εὔστοχον ἀφροσύνην.

scribere praestat *καὶ πάλιν οἷς ἄλιτεν*, ***eodem lapide, quo mortuum laesit, punitus est.*** [De productione syllabae in caesura positae quod Jacobsius dicit, vereor ut ille Epigrammatariorum canon ad quosvis hujus farraginis versificatores transferri debeat; ceterum non longius distat *ὡς ἀλίτησ'*.] — Similiter verba colligata diducas in Ep. CCLVII.

Ὁ πτανὸς τὸν πτανὸν ἴδ' ὡς ἄγνυσι κεραυνὸν,
δεικνὺς ὡς κρεῖσσον πῦρ πυρός ἐστιν Ἔρως.

pro *ἰδών·* illud *ἴδ' ὡς* in his carminibus frequentissimum. Postremo in Epinici versibus Athen. IX. 432. *ἑσμὸν μελίσσης τῆς ἀκρολόχου γλυκύν* scribendum est *τῆς ἀκραχόλου*. Fiorilli emendationem *νασμὸν* praecepit Jacobsius Animm. ad Eur. p. 114. idemque nomen Eur. Bacch. 709. pro *ἑσμούς*, quod Philostratus V. Soph. I. 19. ex h. l. affert, reddere conatur, sed neutro opus est. Ed. Pr. [1])

252 V. 401. *Ἀλλά μ' ἁ Διὸς ἀλκίμα θεός.* Barocc. B. Bodl. Laud. *Διός γ'*, quod Hermannus recepit. Mosq. B. *θεά*, quod si plus auctoritatis haberet, non spernerem. Infra quidem v. 1079. legitur *Ζηνὸς ἡ δεινὴ θεός* et saepius nominis hujus masculina forma adjunctum habet adjectivum femininum *σεμνῆς θεοῦ* Iph. A. 976. *τοιαύτῃ θεῷ* Herc.

---

1) Jamblich. V. P. XXV. 96. p. 244. *ἔστι δὲ καὶ ὅτε ἄνευ λέξεως μελισμάτων ὅπου τε καὶ πάθη καὶ νοσήματα ἀφυγίαζον* scrib. *μελισμάτων ἐπῳδῇ.* et in loco parallelo XV. 51, 134. *διὰ ᾀσμάτων καὶ μελισμάτων ψιλῇ κιθαρίσει διὰ λύρας ἢ καὶ φωνῆς συντελουμένων*, pro *ψιλῇ τῇ κράσει·* quod infra legitur p. 448. *ψιλῇ τῇ φράσει* ab hoc loco alienum sed Aeliano fortasse restituendum H. An. I. 14. *λαμυρώτερα ταῦτα τῇ φράσει τῶν ὀνομάτων εἴρηται* pro *κράσει.* [Jambl. XIX. 75, 196. *ἦλθεν Ἄβαρις ἀπὸ Ὑπερβορέων πρεσβύτου καθήκων* scrib. *καθ' ἡλικίαν*]. Theo Prog. IX. 94. *τῆς Μακεδόνων γῆς, ἐξ ἧς οὐδὲ δουλούμενοι χαίρουσιν ἄνθρωποι,* apertus error pro *δοῦλον ὠνούμενοι.* Eurip. Erechth. Fr. I. 18. Matth. p. 172. *ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τ' ἐκτρέφει κάλλιστα τῆς γε δέλεαρ ἔχοντες συνθηρεύομεν,* sententia requirit, *γῆν δέλεαρ ἔχοντες τήνδε, συνθηρεύομεν*, hujus terrae lenociniis mercatores ex omnibus terris allicimus.

1307. *τῆς θαλασσίας θεοῦ* Rhes. 974. ubi duo Flor. *θαλασ-* 252
σίου praebent, *τῆς ποντίας θεοῦ* Andr. 130. ubi in cod. *ποντίου θεᾶς* scriptum, *ἐναλίας θεοῦ* 253. *ἀθανάτας θεοῦ* Phoenn. 242. codd. nonnulli *ἀθανάτου*, quod de Apolline foret accipiendum; sed saepe etiam substantivum femininum cum adjectivo alterius generis conjunctum est. Ac si quis putat *εὐκταία θεός* Orest. 214. *νερτέρα θεός* Oed. C. 1548. *οὐκ ἄλλα θεός* Med. 630. auribus gratiora esse quam *εὐκταία θεά* vel *ἡ εὐκταῖος θεός*, quod sentire videtur Matthiae ad Troad. v. 23. sic scribens „*Ἀργείας θεᾶς* Flor. Vict. Havn. quod „praefert Valckenarius homoeoteleuto non offensus“ plurimis exemplis demonstrari potest, hujus rei exiguam fuisse apud poetas illos curam; *μεγάλαιν θεαῖν* Oed. C. 683. *χθόνιαι θεαί* 1568. *ἱερίαι δειναὶ θεαί* Orest. 261. *μὰ τὴν ἄνασσαν Ἀργείαν θεάν* Iph. A. 739. [*θεᾶς Μούσης* Arist. Avv. 1702. *Μοῦσα θεά* Pac. 802. *Νύμφαι θεαί* 1060.] Neque non scribi potuisset *ἄλκιμος θεά*. Nam adjectiva in *ιμος* apud Tragicos modo communia sunt, modo per genera moventur, ac si *ποίνιμος δίκη* Trach. 808. *ἀλκίμου μάχης* Heracl. 683. *λευσίμους ἀράς* Agam. 1616. *πομπίμους χνόας* Sept. 353. *θανασίμῳ σφαγῇ* Hec. 571. euphoniae data esse statuamus, tamen cur modo *ἁλώσιμος βάξις* Agam. 10. *λευσίμῳ χερί* Orest. 854.
πενθίμους — εἰςβολάς Ion. 676. modo *κουρίμης — τριχός* 253
El. 521. *χαίτην κουρίμην* Choeph. 178. *εὔνη — μορσίμη* Eum. 212. *Ἰδαία μᾶτερ ὀβρίμα* Or. 1454. dixerint, nihil rationis dici potest. Plato Charm. 174. D. *εἰ αὕτη ἐστὶν ὠφέλιμος, ἐκείνη οὐκ ἂν εἴη ὠφελίμη ἡμῖν.*

V. 402. *Ὀλέθριον αἰκίζει* ex h. l. affert Suidas s. *Ὀλέθριον.*

V. 403. *Ποῖ τις οὖν φύγῃ.* Schol. *γράφεται τράπῃ* (*τραπῇ*) quod adscriptum est cod. La. *φύγοι* Harl. Barocc. AB. Dresd. AB. Aug. B.

V. 405—407. *Εἰ τὰ μὲν φθίνει, φίλοι, τοῖςδ' ὁμοῦ πέλας, μωραῖς δ' ἄγραις προςκείμεθα.* Scholiastes Rom. *εἰ τὰ μὲν φθίνει, διὰ τὴν* (Schol. Laur. *κατὰ τὴν*) *κρίσιν τῶν ὅπλων·* ac verbum *φθίνει* nonnullos ad Minervam retulisse significatione activa Triclinius refert; de secundo versu nihil adnotatum est praeter quod in Schol. Jen. legitur, *ὤφειλεν εἰπεῖν τὰ δ' ὁμοῦ, ἵνα ᾖ ἀκόλουθον πρὸς τὸ, εἰ τὰ μέν. ἐποίησε δὲ ἐναλλαγήν*, quem apparet *τοῖς δ'* legisse non *τοῖςδ'*. De enallage vero sic statuisse videtur, Sophoclem pro *τὰ δὲ ὁμοῦ πέλας ἐστίν* scil. *μοί*, solita antistrophe dixisse *τοῖς δὲ ὁμοῦ πέλας* sc. *εἰμί*. Triclinii haec est paraphrasis: *παραπλησίως τοῖς προκειμένοις θρέμμασι*, unde suspiceris eum *ὁμῶς* scriptum invenisse id est *ὁμοίως τοῖς πέλας*,

nisi, ut *ὁμῶς* pro *ὁμοῦ* dixit Theocritus XXI. 6. sic hoc pro illo valere credidit. Elmslejus *τάδε δ' ὁμοῦ πέλας* addita syllaba propter antistrophum *τινὰ Τροία στρατοῦ*. Bothius *τοῖσι δ' ὁμοῦ πέλας*, *μωραῖς* vel *μωραῖς γ' ἄγραις*. Hermannus *τοιοῖςδ' ὁμοῦ πέλας* scil. *οὖσι*, quod participium omitti posse demonstrat exemplo paullum dissimili Oed. C. 83. *ὡς ἐμοῦ πέλας*. atque hoc *τοιοῖςδ'* ipse proposui in Ed. Pr. p. 286. Ellendtius, animadverso in antistropha *τινά* minime necessarium, hoc autem loco *πέλας* glossematis simillimum esse, utrumque ejicit, *τοιοῖςδ' ὁμοῦ* scribens. Neuius *τοῖς δ' ὁμοῦ πέλας* pro *ἐκείνοις ὁμοῦ πέλας οὖσι* vel *τῷ ἐκεῖνα πέλας εἶναι* positum putat, sed qui hoc conveniat, inexplicatum relinquit. Superest conjectura nobis oblata *τίσις*,
254 quod a *τοῖς* una lineola distat. Certe sententia poetae haec esse videtur: si honore et dignitate, qua olim florebam, privatus sum, ultio autem prope instat, quam provocavi pecudum caede Achaeis destinata, iique mox in me irrupturi sunt.

V. 408. *Πᾶς δὲ στρατὸς δίπαλτος — φονεύοι.* Hunc v. Suidas apponit s. *Δίπαλτος*. Eustathius p. 674, 13. *παλτὸν εἶδος ὅπλου, ἐξ οὗ παρὰ Σοφοκλεῖ δίπαλτος φονεύς*, active ut *δορίπαλτος* apud Aeschylum. Hoc loco Schol. Rom. Didymi et Pii mentionem injiciunt, quorum illum *δίπαλτος* explicuisse *παντὶ σθένει*, hunc autem *λαβὼν τὰ δίπαλτα δοράτια*. Utinam de difficilioribus locis illorum apposuissent sententias.

V. 410. *Ἄνδρα χρήσιμον* Schol. *γενναῖον*, quomodo Phoenn. 1730. *τὸ χρήσιμον φρενῶν* explicatur ab antiquo interprete.

V. 412. *Ἰὼ πόροι ἁλίρροθοι.* Interjectionem, quae in codd. et Edd. omnibus deest, Brunckius apposuit de suo; unus *Γ. ὦ πόροι. Πόροι ἁλίρροθοι* hinc afferunt Suidas s. *Πόρος*, Harpocratio s. *Πόριος*, ubi *πόροι ἁλιρρόθιοι* (sic enim scribitur) explanat hoc modo *ποταμοὶ εἰς τὴν θάλασσαν ῥέοντες*, quos Homerus *ἁλιμυρήεντας* vocat. Hesychius *Πόροι, ποταμοί.* Fortasse hoc loco *πόροι ἁλίρροθοι*, item ut in Aesch. Pers. 365. sunt fluctus marini, quos Ajax de litore procul adspiciebat. *Αἰγαίου πελάγους ἐνάλιος πόρος* Archestr. Athen. VII. 278. D. cf. Tafel. Dilucidd. Pind. T. I. p. 57. Proximum versum affert Suidas l. c. Particulam *καί* ante *νέμος* omittit *Γ.*

V. 414. *Πολὺν* — Eustathius p. 250, 40. *πολὺν, πολύν με δαρόν τε δή κατείχετε χρόνον.* Sic etiam La. *ΓΘ.* Lips. A. aliique cum Aldo; quam lectionem Hermannus revocavit. Mosq. B. *πολύν με, πολύν*, ut Brunckius edidit.

Bodl. C. Dresd. A. πολὺν, πολὺν δαρόν τε με. Jen. πολὺν, πολὺν δαρόν τε δή.

V. 417. *Οὐκ ἔτι — ἀμπνοάς.* Hermanno aptius videtur οὐκ ἔτι γ᾽ vel οὐκ ἐμέ γ᾽. Cod. *Γ.* οὐκέτι plene. Duo postrema versus vocabula excerpsit Suidas s. Ἀμπνοάς.

V. 419. 420. *Ὦ Σκαμάνδριοι ῥοαὶ — εὔφρονες Ἀρ-* 255
γείοις. Cod. *Γ.* ἰὼ pro ὦ. Σκαμανδρίοις ῥοαῖσι Eur. Hel. 54. Σιμουντίοις ῥοαῖς 259. Has Schol. dicunt εὔφρονες Ἀργείοις vocari aut quia omnes fluvii grati sunt διὰ τὸ ποτόν, ut Aeschylus Pers. 435. Σπερχειὸς ἄρδει πεδίον εὐμενεῖ ποτῷ, aut ἐμοὶ ἐχθραὶ ῥοαὶ, εὔφρονες δὲ τοῖς Ἀργείοις, τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς, quod multo significantius graviusque esse concedent, qui meminerint, homines gravi injuria laesos cuncta sibi infesta, inimicis propitia et quasi confoederata credere. V. 459. ἔχθει πεδία τάδε. nec repugnat suprema consalutatio v. 861. Eustathius p. 890, 22. Scamandrum sic dici existimat διὰ τὸ χρησιμώτατον γενέσθαι τοῖς Ἕλλησιν. Ed. Pr.

V. 421. *Οὐκ ἔτ᾽ — ἐξερέω μέγ᾽ οἷον* — haec excerpsit Suidas s. *Οἷον,* servata diaeresi ἐξερέω, cujus quae reperiuntur exempla praeter καλέω Agam. 147. et nonnulla incerta ut ἱλέομαι Suppl. 116. 127. metri causa necessaria sunt potissimum in numeris dactylicis τρομέων Prom. 542. νείκεος Sept. 938. ὑπέσχεο Oed. C. 227. ἕπεο 178. ναιετάοντες Trach. 636. εὐρέϊ 114. ὑπεράχθεο El. 178. ῥέεθρον 863. ἐμπνέει Orest. 155. μεδέουσα Hipp. 167. ὄψεαι Androm. 1225. ἐοῦσα ib. 114. τείχεα Phoenn. 804. et ordinaria illa ἄχεα et πάθεα· quapropter nescio an ἐξερῶ scribendum sit. In anapaestis vero dominatur diaeresis ἀπρόοπτος Prom. 1082. τρομέονται Pers. 64. τοκέες 63. ποθέουσαι 540. (ubi fortasse ἀβρόγονοι scribendum pro ἀβρόγοοι) ἀΐδα Sept. 870. πρόνοον Suppl. 970. [οἰωνόθροον Ag. 55.] μεδέουσα Orest. 1690. [καλέονται, κλονέουσι Ellendt. Lex. T. II. p. X.] et particula καί cum subsequente vocabulo adeo saepe non contrahitur: καὶ ἐπ᾽ αἰσχύνην Hipp. 246. Iph. T. 5. El. 1318. καὶ ἀποτρέπομαι Sept. 1063. καὶ ὑπερβορέου Choeph. 371. καὶ ἀκοντισταί Pers. 51. καὶ ἀμηνίτω Suppl. 954. καὶ ἐς ἀλλοτρίας Eur. El. 1317. καὶ ἀναιδείας Troad. 783. ut contracta κἀπ᾽ ἀμφοτέρων Alc. 923. κἀνέλπιστον Iph. T. 1495. κἀγώ Troad. 787. κἀμοί El. 1329. suspicionem commoveant. In trimetris iambicis diverbiorum pauca reperiuntur: ῥέεθρον Pers. 495. νόον Choeph. 738. δίπλοοι Fragm. CCCXIII. εὔροον Philoct. 491. et ap. Eur. El. 775. δίκροον εἰς ἀμαξιτόν scribendum 256
puto pro δίκροτον, quod longe aliam habet significationem. Ed. Pr.

V. 424. *Οἷον οὔτινα Τροία στρατοῦ δέρχθη* — tetigit

Eustath. p. 126, 41. et 1133, 50. *οἷον οὔτινα στρατοῦ ἐδέρχθη Τροία — Ἑλληνίδος*. *Ἑλληνίδος* etiam Aug. B. *δέρχθη* Hermannus cum coronide; idem *ἀπό* revocavit, quod priores in *ἄπο* mutaverunt. In v. 427. libri aliquot *πρόκειται*.

V. 428. *Οὔτοι σ' ἀπείργειν* et seqq. verbis mutatis exponit Eustath. p. 914, 30. Ed. Pr. Elmslejum *οὐδ' ὅπως* inferentem prod *οὔθ' ὅπως* refutavit Hermannus; idem tamen recepit Dindorfius.

V. 430. *Αἰαῖ τίς ἂν ποτ'* — Hunc et duos seqq. versus usque ad *τρίς* proferunt Suidas s. *Αἲ αἲ αἲ αἴ*, et tertio addito Etym. M. s. *Αἴας*, hic interjectionem circumflectens, ille acuens ut Ald. et vett. Edd. sed s. *Δυςτράπελος*, ubi quatuor vv. 430—34. integri leguntur, circumflectit. Schol. Aesch. Prom. v. 136. *τὰ εἰς αι λήγοντα ἐπιῤῥήματα ἐπὶ τέλους ἔχοντα τὸν τόνον περισπῶνται, ἰατταταῖ, παπαῖ, αἶ, καὶ τὰ ὅμοια, πλὴν τοῦ βαβαὶ, ναὶ καὶ οὐαί*. Grammaticus Hermanni p. 460. addit *ἡ δὲ συνήθεια ὀξύνει τὸ ἀταταί καὶ τὸ παπαί* v. Fisch. ad Well. T. I. 270. Brunckius „ludicrum „est" inquit, „et a gravitate tragoediae alienum malis aliquem „oppressum e vocum simili sono et tam frigida etymologia „conquerendi argumentum sumere. Hujusmodi lusibus mire „indulsit Euripides, quibus noster adeo temperavit, ut in ejus „reliquiis vix aliud praeter hoc exemplum reperiatur." In hoc Brunckius sequutus est Valckenarii judicium, qui ad Phoenn. p. 12. pariter Euripidem reprehendit, Sophoclem absolvit; sed neuter verum vidit. Nam et veteres solebant omina fatorum e nominibus capere et nostros quoque animos advertit illa quamvis fortuita consensio. Ineptum quidem Plutarcho in V. Nic. I. videtur Timaei acumen *τῇ περικοπῇ τῶν Ἑρμῶν προσημαίνειν τοῖς Ἀθηναίοις τὸ δαιμόνιον, ὡς ὑπὸ Ἑρμοκράτους πλεῖστα πείσονται*, idemque valet de mul-
257 tis hujus *συνεμπτώσεως* exemplis, quibus Diodorus IV. 76. et 82. aliique veterum utuntur, non casus solum sed etiam mores hominum cum eorum nominibus fataliter congruere rati, ut Rutilius ait Itin. I. 309. ***Nominibus certos credam decurrere mores, Moribus an potius nomina certa dari?*** cf. Interpp. ad Auson. Epigr. XX. p. 19. Eleganter lusit Philodemus Anth. Pal. c. V. n. 115.

αὐταί που Μοῖραί με κατωνόμασαν Φιλόδημον,
ὡς αἰεὶ Δημοῦς θερμὸς ἔχει με πόθος.

sed serio Aeschylus Helenam divinitus denominatam censet *ὡς ἑλέναυν*, et Sophocles ipse *παρετυμολογεῖ τὸ ὄνομα τοῦ Ὀδυσσέως Ὀρθῶς Ὀδυσσεύς εἰμ' ἐπώνυμος κακοῖς* etc. Auctor vitae p. XII. et Tyrus Fr. I. *σαφῶς Σιδηρῶ καὶ φέρουσα τοὔνομα*. Ed. Pr. Pluribus de veterum in observan-

dis nominum ominibus superstitione ejusque causis disserui in Aglaoph. p. 870. Pro *τοιούτοις* Edd. Flor. I. et Brubb. *τοσούτοις*.

V. 435. 436. *Τὰ πρῶτα καλλιστεῖ᾽ ἀριστεύσας στρατοῦ πρὸς οἶκον ἦλθε πᾶσαν εὔκλειαν φέρων.* Perperam Triclinius *ἀριστεύσας στρατοῦ* absolute posita *τὰ* — *καλλιστεῖα* cum *πᾶσαν εὔκλειαν* conjuncta esse credidit, unde hypostigme nata post *καλλιστεῖα*, quam in Addend. Ed. Pr. delendam esse monui. Scholiastes sic ut Matthiae Gramm. §. 423. p. 779. *ἀριστεύσας* interpretatur *τῷ ἀριστεῦσαι λαβών*, Hesionam intelligens, quae Telamoni data est *ἀριστεῖον* Apollod. II. 6, 4. et praedicatur infra v. 1300. *στρατοῦ τὰ πρῶτ᾽ ἀριστεύσας ἴσχει ξύνευνον μητέρα.* Sed quum substantiva *τὰ πρωτεῖα, τὰ πρεσβεῖα* etc. non semper praemia sed interdum principatum ipsum significent, verba illa, si per se spectentur, non plus declarant quam *κάλλιστα ἀριστεύσας*, vel *καλλίστας ἀριστείας ἀριστεύσας*, ut Plutarchus dixit V. Pelop. c. XXXIV. *τυραννοκτονίᾳ μεμιγμένην ἀριστείαν ἀριστεύσας.* Verba ab utroque gradu composita, *ἀριστεύειν, καλλιστεύειν, κρατιστεύειν, μειοῦν, ἐλαττοῦν, ἡττᾶσθαι, νεωτερίζειν* antiquitatis auctoritatem habent, alia dubiae aetatis sunt: *πρωτιστεύειν* M. Anton. VII. 55. *ἀρειοῦν* Arcad. p. 164. Hesych. s. *Ἀρειούσει* (*ἀρειώσει*), *βελτιοῦν* v. Wyttenbach. ad Plut. T. 258
I. 553. *μεγιστεύειν, καλλιοῦν, κρεισσοῦν, ὀλιζοῦν, ἐλαττονεῖν, κρειττονεύειν* Herodian. Epim. p. 69. Non meliore jure sunt latina *certiorare, deminorare, meliorare, pejorare, infimare, intimare, proximare, postumare,* cum substantivis *summitas, proximitas, maximitas, postremitas,* quibus in graeco sermone unicum est quod conferri possit, *ῥᾳστώνη*. [V. Coraes. ad Plut. T. VI. p. 350, 60.] — In seq. versu Brunckius *ἐς*, ut solet, pro *εἰς*.

V. 439. *Οὐδ᾽ ἔργα μείω* — repetit Suidas s. *Οὐδ᾽ ἔργα.*

V. 441. *Καίτοι τοσοῦτόν γ᾽ ἐξεπίστασθαι.* Sic Suidas s. *Τοσοῦτον* et codd. fere omnes ut Aristid. p. 501. *καὶ μὴν τοσοῦτόν γ᾽ ἐπίστασθε.* Sed in *Γ.* Dresd. A. Mosq. B. deest *γέ*, ut in simili exordio Oed. T. 1455. et El. 331. *καίτοι τοσοῦτόν γ᾽ οἶδα*, cod. Monac. particulam posteriore loco omittit. *Τοσοῦτόν γ᾽* in hac parte senarii legitur saepius Philoct. 1305. [Oed. T. 836. 1455. Eur. El. 331.] Hipp. 1250. ubi Ald. et vett. Edd. *γέ* praetereunt [*ἐπεὶ τοιοῦτόν γ᾽* Arist. Plut. 897.]; *τοσοῦτον* solum in penthemimeri ante consonantem Med. 371. Philoct. 1223. et altera forma *πῶς δὴ τοσοῦτο μῆκος* Eum. 196. 421. Arist. Nubb. 831. ubi Hermannus ex plerisque codd. *τοσοῦτον* edidit. Sic etiam *τίκτειν τοιοῦτο πᾶν* Androm. 173. et *εἰ πᾶσι ταὐτὸ καλόν* Phoenn. 502. ubi

codd. quidam ταὐτόν, quod saepius in hac sede ante consonam extat Hipp. 1192. Hel. 495. Iph. T. 581. et perinde ut illud ubique scribendum apud Atticos, si valet Criticorum quorundam ratio omnia exaequantium v. Hermann. ad Oed. C. 794. Matthiae ad Iph. T. 641. ad Hipp. 1240. ad Phoenn. 499. Sed de aliis quoque vocabulis quaeri potest, utra forma in hac senarii parte uti maluerint poetae attici, spondaica an trochaica; ταῖς θεαῖσι πρῶτα Troad. 969. πρόςθητε πρῶτον· Heracl. 470. Τρῶες δὲ πρῶτον Troad. 386. ἀλλ᾽ οἱ θεοί σφι Oed. C. 421. πικροὺς ἐγώ σφι Med. 398. quam formam Elmslejus Tragicis in universum abjudicat ad Med. 393. πιθοῦ πάρασχε Hec. 842. Μενέλα᾽ ἐπίσχες Andr. 551. τρόποι τοιοῦτοι Eur. El. 1117. et 384. ubi Stobaeus τοιοίδε. Et vocalis si sequitur, num vocativi tertiae declinationis ὦ φίλτατ᾽ Ἕκτορ
259 Androm. 222. ὦ φίλτατ᾽ Αἶαν Aj. 1015. et similes Andr. v. 668. Iph. T. 271. an nominativi praestent. Adverbia in θεν exeuntia jam olim in quaestionem vocavi ad Phryn. p. 285. Etenim praeter locos illic memoratos ὕπερθε legitur Philoct. 29. Eur. Fragm. Sis. I. v. 31. ἔνερθε Eum. 977. (Rob. ἔνερθεν) πάροιθε Ion. 1580. Eum. 463. (cod. πάροιθεν) Eur. El. 904. sed πάροιθεν ib. 401. Heracl. 852. Hel. 465. 492. et Agam. 1345. ubi Blomfieldius Porsonum sequutus πάροιθε scripsit, nihil autem dixit de ἄνωθεν 844. et 1569. quod eodem modo scriptum est Hel. 1014. Acharn. 804. κεῖθεν Herc. 1128. Matthiae, qui Andr. 54. e codd. πρόσθε et Suppl. 667. Iph. T. 1333. ὄπισθε scripsit, multis aliis locis alteram formam retinuit; neque video, ad rem dirimendam quid afferri possit praeter literae finalis omissionem, μόνον δέδορκε τήν — et ἢ κἂν δόμοισι τυγχάνει — quo ipso tamen in loco nunquam ἡμίν, ὑμίν ante vocalem reperiuntur sed κοινῇ παρ᾽ ἡμῖν αἰὲν etc. Ceterum illam ad Phryn. annotationem quum vir doctissimus, quem modo nominavi, paullo properantius legisset, in Addend. ad Andr. v. 10. sententiam mihi tribuit alienissimam, *antiquiores dixisse* πρόσθεν, non πρόσθε, idque refellit aliquot Tragicorum exemplis, quibus potuisset Homeri, Hesiodi, aliorumque multorum adjungere auctoritates. Quosnam ego scriptores intelligi voluerim, manifestum facit tota disputatio et subscripta Platonis, Xenophontis et Lysiae nomina, apud quos quum πρόσθεν, ὄπισθεν, ἐκεῖθεν et cetera singulis fere paginis reperissem, breviores autem formas vix ter quaterve, nec sine codicum dissensione, has suspicatus sum aut a librariis profectas esse *N* finale crebro omittentibus, aut ab editoribus ad lineolam istam tenuem, qua haec litera notari solet v. Bast. Diss. Palaeogr. p. 740. et 762. parum attentis. Si vero in libris nuper collatis πρόσθε

saepius repertum est, id neque ante quam editi essent sciri potuit, neque, postquam editi sunt, uni Schaefero scire contigit, qui in App. ad Dem. T. II. 173. illam Matthiaei reprehensionem suam fecit, ceterum ad hujus rei disceptationem nihil contulit. *Ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις* legitur Dem. p. Cor. 257, 14. ubi unus cod. deterioris notae *ἔμπροσθε* 260
exhibet nec recepit Bekkerus, sed p. 293, 15. ob quatuor meliorum consensum hoc receptum est, similiterque *τὸν ἔμπροσθε χρόνον* ib. 319, 25, c. Mid. 516, 22. c. Timocr. 742, 4. ex aliquot libris editum sed in Fals. Leg. 423, 25. ubi unus Paris. *ἔμπροσθε* praefert, et p. 434, 11. ubi nullus huc declinat, *ἔμπροσθεν* remansit; in Or. c. Euerg. 1146. pro *ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ* substitutum est *πρόσθε*, uno cod. *ἔμπροσθε* praebente; *ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ* constanter legitur c. Nicostr. 1248, 3. et 1249, 1. *ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ* fals. leg. 361, 12. p. 446, 9. c. Steph. 1226, 17. *ἔμπροσθεν τοῦ συνεδρίου* c. Theocr. 1324, 11. intactum restat, sed pro *πρόσθεν τῶν Ἐπωνύμων* c. Lept. 485, 17. c. Tim. 795, 19. p. 708, 8. Bekkerus modo e paucis modo e pluribus *πρόσθε* edidit retento tamen *πρόσθεν* p. 708. Postremo *τὰ πρόσθεν πεπραγμένα* fals. leg. 381, 19. nihil discrepantibus libris, nisi quod plerique *ἔμπροσθεν* exhibent, et in Ep. II. 1471, 10. *ὁ πρόσθεν προεληλυθὼς χρόνος*, qua dictione nunquam utitur Demosthenes, unius cod. auctoritate mutatum in *πρόσθε*. Apud Platonem quae extant hujus adverbii exempla, in Ind. Lectt. Acad. a. MDCCCXXX. colligere institui sed non absolvi, quum Schneiderum ad Plat. Civ. T. I. p. 124. hanc curam sibi suscepisse intellexissem, qui si non plura atque locupletiora cognosset testimonia quam ante hos quindecim annos innotuerant, dubito num aliter atque ego judicaturus fuisset. In Isocr. c. Callim. 382. (458, 61.) pro vulgato *πρόσθεν* Bekkerus *πρόσθε* et Epist. IV. 415, 10. *εἰς τοὔμπροσθε* incertum quo auctore scripsit. In universum vero literae finalis exempla tanto numero superant, ut alteram scripturam non rejiciam quidem ab Atticorum usu, nam codicibus bonis et conspirantibus nonnunquam, ut ajunt, vel contra rationem obtemperandum est, sed tamen mirari non desistam, cur iidem scriptores in eadem formula *ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ*, centies pleniore forma, quinquies, si forte, minus plena uti decreverint.

V. 442. *Εἰ ζῶν Ἀχιλλεὺς τῶν ὅπλων τῶν ὧν πέρι.* Quid sibi voluerit Porsonus, quum *τῶνδ᾽ ὅπλων* corrigeret, parum apertum est.

V. 445. *Νῦν δ᾽ αὔτ᾽ Ἀτρεῖδαι φωτὶ παντουργῷ φρέ-* 261
νας. Cod. *Γ. νῦν ὧδ᾽.* — Aeschylus Sept. 655. *φωτὶ παν-*

τόλμῳ φρένας. Sophoclis versum afferunt Suidas s. *Παντουργῷ* et Thomas s. *Πανοῦργος* p. 677. ac saepius attigit Eustathius p. 524, 40. p. 647, 32. p. 1848, 51. *ὁ πανοῦργος καὶ παντουργὸς διάφορον σημασίαν ἔχει παρά γε τοῖς ὕστερον. Σοφοκλῆς γὰρ καὶ τὸν παντουργὸν εἰς ταὐτὸν ἄγει τῷ πανούργῳ, εἰπὼν ἀνδρὶ παντουργῷ φρένας*, cui pariter ut Thomae pro *φωτί* subrepsit inter scribendum notius *ἀνδρί* cf. Wellauer. ad Apoll. I. 1. *Παντορέκτης ἔρως* Anacreo Od. X. 11. quod restituendum Juliano Or. VI. 197. [restituit jam Wyttenbachius Ep. Cr. p. 239.] Pro *ξενοδαίκταν* vero Eur. Herc. 391. propter insolentem synaeresin scripserim *ξενοραίστην.* [*Δεδαιγμένος* tamen Pindaro, *δαιχθείς* etiam Euripidi [Heracl. 915.] tribuitur v. Buttm. in Ind. Anomm.] [In Euripidis loco *δαϊσθείς* metri causa bisyllabum pro *δαϊσθείς.*] Apud Hesychium *Παρήκτης πάντα πράττων ἐπὶ κακῷ* et *Παῤῥήκης*, quod iisdem verbis interpretatur, mendose scripta sunt pro *παῤῥέκτης. Ῥέκτης ἀνὴρ καὶ νέος* Synes. Ep. LXVII. 209. D. *δραστήριος καὶ ῥέκτης ἀνήρ* Cinnam. Hist. L. III. 1. apud antiquiores non legi; qui nihil pensi neque sancti habet, *παντοποιός* dicitur Theophr. Char. VI. Ad propositum locum pertinent Ajacis verba ap. Liban. T. I. 166. *θαυμάσαντες τὴν Ὀδυσσέως κομψείαν* (id est *πανουργίαν* v. Moeris p. 237.) *οὐδαμοῦ θέντες τὰς ἐμὰς ἀριστείας.* Verbum *πράσσειν* pro *καταχειρίζεσθαι* dici ostendit Dukerus ad Thucyd. IV. 89. Ed. Pr.

V. 447. *Καὶ φρένες διάστροφοι.* Thomas M. p. 221. *φρένες διάστροφοι τοῦ μαινομένου* vel ex hoc loco vel ex Aesch. Prom. 678. Inverso ordine cod. *Γ. καὶ διάστροφοι φρένες.* Reiskius malebat *τό τ' ὄμμα* pro *τόδ'*. Ed. Pr.

V. 448. *Γνώμης ἀπῆξαν.* Schol. Rom. *εἰ μὴ διὰ ἔκστασιν τοῦ δέοντος ἐξέπεσον αἱ διάνοιαί μοι*, quod ad lectionem a Turn. Steph. Cant. receptam *ἀπῇξαν* spectat. Alter *ἀντὶ τοῦ ἀπήγαγον· γράφεται καὶ ἀπεῖρξαν, ὅ ἐστιν ἐκώλυσαν.* Hoc *ἀπεῖρξαν* legitur in Bar. A. *Γ.* Mosq. B. Dresd. B. et Junt. Ceteri et Ald. *ἀπῆξαν*, quod ne quis pro *ἀπῇξαν* va-
262 lere putet, Brunckius veteres *ἀπήιξα* scribere adnotat. Hinc Abreschius ad Aesch. IV. p. 25. emendabat *γνώμης μ' ἀπῆξαν.* Sed aoristo *ἦξα*, quem Heathius Aeschylo Choeph. 950. Brunckius Aristophani Rann. 468. intulit, Tragici non utuntur. — Ad Sophoclis locum referenda sunt Libanii verba Ep. DCCCLI. p. 400. *σὺ δὲ μικροῦ ἐμιμήσω τὸν Αἴαντα τὸν ἄλλα μὲν βουληθέντα, ἀλλὰ δὲ ἀναγκασθέντα.* Ed. Pr.

V. 449. *Οὐκ ἄν ποτε δίκην κατ' ἄλλου φωτὸς ὧδ' ἐψήφισαν.* Eustathius p. 361, 29. inter alios Sophoclis anachronismos refert *τὸ οὐκ ἄν ποτε δίκην ὧδ' ἐψήφισαν· ψηφίζειν*

γὰρ οὔπω εἴδησαν (ᾔδεσαν) ἥρωες. Ed. Pr. Οὐκ ἂν ἐψήφισαν pro οὐκ ἂν ψηφίσειαν ut Plat. Eryx. 393. D. οὐκ ἂν προῃρεῖτο, εἰ μὴ-ἡγεῖτο. [Διά κεν μόλις ἦνθεν ὀϊστός Callim. Lav. 27. (em. ἔνθοι). εἶπε δ' ἂν ἴσως τις Liban. T. I. 647.] Julian. Ep. XXXIX. p. 70. οὐκ ἄν με τις ἐγράψατο παραβαίνοντα τὸν νόμον, εἴ σε — ἀξιώσαιμι. Praeterea non praetermittendum est Sophoclem activo [1]) usum esse pro medio. Plato Gorg. 515. E. οὐδεμίαν αἰσχρὰν δίκην κατεψηφίσαντο αὐτοῦ.

V. 450. Γοργῶπις ἀδάμαστος θεά. Hunc et seq. versum reddit Suidas s. Ἀδάμαστος, ubi glossema παρθένος subrepsit pro ἀδάμαστος in quo omnes codd. consentiunt. Hermannus tamen et eeteri ἀδάματος scripserunt, Criticorum Anglorum sententiae obsequuti, cui nihil derogare volo sed plane exploratam esse non puto.

V. 451. Χεῖρ' ἐπεντύνοντ' ἐμήν. Sic Ven. La. Θ. et plerique cod. Ἐπεντείνοντ' Paris. E. Aug. B. Dresd. AB. et alii quidam cum Aldo. In cod. Γ. ἐπεντύνοντ', sed supra scripta syllaba ει, ἐπεκτείνοντα supra scriptum habent Dresd. B. Mosq. A. idemque in duobus Lips. lectioni ἐπεντύνοντ' pro glossemate adscriptum est. Olim illud probavi cum Brunck. Schaef. et aliis; nunc ἐπεντύνοντα secundum Hermannum edidi ut lectius. Oppianus Hal. V. 562. ἤδη γὰρ δελφῖσιν ἐπεντύνουσιν ἄρηα· nec multum differunt bellum sive impetum parare et manum ad occidendum paratam habere. Valckenarii emendatione ἐπευθύνοντ' ad Hipp. 1183. non utimur.

V. 452. Ἐμβαλοῦσα λυσσώδη νόσον. Suidas l. c. λυσσώδει νόσῳ, quod Hemsterhusio placuisse refert Ruhnkenius ad Tim. p. 106. Nos codicum fidem potiorem ducimus. Ed. Pr.

V. 453. Ὥςτ' ἐν τοιοῖςδε — βοτοῖς. *Tam vilibus pecudibus*, ut interpretatur Matthiae ad h. l. et in Gramm. §. 471. 263
p. 875. improbans Hermanni sententiam, qui ὥςτ' ἐν τοιοῖςδε βοτοῖς dictum putat pro ὥςτ' ὧδ' ἐν βοτοῖς.

V. 455. Ἐμοῦ μὲν οὐχ ἑκόντος. Schol. Rom. γράφεται οὐκ ἔχοντος, δηλονότι τὸ ἔγκλημα τῆς φυγῆς αὐτῶν, quod ineptum est. Ed. Pr.

V. 456. Φύγοι γ' ἂν χὠ κακὸς τὸν κρείσσονα. Mosq. A. τἄν, quod Hermannus Elmslejo assensus recepit ut frequens in apodosi v. Wellauer. ad Sept. 534. Sententia simi-

---

[1]) [Sic et Appian. Civ. II. 30. Καίσαρι δ' ἐπεψήφιζον τοὺς διαδόχους. Dionys. A. R. I. 70. 177. τὴν δίκην ἐπεψήφισεν ὁ δῆμος.]

lis El. 687. *ὅταν δέ τις θεῶν βλάπτῃ, δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν.*

V. 458. *Ὅςτις ἐμφανῶς θεοῖς ἐχθαίρομαι, μισεῖ δέ μ' Ἑλλήνων στρατός.* Nonnulli post *ἐχθαίρομαι* et post *στρατός* plenius interpungunt, sic ut haec *μισεῖ δὲ — ἔχθει δέ —* incise membratimque proferantur. Sed vis relativi *ὅςτις* ad omnia pertinere videtur *ὅντινα θεοὶ ἐχθαίρουσι, μισεῖ δὲ στρατὸς, ἔχθει δὲ Τροία.* Si de alio loqueretur Ajax, sic diceret *ὅςτις ἐχθαίρεται, μισεῖ δὲ αὐτόν*, ut Demosth. p. 53, 3. *οἷς οὐκ ἐχαρίζοντο, οὐδὲ ἐφίλουν αὐτούς* etc. *ἔχω Ἑλένην, ἣν κόροι ὤλβισαν, ἐμοῦ δ' ἐνόσφισαν θεοί σε* Eur. Hel. 648. qui locus varie tractatur [1]).

V. 459. *Καὶ πεδία τάδε.* Hermannus Praef. Hec. XXXIX. correxit *καὶ πέδον τόδε.* Similes tamen exitus Philoct. 1303. *ἄνδρα πολέμιον* Eur. Hel. 995. *ἐς τὸ θῆλυ*
264 *τρεπόμενος.* Ion. 1541. *τοῦ θεοῦ δὲ λεγόμενος.* Pluralis *τὰ πέδα* legitur Eur. Bacch. 588. Graecis inusitatus, quod non satis attendit Jacobsius Exercc. Crit. I. 150. et Animm. ad Eur. p. 131. eundem numerum inferens Eur. Hel. v. 2. *Νεῖλος ὃς Αἰγύπτου πέδων ὑγραίνει γύας.* Ed. Pr. [Quod olim suspicabar, hoc loco pro *γύας* scribendum esse *χοαῖς*, id nequaquam tuebor, sed idem exempla parallelismi, quae Matthiae ad h. v. affert, parum opportuna judico, partim propter lectionis et interpretationis ambiguitatem, partim quia, quae ambigua non sunt, duo nomina longe diversae significationis continent, unum *ἔχιδνα* et *γραφή*, alterum *φυγή* et *ποῦς*, tertium *ὅπλα* et *πύργοι*, inter quae plurimum interest, sed *πέδον* et *γύαι* propemodum idem significant. Num quis parallela dicat, quae Euripides composuit casibus paribus Iph. A. 1434. *τί σιγῇ δακρύοις τέγγεις κόρας* vel ibidem v. 765. *Ἄρης εὐπρῴροις πλάταις εἰρεσίᾳ πελάζει (Σιμουντίοις ὀχετοῖς).* Haec si indiscrete proponantur tironibus, periculum est ne graece dici putent *Τυδεὺς ἄνδρα ἔκτεινε φῶτα.*

---

[1]) Nonnunquam, si quis de se tanquam de alio loquitur, personae miscentur. Hom. Il. *K.* 88. est Agamemno de se loquens: *γνώσεαι Ἀγαμέμνονα τὸν Ζεὺς ἐνέηκε πόνοισιν, εἰςόκε μοι φίλα γούνατ' ὀρώρῃ.* [E. 877. *ἄλλοι μὲν γὰρ πάντες, ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ, σοί τ' ἐπιπείθονται καὶ δεδμήμεσθα ἕκαστος.*] Soph. Oed. C. 3. *τίς δέξεται Οἰδίπουν σμικρὸν φέροντα καὶ τόδ' ἐξαρκοῦν ἐμοί.* Xenoph. Anab. VII. 6, 36. *ἣν ταῦτα ποιήσητε, ἄνδρα κατακανόντες ἔσεσθε — πᾶν, ὅσον ἐγὼ ἐδυνάμην, διατεινάμενον.* Plato Gorg. 458. A. *ἐγὼ δὲ τίνων εἰμί; τῶν ἡδέως ἂν ἐλεγχθέντων εἴ τι μὴ ἀληθὲς λέγοιμι.* Apud Apollonium III. 559. *ἦ ῥα γυναιξὶν ὁμόστολοι ἐνθάδ' ἔβημεν, οἳ Κύπριν καλέουσιν ἐπίρροθον ἄμμι πέλεσθαι*, quae qui dicit consilii a se improbati auctores primum a se et a reliquo Argonautarum coetu segregans tertia utitur persona, mox autem, quia omnes eidem societati adscripti sunt, ad pronomen primae personae relabitur.

Reisigius autem, quem Matthiae antestatur, inconsiderate illud *πέδον — γύας* cum Aristophaneo *πέδον — μελανοσυρμαῖον λεών* et id genus aliis comparat, in quibus ne umbra quidem similitudinis apparet.]

V. 461. *Λιπὼν μόνους Ἀτρείδας πέλαγος Αἰγαῖον περῶ.* Eur. Hel. 1199. *κενὰς λιποῦσ' ἕδρας.* Iph. A. 806. *οἴκους ἐρήμους ἐκλιπόντες.* Tryphiod. 141. *λιπόντες ἐρημαίην χθονὸς ἀκτήν.* [Quint. XIII. 313. *λιπὼν οἰήϊα μοῦνα.*] Plato Polit. 298. B. *καταλιπόντες ἐρήμους*, et Plutarch. V. Lucull. c. XXX. *οἰχήσονται τὸν Πόντον ἔρημον ἀπολιπόντες*, id est destituentes, quod plus est quam relinquentes, idque hoc loco significari Scholiastes docet. *Αἰγαῖον* in omnibus codd. eodem notatur accentu, etsi Suidas *αἴγαιος κόλπος* et *αἴγαιον πέλαγος* s. h. v. *ἀττικώτερον* esse dicit, eaque notatio in utroque genere vulgo recepta est; *ὁ Αἰγαῖος* Aristot. Meteor. II. 1. 354, 15. Plut. V. Cim. c. VIII. Lucian. Navig. §. 32. Aristid. 248. T. I. [Liban. T. I. p. 13.] Galen. de Med. Simpl. IX. 2. p. 172. T. XII. Themist. Or. I. 7. Philostr. V. Ap. IV. 24. p. 163. *τὸ Αἰγαῖον* Herodo. IV. 85. VII. 55. Thucyd. IV. 109, 4. Aristot. de Mund. c. III. Menand. Fragm. 265
p. 26. Callim. Fragm. CXV. Diod. V. 47. Strab. VIII. 239. XIII. 417. Lucian. Hermot. §. 28. Maxim. Tyr. XXXIX. 250. Append. Epigr. XV. 758. Nonnulla tamen in Tragicorum libris supersunt alterius scripturae vestigia; in Eur. Andr. v. 1. et 82. pro *Αἰγαῖον* cod. Havn. proparoxytonon praebet, ut legitur in Julian. Or. V. 159. D. pro *Αἰγαῖον πέλαγος* Aesch. Agam. 645. apud Grammaticum, qui hunc locum transscripsit, *Αἴγεον* legitur. Si mare ab urbe *Αἰγαί* denominatum est v. Strab. VIII. 386. Schol. Apoll. I. 1165. Schol. Pind. V. 67. eodem accentu scribi oportet quo gentilicium *Αἰγαῖος*, si a fluctibus (*αἶγες*) v. Reiff. ad Artem. p. 328. *Αἴγειον*, pro quo dorice *Αἰγαῖον* dici ut *κύπαιρος* tradit Etym. M. p. 28, 36. mutati autem accentus rationem non reddit neque aliud catabibasmi exemplum in promtu est praeter illud *λιγαία* in versu aeolici poetae, quod Lehrsius in Quaest. Epic. Spec. I. p. 8. merito rejicit, Hermannus Opusc. T. II. 201. *λίγαια* scribit. Sed haec accentus inconstantia reperitur in multis nominibus propriis in $\overline{\alpha\iota o\varsigma}$ exeuntibus, *Πήδαιος, Τρύγαιος, Ἐρυσίχαιος* etc. quae in alium locum differo.

V. 462. *Καὶ ποῖον ὄμμα δηλώσω.* Herodo. I. 37. *τέοισι με χρὴ ὄμμασι φαίνεσθαι.* Aeschin. c. Ctes. 512. *ποίοις ὄμμασι τὰς ἱκεσίας ποιεῖσθε.* Iph. A. 457. *ποῖον ὄμμα συμβαλῶ.* — Ex hac Ajacis oratione multa transtulit Libanius in declamationem Ajacis morituri T. IV. 1039. Ed. Pr.

V. 465. *Στέφανον εὐκλείας* — eadem verba Eur. Suppl. 325. Antiop. Fragm. XXXVIII. (4.) 80. *στέφανος ἀριστείας* Dionys. Antiqq. VI. c. 58. *στέφανος δικαιοσύνης καὶ χρηστότητος* Plut. Comp. Philop. c. Flamm. c. III. *στέφανον ἀρετῆς στεφανωσάμενος ἥκω* Philostr. V. Ap. VII. 14, 294.

V. 466. *Ἀλλὰ δῆτ' ἰών* — Hic fortasse poetae animo occurrebat, quod a nonnullis memoriae proditum videtur, Ajacem insanum in hostes impetum fecisse. Cicero Tusc. IV. c. 23. ***semper Ajax fortis, fortissimum tamen cum Danais inclinantibus praelium restituit insaniens***, quod Gronovius Observatt. II. 2, 172. non recte de ira accepit. Philostr. Herr. XI. 721. *μανέντα αὐτὸν ἔδεισαν πλέον μὴ προςβαλὼν τῷ τείχει ῥήξει αὐτό.* Ed. Pr.

266 V. 467. *Ξυμπεσὼν μόνος μόνοις.* Cod. *Γ. ἐμπεσών.* Ordo verborum in hoc parallelismo legitimus est ut rectus casus praecedat, oliquus sequatur *σὺν τέκνοις μόνη μόνοις, Ἕκτορος μόνος μόνου* v. Aj. 1283. Heracl. 807. Med. 513. Demosth. 273, 1. Aristot. Epigr. ap. Aelian. H. Ann. XI. 49. cf. Abresch. Auct. p. 224. [Foertsch. in Commentatione Lysiae praemissa p. 47.] Pro *δρᾶν τι χρηστόν* Euripides Iph. A. 371. *δρᾶν τι κεδνόν.*

V. 469. *Ὧδέ γ' Ἀτρείδας ἂν εὐφράναιμί που.* Mosq. B. et alius *ὧδ' ἂν Ἀτρ. εὔφρ.* ex quo Elmsleji nata est conjectura *ἀλλ' ὧδ' ἂν Ἀτρείδας ἄν.* — *Εὐφράνοιμι* exhibent Jen. Aug. C. duo Lips. Heidelb. Ald. ut *ἐπαινέσοι ἄν* Plato Legg. IV. 719. E. *κολάσοιεν ἄν* M. Anton. Epist. 277. v. Saupp. ad Lyc. p. 97. et saepius post particulas *εἰ ἅψοιτο* Themist. Or. XXI. 256. A. ubi *ἅψαιτο* corrigunt, *ὅπως ἄν τι διδάξαιμι καὶ προςαξοίμην ὑμᾶς* XXIII. 283. *ὡς θεάσοιντο* Herodian. III. 4. p. 61, 13. *εἰ καταυλήσοι τις* Athen. XIV. 624. Apud Themist. Or. XXV. 310. C. *ὃς ἂν — εὐτρεπίσοι, ὃς — χωρήσει,* Harduinus *εὐτρεπίσειεν* emendat. [*νομίσοι ἄν* Simplic. Comm. in Enchir. X. p. 109. *πῶς οὐκ ἂν παρασκευάσοι* XIII. 149. *δόξοιτε ἄν* Agath. Hist. II. 12, 49. B.] [*ἐξεναρίξοι — πειρήσαιτο* Apollon. Rh. III. 398. *οὐκ ἄν τις ἀγορεύσοι* Dionys. Per. 1168.]

V. 472. *Μή τοι φύσιν γ' ἄσπλαγχνος* — affert Suidas s. *Ἄσπλαγχνος* omisso *γ'.* [V. Hesych. s. *ἄσπλαγχνος.*]

V. 473. *Αἰσχρὸν γάρ* — Hunc versum cum proximo exhibet idem s. *Αἰσχρόν,* cum sex seqq. Stobaeus Serm. T. VII. 3. p. 174. et CXXI. 22.

V. 475. 476. *Τί γὰρ παρ' ἦμαρ ἡμέρα τέρπειν ἔχει προςθεῖσα κἀναθεῖσα τοῦ γε κατθανεῖν.* Sententiae summam reddit Eustathius p. 906, 35. *τὸ μετ' εὐκλείας θανεῖν τῶν ἀγαθῶν μόνον ἴδιον, καὶ τὴν παραυτίκα σωτηρίαν οὐκ ἀπαλ-*

λαγὴν θανάτου δοξάζει ἀλλὰ μικρὰν χρόνου ἀναβολήν· τί γὰρ παρ' ἦμαρ ἡμέρα τέρπειν ἔχει. id quod alii aliis verbis pronunciarunt. Plut. V. Caes. c. LVII. 734. E. βέλτιόν ἐστιν ἅπαξ ἀποθανεῖν ἢ ἀεὶ προςδοκᾶν. Liban. T. IV. 143. ἧττον εἰς συμφορὰν εἰςάπαξ ἀποθανεῖν ἢ πολλάκις ἐγγὺς ἰέναι τοῦ θανάτου. Sed alterius versus et lectio incerta est et interpretatio. Schol. min. τί γὰρ ἔχει ἡμέρα τέρπειν προςθεῖσα ἑαυτὴν δηλονότι ἐπὶ ἤματι καὶ ἀνεθεῖσα τοῦ κατθανεῖν ἤγουν ἀπολυθεῖσα καὶ ἐλευθερωθεῖσα τοῦ θανάτου. Hic igitur ἀνεθεῖσα legit ut Bodl. Membr. Aug. C. aliique intra 267
lineas, quod recepit Brunckius; ceteri ἀναθεῖσα, ut Stob. l. c. et Moschopulus Lex. s. Ἀνατίθημι, τὸ ἀναθεῖσα τοῦ κατθανεῖν παρὰ Σοφοκλεῖ κατὰ διάφρασιν (κατὰ διάφορα Grammaticus Ammonio praemissus) συντακτέον εἰς γενικὴν, οἷον ὑπέρθεσιν ποιουμένη τοῦ θανάτου. Hermannus, qui ἀναθεῖσα adscivit, utrumque ita interpretatur; *quid potest dies cum die alternans oblectationis habere*, *quum nihil nisi de moriendi necessitate aut addat aliquid aut differat*, genitivo τοῦ κατθανεῖν partitivam, ut videtur, notionem subjiciens, quae verbo προςθεῖναι apprime convenit sed cum ἀναθεῖναι minus apte conciliata est. Interim Hermanni sententiam veri simillimam duco, hoc uno excepto, quod ἡμέρα παρ' ἡμέραν non alterni dies significare videntur sed ἡμέρα παρ' ἡμέραν θεωρουμένη sive ἡμέραι παράλληλα ἐξεταζόμεναι. Neque enim unus post alterum dies finem fatalem nobis admovet removetque, sic ut de nobis dici possit, quod de Dioscuris, ὅτι παρ' ἡμέραν ζῶμεν καὶ ἀποθνήσκομεν, sed dies singuli; ut germanice dicam, *jeder Tag bringt uns um einen Schritt dem Tode näher und entrückt uns ihm wider für den Augenblick*, illud, quia quotidie consenescimus, hoc, quia die consummato mortis pericula nobis evasisse videmur. Ergo hoc dici videtur τί τερπνὸν τὸ ζῆν, τουτέστιν ἡ ἀπαράλλακτος τῶν ἡμερῶν ἐπαλληλία, τοῦ γε κατθανεῖν πάντως προκειμένου οὕπερ ἑκάστη ἡμέρα προςτίθησί τι καὶ αὖ ἀνατίθησιν αὐτό, genitivo τοῦ κατθανεῖν ad verbum primarium προςθεῖσα accommodato. *Qui melius consulat, consul fiat!* Quum Brunckius negasset ἀναθεῖσα ferri posse, quia sequatur genitivus, hunc a προςθεῖσα quamvis interjecto alio verbo regi posse dixi multisque constructionis suspensae exemplis confirmavi. Simplicissima trajectio est Hesiod. Theog. 151. πάντας ἀποκρύπτασκε, καὶ ἐς φάος οὐκ ἀνίεσκε, γαίης ἐν κευθμῶνι. Eur. Ion. 700. ἡ μὲν ἔῤῥει συμφοραῖς, ὁ δ' εὐτυχεῖ, πολιὸν εἰςπεσοῦσα γῆρας. Orest. 1143. οὐ δεῖ Μενέλεων μὲν εὐτυχεῖν, τὸν σὸν δὲ πατέρα καὶ σὲ θανεῖν, δόμους τ' ἔχειν σούς, ubi si infinitivum ἔχειν in participium omissa copula mutaveris, hu-

jus eadem erit quae antecedentis loci constructio. Adde
268 Apollon. III. 130. ἥπαφες, οὐδὲ δίκῃ περιέπλεο, νῆιν ἐόντα. His locis enuntiatum, quod a particula adversativa vel copulativa inducitur, ad finem periodi rejici poterat, sed praeponitur gravius. Cur vero Lycurgus c. Leocr. p. 185. (219, 85. Bekk.) κατακλεισθέντες ἐπολιορκοῦντο καὶ διεκαρτέρουν εἰς τὴν πατρίδα, postrema verba a participio, quo pertinent, sejungere maluerit, haud cito dixeris, atque Eur. Cycl. 604. μὴ — αὐτόν τε ναύτας τ' ἀπολέσητ' Ὀδυσσέα, quare Ὀδυσσέως scribere noluerit, suspicari quidem licet, neque tamen, si sic scripsisset, oratio foret obscurior. Alii alias habuerunt mutandi ordinis causas. Xenophon Hell. VII. 3, 7. ὑμεῖς τοὺς περὶ Ἀρχίαν οὐ ψῆφον ἀνεμείνατε ἀλλὰ ἐτιμωρήσασθε, si omissa adversativa participio οὐδὲ ψῆφον ἀναμείναντες usus esset, minus clare expressisset affectum loquentis. Idem I. 5, 9. si scripsit, quod vulgatum est, ὅρκους ἔλαβον καὶ ἔδοσαν παρὰ Φαρναβάζου (cod. πρὸς Φαρνάβαζον) noluit verba legitima ὅρκους λαβεῖν καὶ δοῦναι divellere, quod fecit Demosthenes p. 235, 13. Thucydides brevitatis causa saepe extra constructionem interponit aliqua, quae si suo loco collocare voluisset, sententia in plures atque minutas partes distrahenda erat, et post longiores ambages coeptam constructionem addita particula redorditur III. 34. ὁ Πάχης προκαλεσάμενος ἐς λόγους Ἱππίαν — — ὁ μὲν Ἱππίας ἐξῆλθε παρ' αὐτὸν, ὁ δ' ἐκεῖνον ἐν φυλακῇ εἶχε. Rursus in Epigr. Anth. VII. n. 664. Ἀρχίλοχον καὶ στᾶθι καὶ εἴσιδε τὸν πάλαι ποιητάν, apparet nomen viri, quo de agitur, ex industria primo positum esse loco [1]). Praetermitto concinnitatem sententiarum et numerorum, cujus rationes vix satis perspicimus. Rarior est illa conformatio enuntiatorum simplicium, in quibus duo verba cum uno nomine ita conjuncta sunt ut hoc regatur a priori, alterum autem rectione careat; Plutarch. Praecc. Reip. ger. p. 799. (c. III. 141.) οἱ κόλακες ὥσπερ ὀρνιθοθῆραι μιμούμενοι τῇ φωνῇ ὑποδύονται καὶ προσάγουσι τοῖς βασιλεῦσι, quo exemplo tuebar Isocr. Paneg. p. 149. C. θαυμάζοντες καὶ ὁμιλοῦντες τοὺς ἐν τούτοις πρωτεύοντας [2]).

---

[1]) [Agathias II. 3, 38. A. τότε δὴ οἱ Φράγγοι, διελύετο μὲν αὐτοῖς ἡ παράταξις, γινόμενοι δὲ — ἐγίνωσκον. Quod in Ed. pr. p. 294. scripsi in Eur. Herc. 775. ὁ χρυσὸς ἅ τ' εὐτυχία φρονεῖν βροτοὺς ἐξάγεται, verbum φρονεῖν valere *superbire*, id etiam nunc ita statuo confirmatus Mehlhornii judicio l. c. p. 3.]

[2]) Benselerus vulgatam lectionem non recte comparat cum Thucyd. I. 39. ubi nullum hyperbaton esse sentiet qui orationem obliquam verterit in rectam μὴ δοκείτω δίκαια λέγειν ὁ προκαλούμενος τὴν δίκην προὔχων καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς. Sed erit fortasse, qui in Plutarchi loco verbo προσάγουσι

Praeterea duos attuli locos qui a Schaefero in disceptatio- 269
nem vocati sunt. Primus est Zenodoti Epigr. I. p. 65. T. II. *ἄρσενα γὰρ λόγον εὗρες, ἐνηθλήσω δὲ προνοίᾳ, αἵρεσιν ἀτρέστου ματέρ' ἐλευθερίας*, de quo mecum sentit Jacobsius ad Anth. Pal. p. 243. Schaeferus autem ad Dem. T. V. 772. contendit *αἵρεσιν* et sequentia appositionis modo utrinque pendere et a *λόγον εὗρες* et ab *ἐνηθλήσω*, quod ut non nego fieri posse, ita neminem fore puto quin hanc rationem valde operosam esse intelligat. Neque de Theocr. XIII. 22.

Ἀργὼ κυανεᾶν οὐχ ἥψατο συνδρομάδων ναῦς
ἀλλὰ διεξήϊξε, βαθὺν δ' εἰςέδραμε Φᾶσιν,
αἰετὸς ὣς μέγα λαῖτμα

viro doctissimo plus concedo quam ambiguum esse utrum Phasis, ut Jacobsio visum, *μέγα λαῖτμα* dicatur, an quod Huschkius in Wolfii Anall. Vol. I. p. 173. mihi assensus est, haec duo nomina proxime cum verbo conjungenda sint. Prius qui obtinere voluerit, demonstret necesse est, *λαῖτμα* apud poetas Nonno antiquiores de fluvio dici. Sed ut hoc quoque in medio relinquatur, illud, quod ego intendi, constructionem verbi et nominis interdum interpositione enuntiati secundarii interrumpi, satis superque demonstratum est tum superioribus exemplis tum iis quae Pflugkius ad Eur. Hec. 605. adjecit aliique viri docti, quos Poppo nominat ad Thucyd. III. 68.[1]) [*Χειμῶνα — ἐλθεῖν τελευτῆσαί τε δαιμόνων κότῳ* Aesch. Ag. 645.] [De interrupta constructione mecum sentit Foertschius in Comment. l. c. p. 53. Hunc totum locum erudite illustravit Wanowski in Synt. Anac. idemque p. 249. affert illud *τεθνάναι τινά*, quod cum latins *demori aliquam*, i. e. deperire, conferri potest.]

V. 477. *Οὐκ ἂν πριαίμην — βροτόν* — afferunt hunc versum Thomas M. p. 663. (270. Ritsch.) et Eustath. p. 757,
35. eundem cum insequente Suidas s. *Θερμόν* et *Πριάμενος*, 270
et Nicodemus Progymn. c. 23. p. 525. T. I. Scholiastes *θερμαίνεται* interpretatur *θαῤῥεῖ, καθ' ὃ λέγεται θάλπον παρ' Ὁμήρῳ τὸ θάρσος* scrib. *θαλπωρή*. Eustath. p. 651, 60. et 1408, 48. *τὴν ἐλπίδα θαλπωρὴν λέγει καὶ ἡ τραγῳδία κεναῖς*

---

neutralem potius accedendi significationem tribuat. In ejusdem de S. N. V. c. II. 217. *ἡ ὕστερον ἁψαμένη νόσος καὶ καταvεμηθεῖσα τοῦ σώματος*, genitivus fortasse pendet ex praepositione *κατά*.

[1]) Eodem modo H. Wolfius interpretatur Demosthenis locum notissimum Phil. I. 53. *οἱ μὲν ἐχθροὶ καταγελῶσιν, οἱ δὲ σύμμαχοι τεθνᾶσι τῷ δέει, τοὺς τοιούτους ἀποστόλους.* quod veteres *σχῆμα Δημοσθενικόν* vocant v. Phot. CCXLVIII. 692. sed non convenit illa ratio ceteris exemplis v. Ellendt. ad Arrian. T. II. 386.

ἐλπίσιν θερμαίνεται. Ubique κεναῖσιν legitur, pro quo ap. Stobaeum (v. ad v. 473.) καλαῖσιν subrepsit.

V. 479. Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν. Musgravius praefert quod ap. Schol. Hermog. p. 371. legitur ἢ γὰρ καλῶς ζῆν. Idem fortasse legit Libanius, qui in Decl. p. 1040. T. IV. Ajacem ita loquentem inducit δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἢ ζῆν εὐδοκιμοῦντας ἢ τεθνηκέναι. Sed vulgatam sequuntur Schol. Plat. p. 142. ed. Ruhnk. et Suid. s. Ἀλλ' ἤ et Εὐγενής. Charondas Stob. CXLV. 469. et Isocr. ad Nicocl. p. 22. κρεῖττον τεθνάναι καλῶς ἢ ζῆν αἰσχρῶς. [Anecd. Bachm. T. II. 48. καλῶς ζῆν τὸν εὐγενῆ χρή.] Vilior sed tritior Euripidis sententia Iph. A. 1252. κακῶς ζῆν κρεῖσσον ἢ καλῶς θανεῖν. Ajacis fortasse verba sunt quae leguntur in Armorum judicio Fr. III. τί γὰρ καλὸν ζῆν βίοτον ὃς λύπας φέρει. Ed. Pr.

V. 481. Ὡς ὑπόβλητον λόγον. Cod. Γ. et duo Mosqq. ἀπόβλητον, quod Schol. Barocc. interpretatur ἡμαρτημένον τοῦ σκοποῦ. Sed illud retinent Suid. s. h. v. Moschopul. ad Il. A. 292. et tacite Eustathius p. 106, 7. Σοφοκλῆς ὑποβολιμαίους εἶπε λόγους τοὺς μὴ γνησίους etc. Ed. Pr.

V. 482. Αἴας — τῆς σαυτοῦ φρενός. Apud Suid. l. c. Αἶαν legitur, τῆς αὑτοῦ in Γ. et cod. Suidae.

V. 484. Τάςδε φροντίδας μεθείς. Lips. B. μεθές, sed cum glossa καταλιπών. Affert haec verba Καὶ — μεθείς Suidas s. Μεθέσθαι. Ed. Pr.

V. 485. Ὦ δέσποτ' Αἴας — Suidas s. Ἀναγκαία, ubi Αἶαν, Zonaras T. I. 178. Eustath. p. 1089, 38. παρὰ Σοφοκλεῖ ἀναγκαία τύχη ἡ δουλική, quem sequitur Brunckius, quasi Tecmessa de sua loquatur captivitate suoque exemplo Ajacem docere velit mala aequo ferenda esse animo, id quod a modestia ejus longe alienum videtur. Imo nihil dicit nisi quod vel cerdo regi dicere possit, οὐδὲν ἰσχυρότερον ἀνάγκης καὶ τύχης Diod. XV. 63. δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύει πλέον
271 Eur. Hel. 521. Pro ἀνάγκη autem dicitur ἀναγκαία τύχη. Plat. Legg. VII. 806. A. εἰ διαμάχεσθαι περὶ πόλεως ἀναγκαία τύχη γίγνοιτο, Damascius ap. Suid. T. II. 760. ἀπ' οὐδεμιᾶς ἀναγκαίας τύχης αὐθαίρετον συνέβη γενέσθαι τὴν μεταβολήν cf. Demosth. Ep. II. 1468, 14. Ergo sapienti convenit τἀναγκαῖα τοῦ βίου φέρειν ὡς ῥᾷστα Hel. 255. atque hoc est quod Ajacem Tecmessa admonet. Quoniam vero ipsa hanc necessitatem experta erat, continuo suae fortunae meminit, utique non ut suum exemplum Ajaci imitandum proponat sed ut ejus commoveat miserationem. Ed. Pr. Cum Brunckio facit Hermannus.

V. 485. Εἴπερ τινὸς σθένοντος ἐν πλούτῳ. Ἐκ πλούτου cod. Γ. εἴπερ τινές Θ. Dresd. B. et duo Lips. quod a

correctore profectum videtur attractionis ignaro. Arrian. Alex. III. 22, 3. *Δαρείῳ — ἀνδρὶ τὰ μὲν πολέμια εἴπερ τινὶ μαλθακῷ*, Galen. de diffic. Resp. III. 4. 273. T. III. *ἀσαφῶς ἡρμήνευται ἐν τῷ Προγνωστικῷ, καίτοιγ' εἴπερ τῷ καὶ ἄλλῳ τῶν Ἱπποκράτους βιβλίων ὑπάρχοντι σαφεῖ*, Athen. XII. 536. D. *σεμνότατον γενόμενον καὶ παιδείας εἴτινα καὶ ἄλλον καὶ αὐτὸν ἐπιμεληθέντα*, et omisso nomine *ἄλλος* Gregor. Naz. Or. XVIII. 351. *τὰ εἰκότα τιμήσομεν εἴπερ τινὰ οὖσαν τιμῆς ἀξίαν*. Matthiae commata post *τινός* et *πλούτῳ* sustulit, quia *εἴπερ τινὸς σθένοντος* valeat pro *μέγιστον σθένοντος*.

V. 489. *Νῦν δ' εἰμὶ δούλη* — Hunc locum imitari videtur Achilles Tatius V. 17. p. 118. *ἐλέησόν με γυνὴ γυναῖκα, ἐλευθέραν μὲν ὡς ἔφυν, δούλην δὲ ὡς δοκεῖ τῇ τύχῃ.* Eur. Hec. 349. *τί γάρ με δεῖ ζῆν, ᾗ πατὴρ μὲν ἦν ἄναξ Φρυγῶν ἁπάντων — νῦν δ' εἰμὶ δούλη.* Soph. Oed. C. 964. *θεοῖς γὰρ ἦν οὕτω φίλον.* Hanc autem Tecmessae orationem Spengelius Synag. rhet. p. 21. suspicatur Andocidem spectasse, quum illa diceret c. Alcib. 32, 23. *τῆς γυναικός, ἣν ἀντ' ἐλευθέρας δούλην κατέστησε καὶ ἧς τὸν πατέρα καὶ τοὺς προσήκοντας ἀπέκτεινε καὶ ἧς τὴν πόλιν ἀνάστατον πεποίηκε — ἀλλ' ὑμεῖς ἐν ταῖς τραγῳδίαις τοιαῦτα θεωροῦντες δεινὰ νομίζετε.* Haec tamen eadem omnia ab Andromache, Cassandra, Briseide, dici potuerunt.

V. 490. *Ἐπεὶ τὸ σὸν λέχος ξυνῆλθον.* Cum his Por- 272
sonus contendit Phoenn. 831. (824.) *ἡ δὲ σύναιμον λέχος ἦλθεν*, ubi codd. nonnulli praepositionem addunt, qua et h. l. Scholiastes utitur et Schol. Thuc. I. 3. *ταύτην τὴν στρατείαν ξυνῆλθον* explanat, sed minus necessariam esse apparet ex Trach. 28. *λέχος Ἡρακλεῖ συστᾶσα*, pro quo *συνελθοῦσα* dici poterat. Verbum simplex *λέχος τινὸς ἐλθεῖν* non aliter intelligi potest quam *οἰκίαν τινὸς ἐλθεῖν*, hoc est ea ratione, quae vulgo praepositione significatur. Verba *εὖ φρονῶ τὰ σά* excerpsit Suidas s. h. v. Sequentia contulit Ursinus ad Virgilium p. 332. ed. Valck.

V. 493. *Εὐνῆς τε τῆς σῆς, ἧς συνηλλάχθης ἐμοί.* Suidas *Συνηλλάγην σοι καὶ συνηλλάχθης ἐμοί, ἀντὶ τοῦ συναλλαγὰς ἔχεις, γάμῳ συνεζεύχθης*, nostrum haud dubie locum spectans, in quo Brunckius *ξυνηλλάχθης* scripsit contra codd. et Edd. vet. — *ἧς* Jen. Dresd. B. Mosq. B. Membr. et duo alii Brunckiani; *ᾗ* La. Lb. *ΓΘ.* Ven. et ceteri, quod recepit cum Hermanno Dindorfius. Prius Brunckius probavit attractionem necessariam putans, quam saepissime poetae Tragici negligunt; *ἀρχῆς, ἣν ἐμοὶ ἐνεχείρισε* Oed. T. 384. *ἀδελφῆς, ἣν οὐκ εἶδον* Orest. 78. *ἀδελφῆς, ἣν σοι κατηγγύησα* v. 1079. *τοσαύτης, ἣν ἐπῆλθον, Ἑλλάδος* Heracl. 152. ubi Elmslejus

aliquando ἧς optavit; et saepius alibi. Sed haec exempla propterea delegi, ne quis sigmatismi causa pro genitivo accusativum positum putet; nam eum non vitasse Tragicos etiamsi possent, ostendit Eur. Ion. 1469. τῆς ἡδονῆς τῆσδ', ἧς ἔδωχ' ὑμῖν ἐγώ. Itaque verum est quod Eustathius p. 147, 10. dicit χαίρω τῷ λόγῳ ᾧ λέγεις καὶ ὃν λέγεις· καὶ γὰρ τοῦτο ἀσόλοικον. Ed. Pr. Quod Bernhardy Synt. p. 301. affirmat Atticos raro attractione non uti, id quam verum sit apparebit ex unius generis exemplis: τοῦ ὅρκου, ὃν ὤμοσαν Isaeus de Her. Men. p. 37, 47. Demosth. c. Phaen. 1044, 7. τῶν ὅρκων, οὓς ὤμοσαν Thucyd. II. 73. Isaeus de Nicostr. 49, 31. de Ciron. 74, 46. Dinarch. c. Dem. 91. c. Philocl. 110, 18. Dem. c. Steph. I. 2. τῶν θεῶν, οὓς ὤμοσας Arist. Rann. 1490. Sed Lysias attractione uti maluit nihil veritus
273 easdem vocales saepius iterare: τῶν ὅρκων, ὧν ὠμόσατε c. Alcib. I. 143. τοῖς ὅρκοις, οἷς ὠμομόκατε Or. X. 118, 32. XXXI. 187. Verum tamen haec et prius allata consideranti latere non potest, non nihil interesse, utrum verbum transitivum hoc modo construatur an intransitivum vel passivum, nec, si recte dicitur τῆς εὐνῆς, ἧς συνήλλαξάς μοι vel ἧς συνῆψάς μοι (Herc. 1316.) ex eo sequi ut perinde probetur, ἧς συνηλλάχθης ἐμοί, postremo ne hoc quidem clarum esse, num genitivus ἧς, si Sophocles ita scripsit, pro ἥν positus sit an pro ᾗ. Dativus quidem legitimus est significans δι' ἧς ἐμοὶ συνηρμόσθης, vel καθ' ἥν ut Troad. 74. λέκτρα καὶ γάμοι, οἷς ἦλθον ἐς μέλαθρον Ἕκτορος. Sed accusativo quoque locum esse apparet ex Hom. Il. XV. 32. φιλότης τε καὶ εὐνὴ, ἥν (μοι) ἐμίγης, et Dionys. Per. 656. ἐκ γὰρ ἐκείνης φιλότητος, τήν ποτε Σαυρομάτῃσιν ἐπ' ἀνθρώποισι μίγησαν. Atque hic si scripsisset ἐκ τῆς ὁμιλίας, ἣν — ὡμίλησαν, vel ἐκ τῆς μίξεως, ἣν ἐμίγησαν, non dubium est quin pro accusativo etiam genitivo uti potuisset; nam in figura etymologica relativum modo assimilatur praecedenti: ἀπὸ τῆς παιδεύσεως, ἧς ἐπεπαίδευτο Herodo. IV. 78. τῆς φυγῆς, ἧς ἔφυγον Lys. c. Agor. 137, 14. τῆς καταδουλώσεως, ἧς ἐδουλώσαντο αὐτοὺς Μακεδόνες Aelian. V. H. XIII. 2. modo suum retinet casum: λύμης, ἥν μ' ἐλυμήνω Eur. Hel. 1108. τῆς προδόσεως, ἣν οὗτος προδέδωκε Dinarch. c. Dem. 91, 10. τῆς προδοσίας, ἣν προύδοσαν τὴν ἐλευθερίαν Liban. Decl. T. IV. 258. τῆς προκλήσεως, ἣν οὗτοί με προεκάλεσαν Dem. c. Nicostr. 1253, 23. τῆς νίκης, ἣν Καρχηδονίους ἐνίκησαν Plut. V. Timol. c. XXIII. Neque aliter est, si pro conjugato verbo supponitur synonymum, ut τῆς διαθέσεως, ἧς διέκειτο τὸ σῶμα τοῦ παιδίου Hippocr. de Octim. p. 457. T. I. ἀπὸ τῆς μάχης, ἧς ἐνίκησε τοὺς Βοιωτοὺς Diod. XI. 82, 261.

vel si neutrum adjectivi aut pronominis locum obtinet substantivi, cujus notio verbo apposito continetur; *ἀξίως ἐκείνων, ὧν ἐναυμαχήσαμεν* Arist. Ach. 648. pro quo dici poterat *τῶν μαχῶν*, et Dem. 558, 29. *ἐκ τῶν ἄλλων, ὧν ἔζης*, quod idem est ac si scripsisset *ἐκ τοῦ ἄλλου βίου, ὃν βεβίωκας* Fals. Leg. 403, 24. Denique Himerius Ecl. III. 68. [1]) 274
eodem loco unum casum praecedenti nomini assimilavit, alterum non assimilavit: *δι' ἀμφοτέρων μισεῖσθαι δίκαιος καὶ ὧν ἰδίᾳ παιδεύει καὶ ἃ δημοσίᾳ παιδεύει*, quod saepius fit post verba transitiva, *κρεῖττον ἐν ταῖς δόξαις τελευτῆσαι, αἷς ἔχομεν, ἢ ζῆν ἐν ταῖς ἀτιμίαις, ἃς ληψόμεθα* Isocr. Archid. p. 134, 89. *καλοῦμεν αὐτοὺς ἐξ ὧν μάλιστα ἀγαπῶσι χωρίων καὶ ἃ μάλιστα διασώζουσι* Themist. X. 140. C. Conveniat ergo necesse est, Sophoclem pro *εὐνῆς, ἣν συνηλλάχθης* dicere potuisse *ἧς*. Sed idem pro *ᾗ* poni licuit ut Diog. VII. 93. *καρτερία ἐστὶν ἐπιστήμη ὧν ἐμμενετέον*, Paus. IV. 26. *σοὶ — ἔσται κρατεῖν, ὅτων μεθ' ὅπλων ἐπέρχῃ*, et in Xenophontis atque Aeschinis locis, quos Kruegerus in luculento de Attractione commentario p. 274. et 278. attulit. Cetera ejus exempla minus apposita sunt; homericum *τιμῆς, ἧςπερ ἄνασσες*, non aliter dicitur quam *τῆς ἀρχῆς, ἧς ἦρξε* Dem. p. Cor. 266, 3. et similia; *τιμῆς, ἧς με ἔοικε τετιμῆσθαι*, quo Bernhardy quoque utitur Synt. p. 301. cum alio prorsus a re alieno [2]) saltem ambiguum est ut Plat. Legg. IV. 721. E. *τῶν τιμῶν, ὧν τιμῶσι τούς* — quia *τιμᾷν* nonnunquam construitur, ut *ἀξιοῦν*, cum genitivo, *ἀνδριάντων σε ἐτίμων* Lucian. Amorr. §. 30. p. 291. T. V. *τῆς ἴσης τιμᾶσθαι* Aristid. XXXIX. 492. qui idem quarto casu utitur p. 284. T. I. *τιμῆς, ἥν με τετιμήκατε*. Sed in exemplis nominativi assimilati, a Matthiaeo Gramm. §. 473. Annot. 3. p. 884. Struvio de Dial. Herod. I. p. 16. et a memetipso collectis, solum reperitur relativi genus neutrum.

V. 494. *Βάξιν ἀλγεινὴν λαβεῖν.* Unus Mosq. *ἰδεῖν*, quod Hermannus recepturus erat, si plures addicerent codices. Nomen *βάξις* Tragicis frequentissimum ubique paroxytonum scribitur, etsi *βάζω* indubitate ad verba refertur facticia, *κράζω, τρύζω, κρίζω, σπίζω (σπίζα), σίζω, τρίζω, γρύζω,*
μύζω, ῥύζω, quorum duo prima veterum testimonio longam 275
habent vocalem, cetera recentiorum sententia v. Spitzner. de Prosod. p. 55. Elmslej. ad Med. p. 156. De *βάζω* tamen

[1]) [Vide Paralipp. p. 558.]

[2]) *Ἵππους τῆς γενεῆς, ἧς δῶκε Ζεὺς Τρωΐ*, qui genitivus partitivus est ut Arist. Lys. 1183. *ξενίσωμεν αὐτοὺς ὧν εἴχομεν*, Eur. Tr. 1192. *ὧν ἔχω λήψει τάδε*, Xen. Cyr. IV. 1, 2. *χαριστήρια χρὴ ἀποτελεῖν ὧν ἂν ἔχωμεν.*

illi contraria sibi tradunt, modo ex *βοάζω* contractum, modo andronymici *Βάκις* primitivum esse.

V. 495. *Χειρίαν ἀφείς τινι.* Suidas s. *Χειρίαν* ex h. l. *μή με τῶν σῶν ὑπ' ἐχθρῶν χειρίαν ἐφῆς τινι.* La. Lb. *Γ.* et Schol. Rom. *ἐφείς*, primus cum *ᾱ* supra posito.

V. 496. *Ἢν γὰρ θάνῃς σὺ καὶ τελευτήσας ἀφῇς.* La. Lb. *Γ.* *εἰ γάρ.* sic et Aug. B. sed supra scripto *ἤν*, quod ceteri codd. et Edd. exhibent; *εἰ γὰρ θάνοις* Jen. et Mosq. B. quod Hermannus non improbat, sed edidit *εἰ θάνῃς.* Dindorfius *ἦ γάρ*, cui respondet *ταύτῃ.* Idem Bothius in Ed. I. sed nuper *ἤν.* — Cod. *Γ.* *τελευτήσεις ἀφεὶς* (*γρ. ἀφῇς*). Post *τελευτήσας* Brunckius pronomen *μ'* inseruit, cui seq. *κἀμέ* repugnat.

V. 499. *Δουλίαν τροφήν.* Schol. Rom. La. *Γ.* Heidelb. *δούλιον*, Aug. B. *δούλειον*, Bar. A. Mosq. B. Lips. A. *δουλείαν*, Ven. et Dresd. B. *δουλίαν γε.* Hermannus *δούλιόν γε.*

V. 501. *Λόγοις ἰάπτων.* Extat hic versus et proximus ap. Suid. s. *Ἰάπτων*, quod verbum Eustathius p. 71, 41. ex h. l. affert. Schol. Rom. *γράφεται ἀτίζων, ὑβρίζων*, quorum posterius glossematis simillimum. Proprie dixit Maximum v. 108. *πληγαῖς ἰάπτειν.*

V. 503. *Ἀνθ' ὅσου ζήλου.* Apud Suidan s. *Ζῆλος* legitur *ἀνθ' οἵου.* In seq. versu *κἀμὲ μὲν ἐλᾷ*, non videtur significari, quod Scholiastae placet *δαίμων νῦν ἡ δυστυχία*, sed mors, ut Apollon. II. 815. *Ἴδμονα ἤλασε μοῖρα*, ***me quidem his calamitatibus mors eximet, tibi autem vel post mortem dedecori erit*** —

V. 506. *Ἐν λυγρῷ γήρᾳ.* In Scholiorum texto legitur *ἐν μακρῷ.*

V. 507. *Αἴδεσαι δὲ μητέρα — κληροῦχον.* Haec affert Suidas s. *Κληροῦχος*, imitatur Eumathius de Ism. L. III. p. 106. *οὐκ αἰδῇ τὸν Θεμιστέα πατέρα τὸν σὸν καὶ τὴν τῶν*
276 *πολλῶν ἐτῶν κληροῦχον Διάντειαν.* Eustathius p. 878. *νέος ὢν καὶ ὀλίγων ἐτῶν κληρονομήσας.* Ed. Pr.

V. 510. *Νέας τροφῆς στερηθεὶς σοῦ διοίσεται μόνος.* *Νέα* pro juvenilis ut *νέοι ἄεθλοι* Pind. Ol. II. 78. *νέα φροντίς* Eur. Med. 48. Ad sequentia pertinere videtur Hesychii glossa *Διοίσεται, διάξει, βιώσεται*, nam eodem modo interpretatur Suidas ipsa Sophoclis verba afferens. Aliter Scholiastes Barocc. *χωρισθήσεται σοῦ θανόντος* vel *κομισθήσεται κεχωρισμένος.* Musgravius prius amplectitur, supplens *βίον* vel *αἰῶνα*, quod displicet ob eam rationem quia *διοίσει βίον* dicitur potius quam *διοίσεται*, et quia *διαφέρειν τὸν βίον* de tota, quae superest, vita intelligi deberet, non de aliqua ejus parte, ea videlicet dico, quam tutores regunt. Aptius vide-

tur *vexabitur*, *raptabitur maleque tractabitur*, fere ut Dio Chr. Or. XLI. 506. C. *ὑπ' ὀρφανιστῶν διασπασθήσεται.* Ed. Pr. Non multum discrepat Plut. V. Timol. c. XIII. *ἔτη δώδεκα ἐν ἀγῶσι καὶ πολέμοις διεφορήθη*, *circumactus et jactatus est.* [Plut. de Stoicc. repugn. II. 338. *διελκύσαι τὸν βίον.* Hippocr. T. II. 499. *διαφέρουσι*, *perdurant.*] Sed medium pro activo poni ostendit Hippocr. de Septim. Part. I. 450. T. V. 344. *ἄνοσος διατετελεκὼς τὸν χρόνον ὃν ἐν τῇ μήτρῃ διεφέρετο.* Neque tamen aliud significari puto, quam quod olim Dionis verbis declaravi.

V. 512. *Ὑπ' ὀρφανιστῶν — ὅσον κακόν.* Affert haec Suidas s. *Ὀρφανία*, ubi *ἀπ'* pro *ὑπ'* editum est s. *Ὀρφανιστῶν*, quod vocabulum Eustathius p. 533, 30. hunc locum spectans cum homerico *Χηρωστής* comparat. Ante *ὅσον* comma posui pro stigme. In secundo versu Aug. B. Jen. Mosq. B. *νέμοις*, in tertio *ὅτι βλέπειν* cod. *Γ.*

V. 515. *Σὺ γάρ μοι πατρίδ'* — Sic plerique codd. et Suid. s. *Ἤιστωσας* cum Zonara T. I. 982. In Bar. Ab. Bodl. Paris. T. et Flor. *Γ. μου.*

V. 516. *Καὶ μητέρ' ἄλλη μοῖρα τὸν φύσαντά τε.* Legebatur olim *καὶ μητέρ', ἀλλ' ἡ μοῖρα τὸν φύσαντά με.* Pro *μὲ* primum in Animm. ad Aj. p. 5. proposui *τε*, deinde *ἄλλη* repertum est in Aug. B. postremo illud ipsum *τε* praebuit cod. *Γ.* idemque in Lb. supra scriptum. Hermannus id quod scripsi, edidit, sed quia *ἄλλη* non habeat quo referatur, versum excidisse putat, quo Tecmessa aliquid de domo sua ex- 277
cisa seque ipsa in servitutem abducta adjecerit; Bothius *ἄλλη* scribendum censet, *alio abripuit*, hoc est ad Orcum. Neutrum necessarium videbitur, si sumamus Tecmessae parentes, quum Ajax urbem vi expugnasset, una occubuisse, non illos quidem Ajacis manu sed communi civium clade peremtos, idque Tecmessam, ne culpam tristissimi casus Ajaci delegare videretur, verbo ambiguo *ἄλλη μοῖρα* declarasse; quod euphemismi causa dici solet pro adversa fortuna; *δαίμων ἄλλος* Eur. Rhes. 884. *εἰ συμβήσεταί τι ἄλλο* Thucyd. VII. 64. ubi Schol. adnotat *εὐφημότατα ἠνίξατο τὴν ἧτταν*, et apud Polybium XV. 10. rebus ex voto fluentibus opponitur *τὸ ὡς ἄλλως*, neque aliter *adulterare* (altérer) dicitur pro corrumpere. Eodem pertinet *ἄλλως* *frustra* significans, et quod *secus*, *sequius*, id est *ἄλλως, δευτέρως,* pro pejus valet; similemque intellectum habent *ἕτερος δαίμων, ἕτερος πούς, πλέον θάτερον ποιεῖν*, *altera avis*, *altera fortuna*, et adverbium *ὡς ἑτέρως* [1]). Homerici loci, quem Sophocles mirabiliter imita-

---

[1]) Apud nos *anders* in contrariam partem valet, *es wird anders werden*,

tus est, memoria unicuique legentium obversatur; nec praeteriit Scholiastes; sed conferre juvat similem et ex iisdem fontibus ductam Clitae querelam Valer. Fl. III. 323.

Mygdonis arma patrem funestaque praelia nuper
natales rapuere domos, Triviaeque potentis
occidit arcana genetrix absumta sagitta;
tu mihi, qui conjux pariter fraterque parensque,
deseris heu!

V. 517. *Καθεῖλεν ᾅδου θανασίμους οἰκήτορας.* Hunc v. Moschopulus Sched. p. 49. adhibet ad comprobandam adjectivi *θανάσιμος* significationem passivam. Brunckius *Supplenda est*, inquit, *praepositio εἰς.* Musgravius: *fieri potest ut poeta scripserit καθεῖλ' ἐς ᾅδου, quod in Ed. Lond. MDCCXXII. legitur.* Miror, quomodo hi non senserint κα-
278 *θεῖλεν οἰκήτορας ᾅδου* eadem ratione dici qua v. 69. *ὀμμάτων ἀποστρόφους αὐγὰς ἀπείρξω.* Trach. 240. *ᾕρει ἀνάστατον δορὶ χώραν.* Silentiarius Epigr. XXXIX. *παλίνορσον ἰωὴν ἄψ ἀνασειράζων*, et cum casu vocabuli conjugati Herc. 1070. *ἀπόκρυφον δέμας ὑπὸ μέλαθρον κρύψω.* Nonn. XXX. 323. *φυτὸν ἔκρυφε — ὑποκρυφθέντα πετήλοις.* Hom. Il. XIV. 6. *θερμὰ λοετρὰ θερμῆναι.* Similis constructio Soph. Antig. 883. *τὸν ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον οὐδεὶς στενάζει*, quod et graecum interpretem fefellit et Valckenario attulit opinionem falsam, *ἀδάκρυτον* dici pro *πολυδάκρυτον* ad Adon. 223. Quemadmodum veteris disciplinae auctores fere omnia schemata et tropos orationis non solum diligentissime observarunt sed etiam nominum varietate distinxerunt, ita Moschopulus ad Hes. Opp. 540. *τρίχες ὀρθαὶ φρίσσουσιν ἀειρόμεναι κατὰ σῶμα*, admonet dictum esse, *ἐκ παραλλήλου* ut Euripideum (Phoenn. 69.) *μὴ τελεςφόρους εὐχὰς κραίνωσιν*, additque *καὶ ἁπλῶς πολὺ παρὰ τούτοις τὸ τοιοῦτο.* Ad eandem prolepsin pertinent Aesch. Ag. 1257. *εὔφημον κοίμησον στόμα*, ubi nescio quam antiphrasin comminiscuntur[1]) minus vero Il. XIV. 258. *ἄϊστον ἔμβαλε πόντῳ*, quod Schol. Ven. explicat *ἐμβαλὼν ἐποίησε.* Sophocli quidem satis erat dicere *καθεῖλεν*, ut *πρωθήβην μοῖρα καθεῖλε βίου* Append. Epigr. N. 306. et Hom. Od. II. 100. *μή καθέλοι μιν αἰών.* Pind. Ol. IX. 90. *κατά με φόνιος Ἀιδας ἕλοι πατρὶ συνθανεῖν* Oed. C. 1698. Ed. Pr.

---

ich werde es anders machen, id est melius. Hinc intelligas licet Graecos Romanosque laetos praesentibus nihil ultra appetivisse, Germanos vero, inquies genus hominum, omnes suas spes in futuro collocatas habere.

[1]) Hesychius *Εὐφήμοις γόοις, δυςφήμοις κατὰ ἀντίφρασιν. Αἰσχύλος Γλαύκῳ Ποτνιεῖ* (Fragm. XXXIII.) qui fortasse hoc nomine *ὀλολυγὴν* significavit.

V. 520. *Ἀλλ' ἴσχε κἀμοῦ μνῆστιν.* Hunc versum et tres seqq. affert Suidas s. *Μνῆστις.* In proximo La. Lb. *Γ.* Aug. B. *πάθη* pro *πάθοι.*

V. 522. *Χάρις χάριν γάρ* — Proferunt h. l. Thomas p. 913. Suidas s. *χάρις*, Philemo Gramm. §. 281. p. 196. Nicodemus Progymn. p. 445. T. I. Seneca de Benef. II. 12. *gratia gratiam parit.* Minus trita sunt ista *ἔρις ἔριν τίκτει* Suid. s. *Ἔρις,* vel *ἔρις ἔριν ἀντιφυτεύει* Phocyl. Nuth. 75. *δίκη δίκην ἔτικτε καὶ βλάβη βλάβην* Zenob. Prov. C. III. 279
328. Ed. Pr.

V. 523. *Ὅτου δ' ἀποῤῥεῖ* — Eustathius p. 981, 33. *οὐκ εὐγενής ἐστιν εἴ γε ἀποῤῥεῖ αὐτοῦ μνῆστις εὖ πεπονθότος.* Longinus LXXIII. 31. *ἡ μνήμη τῶν καλῶν ταχέως ἀποῤῥεῖ.* Synesius Ep. XCVIII. 238. *τὰ μεγάλα τῶν ἔργων ἀποῤῥεῖ τῆς μνήμης.* Ed. Pr.

V. 524. *Οὐκ ἂν γένοιθ' ἔθ' οὗτος* — Plerique codd. et vett. Edd. *γένοιτό ποθ' οὗτος*, quod toleravit Brunckius. Aug. B. Mosq. B. *γένοιτ' ἔθ'*, cod. *Γ.* et Suidae Ed. Mediol. *γένοιθ' οὗτος*, sed cod. Oxon. *οὔπω γένοιτ' ἂν οὗτος*, duo alii ejusdem Suidae codd. *οὔπως.* Porsonus ad Hec. Praef. p. 10. et Suppl. p. 58. aut *οὔποτε γένοιτ' ἂν* aut, quod Bothius divinaverat, *οὐκ ἂν γένοιτ' ἔθ'.* Id Hermannus et Dindorfius receperunt; Elmslejo ad Hec. p. 67. *οὐν ἂν γένοιτ' ἂν* placuit.

V. 527. *Καὶ κάρτ' ἐπαίνου.* Mosq. B. *κάρτ' ἄν.* Schaeferus maluit *κάρτα γ' αἴνου.* Tecmessae responsum fortasse Pacuvius in Armorum judicio Fr. VII. transtulit his verbis *dic quod faciam, quod me moneris, effectum dabo.*

V. 530. *Κόμιζέ νύν μοι.* Codd. complures et Ald. *νῦν.* De hoc usu verbi *κομίζειν* v. Vossium ad H. H. in Cer. 443.

V. 531. *Φόβοισί γ' αὐτὸν ἐξελυσάμην.* Ex Scholio *διὰ τοὺς φόβους ἐξήγαγον αὐτὸν θέλουσα ῥύσασθαι*, fuerunt qui Sophoclem *ἐξερυσάμην* scripsisse conjicerent, quod legitur Aesch. Prom. 235. ubi metrum literam duplicari prohibet, sed libri nonnulli *ἐξελυσάμην* suppeditant. Lexicographi verbum *ἐκρύεσθαι* omittunt. Ed. Pr.

V. 533. *Μὴ — θάνοι.* Bodl. *Γ.* Aug. B. *θάνῃ.*

V. 534. *Πρέπον γε τἂν ἦν δαίμονος τοὐμοῦ.* Mosq. B. et Schol. minor *πρέπον γ' ἂν ἦν.* Codd. plerique Ald. et vett. Edd. *τ' ἦν ἄν,* a Brunckio retentum; La. *Γ.* Aug. B. et Schol. Rom. *τ' ἂν ἦν*, quod Porsonus probavit ad Med. 862. ubi pro *οὐκ ἄν γ' ἁμάρτοις τοῦδέ γ'* corrigit *οὔ τ' ἄν*, quamvis duplex *γὲ* saepius legitur Oed. C. 977. Iph. A. 654. Hipp. 840. Arist. Ach. 97. [cf. Reisig. Conject. p. 249.] —

280 *Πρέπον* cum genitivo compositum hoc uno loco legimus; nam quod Thomas dicit p. 734. *τὸ πρέπον οὐ δοτικῇ μόνον ἀλλὰ καὶ γενικῇ· Θουκυδίδης, ὡς πρέπον ἡμῶν*, apud hunc III. 59. in codd. et Edd. omnibus dativus extat; Platonis autem verba, quae Matthiae affert Gramm. §. 386. Adn. 1. hic ipse ambigua esse profitetur. Neque pro testimonio afferam Nonn. XLIII. 424. *οὐ Βρομίῳ πρέπεν ἀλλὰ θαλάσσης ἅρμενος ἦν γάμος οὗτος.*

V. 536. *Ἐπήνεσ' ἔργον* — hoc versu utitur Theodosius Anecd. p. 1050.

V. 537. *Τί δῆτ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἂν ὠφελοῖμί σε.* Sic omnes codd. excepto quod Bar. A. *τί δῆτα ὡς*. Cum codd. consentit Herodianus Piersoni p. 459. qui hunc versum proferens *ἐκ τῶνδε* positum dicit pro *μετὰ ταῦτα καὶ χωρὶς τῆς κατὰ προθέσεως, ἤγουν ἀντὶ τοῦ κατὰ τὰ μετὰ ταῦτα.* Eodem modo Scholiastes. Brunckius praetulit Eldikii conjecturam *τί δῆτα δρῶσ' ἄν*, importunam ratus particulam *ὡς*. Sed eam minime otiosam esse intelliget, qui recte interpretatus fuerit: *pro eo quod haec facta sunt*; *quid tibi porro gratificer, quum jam haec*, *quae feci*, *approbaveris, id est*, *curam in tuendo Eurysace positam.* Aliena sunt, quae Fritzschius huc confert Quaest. Lucian. p. 180. *ὡς ἐκ τῶν παρόντων* et similia, nec significatur hoc loco *quantum pro hoc rerum statu fieri potest.*

V. 540. *Τί δῆτα μέλλει μὴ οὐ παρουσίαν ἔχειν.* Cod. *Γ.* Aug. B. Dresd. B. particulam *οὐ* omittunt; Aeschylus Prom. 632. *τί δῆτα μέλλεις μὴ οὐ γεγωνίσκειν τὸ πᾶν*, ubi *οὐ* pariter deest in nonnullis libris; vicissim eandem Elmslejus Eur. Med. 1242. *τί μέλλομεν μὴ πράσσειν κακά* addendam putat. Ut Sophocles *παρουσίαν ἔχειν* pro *παρεῖναι* dixit, sic Aesch. Sept. 1009. *ἔχουσ' ἄπιστον τήνδ' ἀναρχίαν πόλει* pro *ἀπειθεῖν.*

V. 542. *Ὅςπερ χερσὶν εὐθύνων κυρεῖς.* Perperam Schol. *ὅςτις διδάσκεις, παιδεύεις*, nam poeta bajulum significat. Item *εὐθύνειν πόδα* Heracl. 723. non *ἰθύνειν*, quod apud Sophoclem omnino non legitur, magisque dici solet de navium gubernatione Eur. Beller. Fr. XXVII. 115. Plut. de
281 Animm. Soll. c. 36. p. 202. Philostr. V. Soph. I. 25, 2. p. 531. Maxim. Tyr. XV. 7, 283. et telorum directione Aesch. Prom. Fragm. 191. Philoct. 1049. Aristaen. I. Ep. 15. p. 73. Heliod. IX. 15. p. 371. Nec tamen hoc discrimen constanter servatur; *οἴαξ εὐθυντήρ* Aesch. Suppl. 760. *κατευθύνειν τὴν ναῦν* Lucian. Navig. §. 9. Julian. Or. I. 25. B. Sext. c. Phys. I. 555. [*εὐθύνειν* Appian. Civ. II. 89. Philostr. Imagg. I. 19. p. 792.] *ἀπευθύνειν* Sophocl. Fragm. N. 151. Dind.

Plut. V. Sol. c. 14. quod Philemo §. 54, 266. *ἐπὶ τῶν κυβερνωμένων νεῶν* dici tradit. Quo difficilior est lectionum ambiguarum dijudicatio, ut Pers. 403. ubi pro *ἰθύνειν δόρυ* complures codd. *εὐθύνειν* praebent; *εὐθύνειν ἡνίας* Arist. Avv. 1718. *ἰθύνει δρόμον* de auriga Hipp. 1227. cum eadem codd. discrepantia, neque verum est, quod Matthiae h. l. dicit, *ἰθύνειν* a diverbiis alienum esse. Apud Dion. Chr. XIII. 426. *κατιθύνειν τῷ πηδαλίῳ* Veneta praebet *κατευθύνειν* ut Aristot. de Incess. Animm. c. X. p. 710, 3. *Ἰθύνειν εἰς σταθμήν* Achill. Tat. IV. 19, 101. rectius videtur quam *εὐθύνειν*, neque tamen improbem *ἀπευθύνειν τὰς πράξεις πρὸς τὸν σκοπόν* M. Anton. XI. 21. Distincte Zosimus V. 2. Comites dicit *ἐφεστάναι τοῖς τὰς ἐπαρχίας ἰθύνουσι καὶ ἐπὶ τοῖς πραττομένοις εὐθύνειν.* [*ἐκ πρύμνης ἀπευθύνει* Jamblich. Myst. Sect. VII. c. 2. 151, 46. *λόγῳ ἰθύνεται* Phot. 242, 569. *κατευθύνει ὥσπερ ναῦν τὸν λόγον* Aristid. XLIX. 392. T. II. *ἴθυνε τὸ ἅρμα* Philostr. Iun. Imagg. IX. 122. *τὸν ἵππον ἰθύνειν* Liban. T. I. p. 300. *τὴν Ἀσίαν εὐθύνειν* id. p. 313. *κατευθύνειν τὴν γῆν* p. 373. 406. *κατηύθυνε τὴν αἰχμήν* p. 515. *ἀπευθύνειν τὰ κοινά* Aeschin. 545. *τὸν δρόμον ἐπευθύνειν* Plut. T. XIII. 193. *ἰθυβόλος* Phot. 346, 6. 5. Bk. *νηὸς ἰθυντήρ* Julian. Or. I. 25. v. Kayser. ad Philostr. Soph. p. 269.]

V. 543. *Λελειμμένῳ λόγου.* La. *λόγων* altero supra scripto.

V. 545. *Αἶρ' αὐτὸν, αἶρε δεῦρο* — affert Grammaticus Hermanni p. 358.

V. 546. *Νεοσφαγῆ που τόνδε.* Bar. AB. Bodl. Laud. Γ. Lb. Dresd. AB. Mosq. AB. Lips. B. *νεοσφαγῆ τοῦτόν γε.*

V. 547. *Εἴπερ δικαίως ἔστ' ἐμός* — ex homerico *εἰ ἐτεόν γ' ἐμός ἐστι.* Priscianus XVII. 23. p. 90. ***juste pro vere vel vere pro juste — Euripides*** *Αἴαντος δίκαιος γόνος* pro *ἀληθής.* et L. XVIII. 24, 202. ***justum pro vero et verum pro justo frequenter tam nos quam Attici ponimus,*** *Σοφοκλῆς Αἴαντι δίκαιος γόνος. Δικαίως* pro vere dici Taylorus docet ad Aesch. c. Ctes. p. 586. Ed. Pr.

V. 548. 549. *Ἀλλ' αὐτίκ' ὠμοῖς — δεῖ πωλοδαμνεῖν.*
Verba *ὠμοῖς — φύσιν* affert Suidas s. *Ὠμοκρατής. Ὠμοὺς* 282
νόμους Eustathius p. 624, 59. interpretatur *στερεοὺς καὶ ἀνενδότους.* Pravam lectionem sequitur Schol. minor: *αὐτίχ' ὁμοῖς ἀντὶ τοῦ ὁμοίοις καὶ τοῖς αὐτοῖς*[1]. *Πωλοδαμνεῖν* legi-

---

[1]) Quum latinum *nihilo secius*, id est *ὁμοίως*, perinde ut *ὅμως* concessivae contra ponatur particulae, et adversativum *tamen* non fortuito cum comparativo *tam* congruat, hinc facile particularum *ὅμως* et *ὁμῶς* cognatio per-

tur Eur. Rhes. 187. Lucian. Amorr. §. 45. a *πωλοδάμνης* ductum, quo praeter Xenophontem usi sunt Teles Stob. Serm. XCVI. 535. Maximus Diss. XL. 6, 268. Himer. Ecl. XXI. 4. 276. Cyrill. c. Jul. VIII. 109. A. *πωλοδαμεῖν* quod Hesychius affert, ad *πωλόδαμος* referendum, quod ipsum non legimus, sed *πωλοδαμαστής* Diod. XVII. 76. Ed. Pr.

V. 550. *Ὦ παῖ, γένοιο* — afferunt Suidas s. *Ὦ παῖ* et Stobaeus Serm. LXXVIII. 9. cum quinque sequentibus. Hinc colorem duxisse videtur Coriolani oratio ap. Dionysium Antt. VIII. 41. *τρέφετε τὰ παιδία ταῦτα — οἷς θεοὶ δοῖεν εἰς ἄνδρας ἐλθοῦσι τύχην μὲν κρείττονα τοῦ πατρὸς, ἀρετὴν δὲ μὴ χείρονα.* Hinc Libanius Decl. T. IV. 252. *θυγατριδοῦς εἰ γένοιτο, τύχῃ μὲν, ὦ θεοὶ, διενέγκοι τοῦ πάππου, τὰ δ' ἄλλα ὅμοιος γένοιτο.* Concise reddidit Attius in Armorum judicio N. XV. 179. *Virtute sis par, dispar fortunis patris.* Virgilii locum XII. 435. priores apposuerunt. Ed. Pr.

V. 552. *Καίτοι σε καὶ νῦν* — hunc versum et quatuor sequentes refert Suidas s. *Ζηλοῦν.*

V. 554. *Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος· τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακόν.* Priorem versum producit Suidas s. *Ἐν τῷ φρονεῖν*, alterum Valckenarius ad Hipp. 247. et Brunckius primum margini adscriptum, deinde ab indocto librario in textum illatum arbitrantur, idemque Porsono visum ad Med. 140. Eum omittit Stobaeus Serm.
283 LXXVIII. 9. qui vv. 554. 555. 556. transscripsit, sed libris suis intexuerunt Tzetzes Chil. VI. 69. v. 659. et Eumathius de Ism. II. p. 52. quorum ille ex Sophoclis Ajace sumtum dicit, hic sine dubio ex eadem hausit fabula, unde plurima mutuatus est. Eundem cum insequente adhibet Suidas s. *Κάρτα* et conjuncte cum proximis s. *Ζηλοῦν*, ubi *τὸ μὴ φρονεῖν δέ* legitur. Ed. Pr. Musgravius damnavit priorem, alterum Brunckius ejecit et ego in Ed. Pr. circumscripsi, quod et Dindorfius fecit. Utrumque agnoscit Schol. Rom. *ἐν τῷ νηπίῳ κακὸν μὲν τὸ μὴ φρονεῖν, κακὸν δὲ ὅμως ἀκίνδυνον*, quod disertius exponit Hermannus, utriusque versus defensor: *quum poeta dixisset ignorantes vivere jucundissime, ne hoc falso dixisse videatur, in parenthesi addit: nam si malum est ignorantia, at innoxium est malum, usque dum discernere didiceris quid sit gaudere et quid dolere*, statuitque illa *ἥδιστος βίος* et *κάρτ' ἀνώδυνον κακόν*, non idem sed diversis-

---

spicitur, quas veteres Grammatici uno *ἔμπας* comprehendi docent v. Lehrs. de Aristarch. p. 144. Ac si in Dem. p. Cor. 263, 17. *κἂν μηδὲν εἴπω περὶ τῶν λοιπῶν πολιτευμάτων, ὁμοίως παρ' ὑμῶν ἑκάστῳ τὸ συνειδὸς ὑπάρχειν νομίζω*, librarii *ὅμως* substituissent, nemo alterum desideraret.

sima esse. [V. Homer. Od. V. 113.] Equidem facilius ferrem si non diversa essent; nam nonnunquam *δὶς ταὐτὰ λέγουσιν οἱ σοφοί* verbis perpaullum mutatis ut El. 1078. *οὔτε τι τοῦ θανεῖν προμηθὴς, τό τε μὴ βλέπειν ἑτοίμη.* Eur. Phoenn. 358. *δεινὸν γυναιξὶν αἱ δι' ὠδίνων γοναὶ καὶ φιλότεκνόν πως πᾶν γυναικεῖον γένος*, et Ion. 50. *τὸν σπείραντά τε — οὐκ οἶδε Φοῖβον οὐδὲ μητέρ' ἧς ἔφυ, ὁ παῖς τε τοὺς τεκόντας οὐκ ἐπίσταται.* Nunc autem vereor ne *τὸ ἀνώδυνον τοῦ κακοῦ* multo minus sit, quam ut in eo causa *τοῦ ἡδίστου βίου* posita dici possit; causam enim indicat particula *γάρ*, non meram epanorthosin. Perspicuum est, infantilem istam *ἀφροντιστίαν* dici posse *κακόν*, quia ab imbecillitate mentis proficiscitur, ambiguum autem, quare dicatur *ἀνώδυνον.* Si, quod Hermannus significare videtur, quia sensum sui non affert, hoc est, quia qui nihil sentiunt, ne hoc quidem sentiunt, se nihil sentire, hoc parum est ad felicitatem. Sin, quia sensum malorum externorum aufert, hoc jam prioribus verbis *ὅτι οὐδὲν τῶνδ' ἐπαισθάνει κακῶν*, satis declaratum erat. Pro *μάθῃς* Ed. Glasg. *μάθῃ.*

V. 556. *Ὅταν δ' ἵκῃ πρὸς τοῦτο*, hoc est, *εἰς τὴν ἡλικίαν τοῦ ἤδη φρονεῖν* Aeschin. Dial. II. §. 13. *Δεῖ σ' ὅπως δείξεις* ex Membr. et aliis restituit Brunckius pro *δείξῃς*, 284
quod in La. pr. Lb. *Γ.* legitur. Philoct. 54. *δεῖ σ' ὅπως ἐκκλέψεις.* Cratinus Athen. IX. 373. E. *δεῖ σ' ὅπως ἀλεκτρυόνος μηδὲν διοίσεις.* Ed. Pr. Cum verbis *δεῖ σε* comprehendi videtur notio verbi *ὁρᾷν, φροντίζειν*, unde imperativum *ὅπως* ubique pendet.

V. 558. *Τέως δὲ κούφοις πνεύμασιν βόσκου.* Affert hunc versum et sequentem Suidas s. *Ἀτάλλειν* et s. *Κούφοις.* Apposite Dio Chr. Or. XII. 202. B. *τρεφόμενοι τῇ διηνεκεῖ τοῦ πνεύματος ἐπιῤῥοῇ ἀέρα ὑγρὸν ἕλκοντες ὥςτε νήπιοι παῖδες*, sicut Plinius L. XVIII. c. 34. Zephyrum dicit in plantas nutricium exercere. Hinc *ἄνεμοι φυτουργοῦντες* Lucian. Bis accus. T. II. 793. Ed. Pr. Alia in Aglaoph. T. I. 760. retuli.

V. 560. *Οὔτοι σ' — μή τις ὑβρίσῃ.* Sic. *ΓΘ.* La. Lb. *ὑβρίσει* Jen. Mosq. B. Paris. D. Aug. B. Illud restituit Hermannus; *φροντίσει* tamen legitur in omnibus codd. Troad. 1223. *κατοικτίσεις* Heracl. 152. et similia aliis locis, quos omnes quum corrigit Elmslejus, idem facere videtur, quod Dawesio faciendum fuisse negat.

V. 562. *Ἀμφί σοι* — Sic omnes scribunt, sed v. 340. *ἀμφὶ σοί.* Eadem in multis aliis locis anomalia.

V. 563. *Τροφῆς ἄοκνον ἔμπα, κεἰ τανῦν* — Vulgo olim legebatur *ἔμπακ', εἰ.* — Reiskius, ut multa collineantibus

aliquando contingit, hic scopum feriit, ἔμπα κεὶ corrigens praemonstrante Scholiasta Rom. καὶ ταννῦν — καὶ εἰ ἔκδημος νῦν ἐστιν, et Suida qui s. Τηλωπός haec affert κεὶ ταννῦν τηλωπὸς οἰχνεῖ. Id nuper repertum est in La. ἔμπα. κεὶ ταννῦν. Sed Schol. min. ἔμπαξ, φροντιστής, quod dubito an ex h. l. fictum sit; aliam certe futuri formam monstrat substantivum ἐμπαστήρ id est πιστωτής, μάρτυς, Hesych. — Schol. ad v. 122. Ἴωνες ἔμπης φασὶν, Ἀττικοὶ δὲ ἔμπας καὶ ἔμπα. Hoc apud Atticos hodie non legitur sed saepius ἔμπας barytonon, ut Apollonius praescribit de Adverb. p. 564. non ἐμπάς, quo modo legebatur Aesch. Eum. 223. convenienter Herodiani praecepto Etym. M. 63, 21. Comma, quo ἔμπα et κεὶ disjunguntur tolli jubet Schaeferus ad Dem. p. 1241, 10.

285 V. 564. Τηλωπὸς οἰχνεῖ δυςμενῶν θήραν ἔχων. Electr. 313. θυραῖος οἰχνεῖ. Schol. τηλωπός, γράφεται καὶ τηλουργός, pro quo Musgravius τηλουρός scribendum esse monet. Praestat vulgata, quam Suidas l. c. retinet. Idem Schol. τὸ δὲ θήραν γράφεται καὶ φρουράν, eoque pertinet interpretatio φυλακὴν ἔχων τῶν ἐχθρῶν, quod non magis convenit; nam praedandi non excubiarum causa aberat Teucer. Utramque lectionem τηλουργός et φρουράν adscriptam habet cod. La.

V. 566. Ὑμῖν τε κοινήν — Sic La. Lb. ΓΔΘ. Harl. Aug. B. C. duo Lips. et fortasse plures cum Suida s. Ἐπισκήψω et Zonara T. I. 842. ut cum Ald. edidit Brunck. ceteri et vett. Edd. κοινῇ, mendosius ὑμῖν τ' ἐκείνῳ Suid. s. Ἀσπιδηφόροι. Ed. Pr.

V. 569. Τελαμῶνι δείξει μητρί τ' Ἐριβοίᾳ λέγω. Codd. plerique, in quibus ΓΔ. La. Lb. et vett. Edd. δείξῃ, Brunckius e membr. Paris. E. Mosq. A. Aug. C. δείξεις, Moschopulus Sched. p. 25. ὅπως — δείξεις, sed in cod. δείξῃ legi Porsonus scribit Adv. p. 190. — Inter mulieres a Theseo amatas Istrum Meliboeam referre Ajacis matrem Athenaeus tradit XIII. 557. A. [ubi Burmannus Ἐρίβοια corrigit, Staverenus Περίβοια, probante Schradero Emendd. p. 25.] sed alios alias addere, Pherecydem vero Phereboeam, quam Plutarchus quoque in V. Thes. c. 28. a Periboea Ajacis matre distinguit sed ambas Theseo nupisse ait. Servius ad Aen. VI. 21. auctor est Phereboeam Alcathi Megarensis filiam cum Theseo ad Minotaurum missam esse. Pausanias vero I. 42. hoc ipsum de Periboea narrat additque postea a Telamone in matrimonium ductam; de quo consentit Xenophon Cyn. I. 9. Eriboeam Ajacis matrem vocat Pindarus Isthm. VI. 67. pariterque Diodorus IV. 72. et Hyg. Fab. XCVII. quorum ille patrem Alcathum addit. Sed eandem Alcathi filiam Telamoni nuptam Periboeam nominat Apollodorus III.

12, 7. et Tzetz. ad Lyc. 452. Postremo Schol. Ven. *Π.* 14. *Ἠερίβοιαν* id est *Ἐρίβοιαν* vocat. [Ergo *Μελίβοια* minimam habet auctoritatem, *Ἐρίβοια* maximam; nec tamen affirmari potest, nomen *Περίβοια* a librariis introductum esse, quum 286
nominum propriorum dittographia apud Graecos late grassata neque veri absimile sit, antiquos genealogos, quum Eriboeam Ajacis matrem et Periboeam Alcathi filiam et nescio quam atticam puellam Minotauro oblatam accepissent, has omnes in unum quasi corpus conflasse ad illustranda Atticae, Megaridis et Salaminis commercia antiqua. Ac si quis mancam Aretadae narrationem de Alcathi filia ap. Plut. Parall. c. XXVII. comparet cum his quae Diodorus IV. 35. de Periboea Oenei conjuge Alcathi Calydonii fratria prodidit prope aberit ut Alcathos quoque diversos esse suspicetur.] [V. Schol. Il. *Ξ.* 114.] Sed de nomine satis dictum videtur. Pro *Ἐριβοίᾳ* autem *Ἐρίβοιαν* legendum esse Schaefero in Indice Melett. s. *Sejunctio*, non assentior [neque ipse probat ad Dem. T. IV. p. 168. sed retinuit Dindorfius]. Nam verbum *λέγω* saepe extra constructionem apponitur. Aesch. in Arm. Iud. Fr. I. *ἆσσον ἦλθεν Ἀντικλείας, τῆς σῆς λέγω τοι μητρός.* Polyb. Excc. X. 851. *οὗ μεῖζον ἀγαθὸν εὔξασθαί τις οὐ τολμήσειε, λέγω δὲ βασιλείας.* Aristid. Panath. T. I. 109. *ἁπάντων ἀμήχανον μνημονεύειν μὴ ὅτι τῶν ἰδίᾳ λέγω μεταστάντων.* Dionys. Art. c. XXI. 111. *τῶν συμβιωσάντων Ἰσοκράτει, Θεοδέκτου λέγω καὶ Θεοπόμπου.* Sic saepissime Demosthenes: *τῶν τὴν Ἀσίαν οἰκούντων λέγω* de Chers. p. 96, 3. cf. Fals. leg. 388, 22. Olynth. 17, 1. idemque cum dativo Phil. III. 3. *χρήμασι καὶ στρατιώταις λέγω*, c. Eubul. 1306, 2. *ἐν ἅπασι λέγω φράτορσι κ. τ. λ. τήλει λέγω* Galen. Alim. Fac. I. 25, 539. T. VI. Nominativi exemplum praebet Artemidorus I. 20. p. 34. *λέγω δὲ ὁ χοῖρος.* Eodem modo interponitur verbum *βούλομαι.* Synesius Epist. CIII. p. 242. A. *ῥητορικῆς καὶ ἧςτινος βούλει τέχνης ὠφελιμωτέρα.* Demosth. p. 536, 27. *χορηγὸς ὑπέστην εἴτε τις βούλεται νομίσαι μανίᾳ εἴτε φιλοτιμίᾳ*, ubi complures codd. accusativos exhibent quo casu alii utuntur multi; Longin. c. IV. 24. *ἥρωες ἐκεῖνοι, Ξενοφῶντα λέγω καὶ Πλάτωνα*, et XLIV. 3. *καλλίστου νάματος σὴν ἐλευθερίαν λέγω.* Polyb. V. c. 90. *οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν, λέγω δὲ Λυσανίαν* etc. [Similiterque *οἶμαι δὲ καὶ σύ* et *οἶμαι δὲ καὶ σέ* dici ostendit Schneiderus ad Plat. Civ. T. III. 251.] Ed. Pr.

V. 570. *Ὥς σφιν γένηται* — Apud Suidan, qui s. *Γη-* 287
ροτροφοῦ hunc et seq. versum profert, minus recte *ὅπως γένηται*, sed sub *Μυχός*, ut vulgo, legitur. Nomen *γηροβοσκός* ex h. l. enotavit Eustath. p. 600, 12.

V. 571. *Μέχρις οὗ μυχοὺς κίχωσι.* Sic plerique codd. et optimi; *μέχρις ἂν* Suid. ll. cc. et Dresdd. *μέχρις μυχούς* Ven. et Suidae cod. Leid. Hermannus in Praef. Hec. LIV. *ἔστ' ἂν* corrigi jusserat, nunc *μέχρις μυχούς* recepit, etsi *μέχρις* et *ἄχρις* apud Tragicos non leguntur. Elmslejus totum versum pro spurio damnavit, verba *γηροβοσκὸς εἰσαεί* in causa fuisse ratus, cur aliquis hoc accuratius definiret, scilicet ne *εἰς ἀεί* acciperetur pro *in secula seculorum.* Mihi haec causa parum probabilis, scriptura propter codicum et rationum repugnantiam perincerta videtur. Elmslejo adstipulatur Dindorfius.

V. 572. *Καὶ τἀμὰ τεύχη.* Hunc et seq. versum excerpsit Suidas s. *Ἀγωναρχαί.* Articulum ante *λυμεών* delendum esse Schaeferus suspicabatur, defendit vero Schneiderus ad Plat. Civ. T. II. 319.

V. 574—576. *Ἀλλ' αὐτό μοι — σάκος*, afferuntur a Suida s. *Εὐρυσάκης* et *Πόρπαξ*, quam vocem Eustathius p. 995, 19. ab usu homericae aetatis alienam esse docet. Ajacis *ἑπτάβοιον σάκος*, illud perfectissimum Tychii opus, celebrant Libanius Decl. XXXI. Himer. Or. V. 9. Justin. Or. ad Graec. p. 7. C. et quos Ciofanus nominat at Ovid. Met. XIII. 2. Scribi poterat *πολυῤῥαφοῦς στρέφων*, sed eodem modo *ἄῤῥαφος* constat cum *ἀῤῥαφής*. Ed. Pr.

V. 579. *Καὶ δῶμα πακτοῦ.* Vitiosam lectionem *δῶμ' ἀπάκτου*, in qua omnes codd. et Edd. vett. praeter Turneb. et Suidas s. *Ἀπάκτου* consentiunt, Scholiastae interpretantur ut possunt, *κατὰ τῶν σκηνῶν ἄπαγε.* Veram servavit Eustathius p. 742, 40. et 1532, 59. quo jam H. Stephanus, Casaubonus et Valckenarius ad Herod. II. 96. usi sunt. Simile est Philodemi *πηκτὴν κλεῖε θύρην* Anth. Pal. V. n. IV. 4. [*καταπακτὴ θύρη* Herodo. V. 16.] Cur Euripides *πηκτὰς κλίμακας* sed *πακτὰ δωμάτων* (clausa domorum Lucr. I. 355.) dixerit, facilius intelligi potest quam cur Herodotus *ἐμπακτοῦν*
288 *τὰς ἁρμονίας τῇ βύβλῳ.* Nomen urbis *Ναύπακτος* ab omnibus eodem modo appellatur. Sequentia *μηδ' ἐπισκήνους γόους δάκρυε* enotavit Suidas s. *Ἐπισκήνους.*

V. 580. *Κάρτα τοι φιλοίκτιστον γυνή.* Transscripsit haec verba Suidas s. *Φιλοίκτιστον.* Eustathius p. 1185, 36. *ἐπεὶ κάρτα τοι φιλοίκτιστον ἡ γυνὴ, συνοδύρονται αἱ γυναῖκες τῇ Βρισηΐδι.* Schol. ad Od. VI. 310. *φιλοίκτιρμον τὸ θῆλυ.* sed ad Il. XXII. 88. *φίλοικτον χρῆμα ἡ γυνή*, et ad Od. Δ. 184. *κάρτα τοι φίλοικτον ἡ γυνή.* qui sive Sophoclis recordati sunt, sive proverbium vulgari usu tritum usurpant, certe haec tria adjectiva idem significare putarunt, hoc est, quod Euripides dicit, *τὸ θῆλυ γάρ πως μᾶλλον οἰκτρὸν ἀρ-*

σένων Herc. 536. et Tacitus Agric. c. 28. *casus per lamenta ac moerorem muliebriter ferre.* *Φίλοικτρος* certe et *φίλοικτος* a *φιλοίκτιστος*, pro quo Aeschylus *φιλόδυρτος* dixit, dubito an distingui non magis possit quam *φίλερις* et *φιλέριστος* similiaque, si de personis dicuntur. [*Φίλοικτος καρδία* Niceph. Greg. Hist. V. 5, 86. B.]

V. 582. *Οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι* — affert Lecapenus Gramm. Lectt. Mosq. p. 67. *Θρηνεῖν* Ven. Membr. Aug. B. *ΓΔ*. La. Lb. Ald. cum Suida s. *Θρηνεῖν* et Eustath. p. 648, 19. p. 1147, 8. [Schol. Aristot. p. 8, 10.] *Θροεῖν* alii codd., Suidas s. *Ἐπῳδός* et *Πύκαζε* (utroque loco codd. *θρηνεῖν*) Moschopul. Sched. p. 25. et Schol. Arist. Nubb. v. 355. Scholiastes Rom. et La. *πήματι γραφ. τραύματι*, quod legitur in Bar. A. Harl. et Moschopuli l. c. *πληγὴ τομῶντος τραύματος* Eustathius Opusc. XIV. 123, 37. ex hoc loco mutuatus videtur, sed Vitruvii verba I. 1. §. 15. *si vulnus mederi oportuerit, non accedit musicus*, quae Barthius huic loco confert Advers. L. XXIV. 9. p. 118. aliena sunt.

V. 584. *Οὐ γάρ μ' ἀρέσκει* — afferunt h. v. Schol. Plut. v. 69. et Gregor. p. 67.

V. 585. *Ὦ δέσποτ' Αἴας — φρενί* allegat Schol. Eur. Med. 93.

V. 586. *Μὴ κρῖνε — καλόν*, exhibet Suidas s. *Σωφρονεῖν*.

V. 588. *Μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ* — promit Suidas s. *Μὴ προδούς*. Pollux V. 104. *ἴδιον τὸ Πλάτωνος μὴ ἀπαρ-* 289
νηθεὶς γένῃ (Soph. 217. C.) pro quo *ἔξαρνος γενηθείς* Dionys. de Lys. XXVI. 511. sed ille verbi periphrastici usus multis communis est; *μὴ κτείνας γένῃ* Philoct. 773. *εἰσακούσας γενοῦ* Aristid. in Sarap. p. 50. T. I. *περιπνιγεὶς γενόμενος* Diod. Fragm. L. XXXVII. 204. T. X. *γέγονεν ἀπεκτονώς* Lucian. Charid. §. 20. p. 288. T. IX. *ἐγεγόνει χειροήθης καὶ ἐκτεθαμβημένη* Plut. V. Num. c. XV. *ἀλλά τοι Δαμάτηρ κεχολωμένα γίγνοιτο* Dio Chr. XLIII. 190. [*ἀποτετραμμένοι ἐγένοντο* Thucyd. III. 68. cf. Dorv. ad Char. p. 295.] Herm. ad Oed. T. 957. Apud Themistium Or. XVI. 199. C. *ἃ τέως ἐπὶ τῶν πινάκων γράφοντες ἐγενόμεθα*, fortasse scribendum *ἐγαννύμεθα*.

V. 589. *Ἄγαν γε λυπεῖς.* Aug. C. *ἄγαν με* Elmslejo opitulans; qui *ἄγαν γε* et *λίαν γε* e Tragicorum scriptis exterminat ad Heracl. 204. 205.

V. 590. *Οὐ κάτοισθ' ἐγὼ θεοῖς ὡς οὐδὲν ἀρκεῖν εἰμ' ὀφειλέτης ἔτι* — affert Suidas s. *Κάτοισθα* et *Ὀφειλέτης*. Ursinus p. 498. apte comparat Virg. Aen. XI. 51. *Nos ju-*

venem examinum et nil jam coelestibus ullis debentem vano moesti comitamur honore, quae ex Sophocle expressa putat, Similiter senex poeta Maximianus Eleg. v. 231. *nil mihi cum superis, explevi munera vitae;* et matrona moribunda ap. Valer. Max. II. 6, 8. *tibi quidem dii magis*, *quos relinquo quam quos peto, gratias referant.* Ergo Ajax hoc dicit: dii, per quos me obtestaris (id est, superi) nihil ad me, cui mori decretum est. Perperam Scholiastae *οὐκ ὀφείλω θεοῖς διαρκεῖν*, id est *ζῆν εἰς τὸ ἑξῆς* vel *ἀρκεῖν καὶ βοηθεῖν ἢ σοὶ ἢ ἑτέρῳ.* [Posterius tamen Hermannus ratum habet.] Ed. Pr. Constructionem imitatus est Euripides Rhes. 963. *ὀφειλέτις δέ μοι τοὺς Ὀρφέως τιμῶσα φαίνεσθαι φίλους*, pro *ὀφείλει τιμᾶν*, non ut Matthiae voluit. Proximis assimilatum Eur. Herc. 1185. *εὔφημα φώνει — βουλομένοισιν ἐπαγγέλλει.*

V. 592. *Πόλλ' ἄγαν ἤδη θροεῖς.* Dresd. A. *ἄγαν γ'.* Mosq. B. *πολλά γ' ἄν.*

V. 593. *Οὐ ξυνέρξεθ' ὡς τάχος.* Sic et Suidas s. *Ξυνέρξετε.* Cod. *Θ.* et duo Lipss. *συνέρξεθ'*, Aug. C. *συνέρξεσθ'*,
290 Schol. Rom. *ξυνέρξεσθε*, Lb. *ξυνέρξασθ'*, supra scripta syllaba *ξεσθ'*. *Ἔρξεται* in cantio Oed. T. 890. *εἴρξω* in diverbiis Philoct. 1407. cf. Poppo ad Thucyd. VIII. 74. Ex sequenti versu Suidas *μαλάσσου ἀντὶ τοῦ μεταβάλλου.*

V. 594. *Μῶρά μοι δοκεῖς φρονεῖν*, affert Suidas s. *Μῶρα.* Cod. La. *φρονεῖν γράφεται λέγειν.* His dictis Ajax cum uxore et filio in domum recedit, unde v. 646. denuo progreditur. Contrarium statuit Welckerus in Museo Rhen. Anni III. Fasc. I. 87. nullum illorum a choro discedere. Id *πεῖσαι ἔσται συχνῆς πειθοῦς.*

V. 598. *Σὺ μέν που ναίεις ἁλίπλαγκτος εὐδαίμων.* Sic plerique libri et Eustathius p. 306, 20. *ἁλίπλακτος* Aug. B. duo Dresd. Lips. A. et *ΓΔ.* quod Hermannus recepit et ipse in Ed. Pr. praeferendum judicavi, quia epitheton *ἁλίπλαγκτος* Delo quidem et aliis insulis saltuaribus convenit, minus autem aptum est Salamini. Nec multum juvat Ciceronis locus Rep. II. 4. *Graeciae insulae fluctibus cinctae natant paene ipsae simul cum civitatum moribus,* quo Bernhardy ad Dion. v. 530. vulgatam tueri studet, primum, quia Cicero verbo illo non proprie sed similitudinis causa usus est, deinde quia natare differt a *πλάζεσθαι*, id est, *πλανᾶσθαι.* nam navis quoque, quae medio in mari in ancoris consistit, natat, non errat, et *νῆσος σάλον ἔχουσα πολύν* Plut. de Exil. c. XVII. 387. speciem natantis praebere potest, etsi loco non movetur. Quid vero, si *ἁλίπλαγκτος* h. l. idem significat quod *θαλασσόπληκτος*, quo epitheto Aeschylus Pers. 305. hanc ipsam Salaminem ornat? [*ἁλίπληξ Δῆλος* Callim. H. Del. 11.] Sub-

venit Hesychius: *Πλαγχθέντες πληγέντες*, *Πλακτὸς παράφρων πεπλανημένος*, et Grammaticorum auctoritas, Aeoles *πλάζω* dixisse pro *πλήσσω*, verbique *plango* similitudo, in quo cum significatione plodendi[1]) conjuncta est litera graeci *πλάγξαι* gutturalis[2]). Ita fit credibile, verba *πλάζω*, *πλήγνυμι*, *πλήσσω*, non minus inter se cognata esse quam germanica illa *schla-* 291
gen (*πλήσσειν*) *verschlagen* (*πλάζειν*). Virgilius dixit *cursu excutere*; quantillum hinc distat graecum *ἐκπλῆξαί τινα τῆς ὁδοῦ* Eur. Ion. 635. et adjectivum *παραπλήξ* quid aliud significat quam *mente excussum?* v. Ruperti ad Silium II. 592. Ita multa concurrunt, cur *ἀλίπλακτος* et *ἀλίπλαγκτος* apud poetas praesertim *δωριάζοντας* idem valere existimem, nec *πολύπλακτος ἐλπίς*, quod multi codd. exhibent Antig. 615. praefracte rejiciam. — Salamis, ut hoc loco, *εὐδαίμων* vocatur Eur. Meleagr. Fr. VI. 3. In ejusdem El. 1289. *εὐδαίμων οἶκος Κεκροπίας* scribendum puto *ὄχθος*, neque enim *οἶκος Κεκροπίας*, *Καδμείας*, vel simile quid dici memini. [In eandem conjecturam incidit Matthiae ad h. l.] [*Πλαγκτός* Aesch. Ag. 602. i. q. *φρένας ἐκπεπαταγμένος*, v. Hom. Od. XVIII. 327.] In seq. versu codd. plerique *ἀεί*. Ed. Pr. *Πλαχθέντες* pro *πλαγχθέντες* libri nonnulli exhibent Pind. Nem. VII. 55. [*ναίειν* pro *εἶναι*, v. Meinek. Anall. p. 239.]

V. 600. *Ἐγὼ δὲ παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος — μίμνω.* Hinc Suidas *παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος* interpretatur *ἐκ πολλοῦ χρόνου*. Isocrates Or. ad Phil. p. 91, 47. *οὗτοι οὐ πολὺς χρόνος ἐξ οὗ εἰς τοσαύτην μεταβολὴν ἦλθον.* Alciphr. III. Ep. 8. *διακαῶς ἐρᾷ πολὺς ἐξ οὗ χρόνος*, et mutato verborum ordine Demosth. 1204, 22. *οὐ πολὺς χρόνος ἐξ ὅτου* (cod. *ἐξ οὗ*, quod usitatius). Haec autem phrasis crebro usu ita attrita est, ut adverbii modo pro *ἐκ πολλοῦ χρόνου* extra constructionem interponatur atque verbi substantivi notio, quae illis locis tacite gliscit, penitus evanescat; Dio Cass. XLV. 38. p. 444. *ἄρτι ἐκ παίδων προεληλυθότα καὶ οὐ πολὺς ἐξ οὗ χρόνος εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγεγραμμένον.* Similiter construuntur nomina, quae certas temporis partes significant. Zosim. III. 33, 3. *ἐκλιπαροῦντες μὴ προέσθαι σφᾶς τοσαύτῃ ἐτῶν ἑκατοντὰς τοῖς Ῥωμαίων νόμοις ἐντεθραμμένους.* Julian. Ep. XXXIV. 58. *ταύτης ἦρξαν καινοτομίας ἕβδομος οὗτος ἐνιαυ-*

---

[1]) Id quoque a dorico *πλάδδω* ductum videtur ut claudo a *κλήδδω* cf. *παίδδω*, *χρήδδω*. Laconicum *πλαδδιῆν* et formam et significatum verbo *πλάσσειν* consimilem habet.

[2]) Conferre juvat *ῥύζω*, ringo, *στίζω*, stinguo, *κλάζω κλάγξω*, claugo, *στάζω*, stagnum, stannum (stagneus) Plin. H. N. XXXIV. 16. [*τέγγω*, tango, tingo.]

τός. Ex quo apparet ap. Dionys. Antt. VII. 44, 1406. τὰς σπονδὰς ἐπεχείρησε λύειν οὔπω τέταρτον ἔτος ἐξ οὗ γενομένας, nominativum esse τέταρτον ἔτος. [Callim. H. Dian. 19. σπαρνὸν γὰρ ὅτ' Ἄρτεμις ἄστυ κάτεισιν.] Ordinem inverterunt Dio Chr. XXXVII. 101. ὅτε τὸ πρῶτον ἐπεδήμησα ἀφ' οὗ δέκα ἔτη σχεδόν, et Demosth. Phil. I. 40, 20. ἐξ οὗ χρό-
292 νος οὐ πολύς, ubi rursus verbum ἐστί addi licet. Relativum omisit Eur. Hipp. 907. ἢ φάος τόδε, οὔπω χρόνος παλαιὸς, εἰςεδέρκετο, aliique quos Winerus nominat Gramm. N. T. p. 437.

V. 601. Ἰδαίᾳ μίμνω λειμωνίᾳ πόᾳ μήλων. Bodl. Aug. C. Dresd. B. Jen. Γ. et Ald. atticam formam πόᾳ, ceteri ποίᾳ accentu improbato a Grammaticis nec tamen raro. Triclinius verba transposuit μήλων πόᾳ. Pro μίμνω La. ΓΔ. μίμνων. Bodl. C. λειμωνείᾳ. Bothius edidit λειμωνίδι ποίᾳ μήλων, quo epitheto epici recentiores utuntur; λειμωνίδι ποίῃ Nonn. VII. 15. XII. 244. Dionys. Per. 756. sed a Tragicorum consuetudine alienum est; Elmsleji conjectura est λειμωνίδι ποίᾳ μέλων, Hermanni Ἰδαῖα μίμνω λειμῶνι' ἄποινα, μηνῶν ἀνήριθμος, *diu est ex quo Idaea pratensia praemia exspecto, mensium innumerabilis*; quod in ordinem recepit Dindorfius. Aptissimum videtur λειμῶνι' ἔπαυλα μήλων.

V. 604. Αἰὲν εὐνόμᾳ χρόνῳ τρυχόμενος. Codd. plerique et Ald. εὐνόμᾳ, Jen. et Schol. Rom. εὐνομῷ (sic) Aug. C. ex correctione εὐνώμᾳ, quemadmodum Triclinius scripsit. Scholiastae dissident; unus χρόνῳ εὐνόμᾳ jungit hoc est τῷ εὐκινήτῳ, vel τῷ εὐνομουμένῳ καὶ δικαίῳ sive clarius τῷ καλῶς μεριζομένῳ εἰς τέτταρα. alius εὐνόμᾳ λειμῶνι, τῷ καλὰς νομὰς ἔχοντι, qui non λειμῶνι in libris invenisse sed interpretationis causa pro λειμωνίᾳ πόᾳ posuisse videtur, nisi potius εὐνόμῳ scripsit aut εὐνόμᾳ pro dativo feminini εὐνόμῃ habuit v. Dissert. de motione adjectivorum. Εὐνομώτατα χωρία dixit Longus IV. 14, 404. Heathius scribi voluit πόας — ἐν νομᾷ, alius quis in Wyttenbach. Bibl. Crit. Vol. II. P. I. ἐν νομᾷ χρόνου. Hermannus εὐνώμᾳ recepit ut metro convenientius aptumque interpretationi illi τῷ εὐκινήτῳ. Atque hanc formam tuentur similia ἱππονώμας *auriga*, quod ex Euripide [1]) et Aristophane attuli, et νεκρονώμης, quo Ma-

---

[1]) Hipp. 1399. in diverbiis positum, cui Brunckius frustra apponit κεραυνομάχας e Meleagri carmine dorico. Huc potius pertinent, quae in carminibus vulgariter scriptis leguntur; φαλαγγομάχας Philipp. Thess. c. IX. n. 285. ῥιγομάχας Lucil. ib. c. IX. n. 155. quanquam utroque loco variant codd., tum πορνοφίλας c. XI. n. 416. p. 440. κειρεκόμας in Epigr. ἀδεσπότῳ ex utraque dialecto mixto Anth. Plan. N. 72. βουθοίνας N. 123. p. 662. Herodian. Epim. p. 61. quod in consuetudinem venit ut παρθενοπίπας, ὑδροφό-

netho usus est, vespillonem vel pollinctorem significans, prae- 293
ter quae nullum a verbis hujus crassioris fili *τρωπῶ τρωχῶ*, *δωμῶ*, *στρωφῶ*, compositum extat adjectivum in *ης*. Jam si quis dubitet, num *εὐνώμας* a verbo activae significationis compositum ad contrarium intellectum *τοῦ εὐκινήτου* traduci possit, auctore utar Archia, qui in Epigr. XXI. p 85. T. II. verbo ipsi hanc intransitivam attribuit potestatem *κόραξ — ἔν ποτε παμφαίνοντι μελάμπτερος αἰθέρι νωμῶν·* ubi Erfurdtius ad Trach. 710. *μέλαν πτερόν* corrigit sed refellitur Sophoclis exemplo Fragm. Inc. XXIII. 675. *νωμᾷ δ' ἐν οἰωνοῖσι τοὐκείνης πτερόν* et compositi *ἐπινωμᾶν*, quod idem pro accedere usurpavit Philoct. 168. sicut Apollonius III. 893. *στρωφᾶν* pro *στρωφᾶσθαι* cf. Dissen. Comm. ad Nem. IV. 54. [1]). Sed illud fortasse aliquis miretur, quomodo choro, qui modo de diuturna apud Trojam mora conquestus erat, tempus agile (*εὐκίνητον*) videri possit. Brunckius, qui *aequabiliter partitum* dici putat, exempli causa ex Aristophane et Euripide affert *ἀβροκόμας*, *χρυσοκόμας*, *εὐλύρας*, *γοργολόφας*, *λευκολόφας*; quorum quod tertio loco positum est, communem purorum regulam sequitur, quintum exagitat Blomfieldius ad Aesch. Sept. v. 109. hanc terminationem nominibus secundae declinationis abjudicans sed falso, ut ostendunt Empedoclis cognomenta a Valckenario ad Phoenn. v. 120. memorata *ἀλεξανέμας* et *κωλυσανέμας*, propriumque *Θρειψίππας* Apollod. Il. 7, 8. quod non majore jure sollicitatur; sin aliter esset, *λευκολόφας* a *λόφη* compositum diceremus. Sed Brunckius errat in eo, quod adjectiva a substantivis composita affert; desiderantur enim verbalia, vel proxime a verbis vel per traducem propagata, qualia sunt *τεττιγοφόρας* nuper Arist. Eqq.
1336. restitutum, *βακτροφόρας* et *πτεροφόρας*, quae alio loco 294
e monimentis doricae dialecti produxi, *μηλονόμας* *opilio* in cantico Eur. Alc. 584. *παίδων διαυλοδρομᾶν* Pind. P. X. 14. *σταφυλοδρόμας* in Inscr. Spartana Corp. Inscr. T. I. N. 1386. *σταδιοδρόμης* ex Aristophane affert Poll. III. 146. ubi minus munita est lectio *σταδιοδρόμος*, tum *ὠκυδρόμας* Epigr. *Ἀδεσπ.* CCXVI. Anall. T. III. 175. *εὐρυνόμας* in dorico Joannis Epigr. III. p. 12. T. III. *Αἰγινόμας* homo Cyprius Poll. II. 95. Thespiensis cujusdam *Διαδρόμεω* nomen ionice appellatum legitur Herodo. VII. 222. cui similem accusativum ap-

---

βας, aliaque, quae in Wolfii Anall. T. II. p. 56. et ad Phryn. p. 638. exposui.

[1]) Hesychius *Πτερονόμος τοῖς πτεροῖς νομῶσα* (sic) *καὶ νεμομένη*, scripsit haud dubie *πτερόνωμος*. Alioqui non usus fuisset verbo *νομῶσα*, quod ut rarius explicat *καὶ νεμομένη*.

pellativi ἡμεροδρόμην VI. 105. plurimi codd. exhibent. Mensem quendam Plutarchus ap. Proc. ad Hesiod. Opp. 502. tradit a popularibus suis προβατοδόραν καὶ αἰγοδόραν appellari. Hesychius δορυόρμας refert s. Δορύσσοον, et Γεωνόμαι, νέμοντες τὴν γῆν, cujus singularem γεωνόμης Phrynichus App. p. 32. pro attico refert; ὑπνοφόβης Hymn. in Bacch. v. 21. Anall. T. II. 517. Ab his substantivis distant adjectiva, quae quum vulgo in $\overline{ος}$ exeant, nonnunquam ad tertiam traducuntur declinationem, sed, ut equidem invenio, non sine aliquo metri emolumento, hoc est, ubi plures opus sunt syllabae, ut homericum δυςπονέος, quod Barnesius analogiae convenire negat, nec Eustathius p. 1548, 7. inveniebat quicum conferret praeter ἀτερπής, tum κακοφθορέος Nic. Alex. 463. quod Lexicographi perperam ad κακοφθορεύς referunt, παλιντροπέες Ther. 402. παλινδρομέες Aretae. Sign. Acut. II. 9, 56. [εὐφορέστερα id. I. 4, 213.] λιθηλογέες ἱδρύσιες Crinag. Anth. P. c. VI. n. 253. πολυφθορέων ἀνθρώπων Emped. v. 376. ἐμφθορέων αἰζηῶν Nic. Alex. 176. Αἰνοτοκής, quod Passovius in numerum recepit, vereor ut nusquam legatur; neque hinc proficiscitur femininum αἰνοτόκεια, sed ab αἰνοτόκος, ut καρποτόκεια. Neque τροφοφόρης ex genitivo τῆς τροφοφόρου ἅλωνος Eust. p. 1401, 45. assumendum erat. Εὐθυπομπής Pind. Nem. II. 11. jam pridem Heynius Boeckhiusque ob aliam proscripserunt rationem. Apud Manethonem VI. 25. ἀτροφεῖς nuperi editores invexerunt pro ἀτροφές, quod in ἄτροφοι potius mutandum videtur, neque satis confido lectioni ἀτροφῆ Theophr. H. Pl. II. 6, 4. quam Ur-
295 binas et alii exhibent pro ἀτραφής, quod illi consuetum, semel εὐτρεφής scribenti I. 18, 1. nec saepius legitur εὐτραφεῖν IV. 10. (11.) et σκιατροφούμενος II. 7, 4. hoc recte, illud minus. Pariter variatur homericum ἀνεμοτρεφές, pro quo non solum ἀνεμοτραφές scribitur sed etiam ἀνεμοτροφές ap. Longin. X. 5. v. Varr. Lectt. p. 570. et Jacobs. ad Philostr. p. 417. et id quidem vitiose; neque magis probandi genitivi: ὑδατοτροφέων, quod olim apud Homerum legebatur, ἐαροτροφέων in Moschi carmine, et πεδοτροφέων Nonn. II. 47. pro quo Graefius πεδοτρεφέων substituit Nonno familiare L. XVIII. 48. XXIX. 337. XLII. 199. cf. Paraphr. IV. v. 68. Nec immerito, puto, εὐθυπλοκέος Oppian. Hal. IV. 638. εὐπλοκέεσσι V. 379. et in Epigr. Juliani Anth. P. VI. n. 28. posthabita sunt vulgatae scripturae, quae vocalem praesentis refert aliisque exemplis εὐπλεκής, νεοπλεκής, συμπλεκής, ὁμοπλεκής, confirmatur, sed ob indiscretam literarum $\bar{ε}$ et $\bar{ο}$ similitudinem saepe corrupta est, ut ap. Etym. M. γηλοχέες pro γηλεχέες et ap. Suid. Ὀξυτονὴς ἡ ὀξεῖα τρίβος pro ὀξυ-

τενής. Postremo *θεοτροφέος ἀμβροσίης*, quod in Ep. Ptolemaei Anth. P. c. IX. n. 577. cod. Plan. et Synesius offerunt, analogiae quidem consentaneum nec tamen anteferendum est vulgato *θεοτροφίης*, cujus terminationis specimen unicum est *πτολιπόρθιος* Christodor. Ecphr. v. 56. Nonn. XXV. 154. ubi Graefius *πολιπόρθιος* ut solet, *ζωηφόριος* Synes. Hymn. III. 601. et in oraculo chaldaico ap. Procl. in Tim. L. III. p. 172. [*ἰσορροπές* Archimed. Tetrag. p. 130, 15. *ἀστορέεσσι* Nonn. IV. 323. *ἀκροβολεῖς ἀκίδας* Meleag. Anth. Plan. n. 213. nisi verbum d. *δυσπονέως* Maxim. v. 194. ut *εὐρυπυλής*, *χαλκοβατές*.] Cetera hujus terminationis parasyntheta sunt: *μὴν Ἱπποδρόμιος* et *εὐεργέτης ἱπποδρόμιος* (Neptunus equester) Pind. Isthm. I. 78. *Ἀπόλλων δαφνηφόριος* Inscript. Boeot. N. 1595. idemque deus *βοηδρόμιος* apud Callimachum dicitur. His accedunt adjectiva ordinaria cum praepositionibus conjuncta; *ἐκδόχιος* Orac. Chald. ap. Proc. in Tim. V. 293. [et in Theol. V. 21, 290.] *προςτρόπιος* Orph. Arg. 1241. *ἐπαμοίβιος* H. H. in Merc. 516. *ἀναγώγιος* Synes. H. I. 316. et ab aliis orationis partibus: *φιλόμβριος* Anth. P. c. VI. n. 42. *ὑλάρχιος* Synes. de Insomn. p. 340. B. *ὁμαίμιος* Pind. *πατρωνύμιος* Aeschyl. *ὁμωνύμιος* Anthol. quae non parasyntheta sunt, ut *ἀμφιδρόμιος*, *βοηδρόμιος*, sed paragoga. Quare 296 pro *παιδογόνιον ὕδωρ* in soluto sermone Athen. II. 41. E. merito substitutum est *παιδογόνον*. [*σιάλου ἐντροφίου* Schol. Il. I. 208. *κλόπιος* Anthol. Pal. IX. n. 249.]

V. 606. *Κακὰν ἐλπίδ' ἔχων ἔτι μέ ποτ' ἀνύσειν τὸν — ἅδαν*. Schol. Rom. *πῶς με δεῖ — ἀνύσειν, λείπει τὸ δεῖ*, quod si cum Triclinii adnotatione conferas *οὐκ ἔστι πότε ἀλλὰ ποτέ*, apparet alicubi interrogativum *πότ'* lectum esse. Constructione illa iterum usus est Sophocles El. 471. *δοκῶ με τολμήσειν*, et tectius Oed. T. 1192. *τίς πλέον τῆς εὐδαιμονίας φέρει — ἢ δόξαντ' ἀποκλῖναι. Ἤνυσαν τὸν ἅδαν* Eur. Suppl. 1152. Proprie dicitur *ἀνύσαι ἐς πέδον* Oppian. Hall. III. 13. *πρὸς πόλιν* vel *ἐπ' ἀκτήν*, quorum exempla ab aliis collecta sunt, v. Markl. ad Suppl. 1142. et composita *ἐξανύσαι* Herodo. VI. 139. Arrian. VI. 26, 2. *κατανύσαι* Xen. Hell. V. 4, 21. *διανύσαι* Polyb. LIV. 6. et cum adverbio Hom. Od. VII. 326. *ἀπήνυσαν οἴκαδ' ὀπίσσω*. Eadem est constructio synonymorum. Quomodo Herodotus dixit VI. 140. *κατανύσας ἐξ Ἐλαιοῦντος ἐς Λῆμνον*, sic Lucianus Tox. §. 8. *ἐτέλεσεν ἐκ Μαχλύων ἐς Σκύθας*, et *τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα* Timon. §. 20. quibus alii addunt *τὸν πλοῦν* v. Wessel. ad Diod. XVI. 18. alii omittunt praepositionem *Ἀθήνας ἐκπερᾶν* Eubul. Athen. II. 47. C. *Θούλην περήσεις* Dionys. Per. 581. *τέρμα βίοιο καὶ εἰς βαλβῖδα περήσας* Op-

pian. Cyn. I. 512. similiterque *τελεῖν τὰς πόλεις* peragrare cf. Krebs. ad Decr. Athen. p. 65. Viae notione penitus obscurata verbum *περαίνειν* tribuitur inanimatis *ὀστοῦν εἰς τὴν ὑπερῴαν περαῖνον* pro *περατούμενον* Galen. de Us. Part. IX. 3, 508. T. IV. etc. Non adspiratum *ποτ' ἀνύσειν* hoc loco silentio praetermittit Elmslejus.

V. 610. *Καί μοι δυςθεράπευτος Αἴας ξύνεστιν ἔφεδρος.* Duo postrema vocabula affert Grammaticus in Anecd. Bachmanni T. II. 356. totum versum Schol. Arist. Rann. 804. et Suidas s. *Ἔφεδρος,* quo nomine Sophocles idem fere dicit quod Virgilius Aen. VI. 90. *nec Teucris addita Juno usquam aberit.* Accuratius illud post P. Fabrum et Lipsium
297 explicuit Wesselingius ad Diod. IV. 50. [1]) Verbum *ἐφεδρεύειν* restituendum videtur Eur. Iph. T. 680. *δόξω προδοὺς σὲ σῶσαι ἐμαυτὸν εἰς οἴκους ἐμοὺς ἢ καὶ φονεύσας ἐπὶ νοσοῦσι δώμασι ῥάψαι μόρον σοι* [Hermannus *φονεύσας ῥάψαι μόρον* conjungere videtur, quo nodus solvitur]. Eandem synaloephen reddebam Hel. 173. *μουσεῖα πέμψεις Φερσέφασσα φόνι', ἀχάριτας ἵνα παιᾶνας νέκυσιν ὀλομένοις λάβῃ,* pro vulgato *φόνια, χάριτας,* atque haud scio an ad designandum illud paeanum genus aptius sit *νέκυσι μελομένους.* In ejusdem Or. 1051. scribendum puto *τάδ' ἀντὶ παίδων καὶ γαμηλίου λέχους προςφθέγματ' ἀμφοῖν τοῖν ταλαιπώροιν πάρα,* pro *ἀμφὶ τοῖς ταλαιπώροις,* quod ut approbari possit, exemplis opus est. Tum in Andr. 995. *τόν δ' Ἀχιλλέως μηδὲν φοβηθῇς παῖδ' ὃς εἰς ἔμ' ὕβρισε,* reponendum *ὅσ' εἰς ἔμ'.* — Postremo in Arati Dios. 269.

> *καὶ φλόγες ἡσύχιαι λύχνων καὶ νυκτερίη γλαὺξ*
> *ἥσυχον ἀείδουσα μαραινομένου χειμῶνος*
> *γιγνέσθω τοι σῆμα καὶ ἥσυχα ποικίλλουσα*
> *ὥρῃ ἑσπερίῃ κρώζῃ πολύφωνα κορώνη*

neque adjectivum ter repetitum placet neque verbum *κρώζῃ* habet unde pendeat. Utrique vitio medeberis, si scribas *καὶ ἣν λίγα κωτίλλουσα.* Ed. Pr.

V. 609. *Ὢ μοί μοι, θείᾳ μανίᾳ ξύναυλος.* Codd. nonnulli *ἰώ μοί μοι,* alii *ἰώ μοί μοί μοι.* Illud Hermannus nuper *ὠμοιμοῖ* scripsit ex Apollonii sententia ad Iph. T. 155. In seq. Jen. *θείᾳ μοίρᾳ.* Hesychius *Ἔπαυλος, ἐπίσκιος, ἔνοικος,* scrib. *ἐπίσκηνος.* Aelian. V. H. IV. 25. *συνοικῶν ἀῤῥωστήματι τούτῳ.*

---

[1]) In Scholio *ἔφεδρός ἐστιν ὁ μὴ πλανώμενος εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι τοῖς νικῶσι* vix erit quod substituas praeter *ὁ ἐπικαθεζόμενος* ut in Schol. Phoenn. 1102.

V. 612. *Πρὶν δή* — Dresd. B. et Mosq. B. *δή* omittunt, Triclinius in *εὖ* mutat.

V. 613. *Κρατοῦντ' ἐν Ἄρει.* Triclinius *εἰν*, quod Musgravius recepit. Hoc *εἰν* legitur Antig. 1241. Alc. 436. Iph. A. 767. Troad. 821. variantibus ubique codicibus, et Aesch. Suppl. 872. *εὐρείαις εἰν αὔραις*, pro quo fortasse *ἀραιαῖς* sive 298
attice *ἀραιαῖς* scribendum, ut *πνεῦμα μαλακὸν καὶ ἀραιόν* Plut. V. Dion. c. XXV. 191. Ed. Pr.

V. 615. *Νῦν δ' αὖ φρενὸς οἰοβότας.* Apud Suidan s. *Οἰοβότης* editum *νῦν αὖ.* Triclinius *φρενός γ'* correxit et *οἰωβότας*, quod nihil sui simile habet praeter Aeschyleum *φαιωχίτων*, cui Schwenckius aeque portentosum *φαιοκχίτων* substituit. Cod. *Γ. οἰοβοτᾶς*, Ven. *οἰοβάτας*, quo pertinet Scholiastae interpretatio *ὁ βαίνων ἐν ἐρημίᾳ.* La. Aug. C. Schol. Rom. et Suidae cod. Leid. *οἰοβώτης*, quod Hermannus adscivit.

V. 616. *Πένθος εὕρηται.* Schol. Rom. *γράφεται γεγένηται.* Huc quadrare videtur, quod Bernhardy in Eratosth. p. 219. et ad Dion. p. 542. intelligenter animadvertit, illud *γράφεται* nonnunquam interpretantis esse nec plus valere quam *ἀντὶ τοῦ* vel *ἤγουν.*

V. 618. *Τὰ πρὶν δ' ἔργα χεροῖν μεγίστας ἀρετᾶς.* Suidas *τὰ δὲ πρίν* s. h. v. Idem et Schol. Rom. cum codd. plerisque et Ald. *ἔργα χερσί.* Brunckius e membr. *χεροῖν*, ut Triclinius jussit. Deinde *μέγιστ' ἀρετᾶς* Suid. Schol. Rom. *ΓΘ.* Ven. Dresd. A. Utrum usitatius sit, exemplis docebitur. *Χειρὸς ἐργασίαι* Pind. Ol. VIII. 64. *χερὸς ἔργματα* Oppian. Hal. III. 222. *χερὸς ἔργα ἐπιδείκνυσθαι* Lucian. Hipp. §. 1. Plut. V. Sertor. c. IV. Cum altero nomine *ἔργα τεᾶς ἀρετᾶς* Antiphilus Ep. XXXVIII. p. 179. T. II. Anall. *ἔργα τόλμης θαυμαστὰ ἀποδείξασθαι* Plut. V. Flam. XIII. J. Caes. XVI. Cat. M. XXVII. V. Anton. III. (sed *ἐπιδείξασθαι* in V. Fab. Max. c. III.) Dionys. Antt. L. VIII. 67. *ἔργα ἀρετῆς ἀπεδείξατο* Zosim. II. c. 51. sed *ἔργα τόλμης ἐπεδ.* Julian. Or. I. 36. D. *ἔργα σοφίας ἐπεδείξατο* Plat. Hipparch. 228. B. quod nuper e codd. aliquot receptum est pro *ἀπεδείξατο*, quae licet inter se differant, tamen plerisque locis utrumque pariter aptum est. Cum duobus nominibus sed interposita copula Herodotus V. 72. *Τιμησιθέου ἔργα χειρῶν τε καὶ λήματος*, ut et hoc loco scribi possit *ἔργα χερῶν μεγίστας τ' ἀρετᾶς*, sed conjuncte, sic ut unus genitivus alteri subjectus sit Eunapius V. Proaer. p. 134. *χειρῶν ἀλκῆς ἔργον.*
Sophocles autem sine dubio *χειρὸς ἔργα* pro uno vocabulo 299
χειρουργήματα valere voluit.

V. 620. *Ἄφιλα παρ' ἀφίλοις.* Suidas l. c. *παρὰ φίλοις*,

quam lectionem interpretatur Schol. Rom. *παρὰ τοῖς πρώην αὐτοῦ φίλοις.*

V. 624. *Ἦ που — μάτηρ νιν —* affert Suidas s. *Ἔντροφος.* Ne quis miretur *παλαιᾷ μὲν ἡμέρᾳ λευκῷ δὲ γήρᾳ*, quasi diversa sint, particulis discretivis sejungi, Hermannus admonet, primarias notiones liberiore orationis conformatione nonnihil obscuratas esse; hoc enim significari *γηραία μὲν τῷ χρόνῳ γηραία δὲ καὶ τὸ σῶμα.* Pariter synonyma disjunxit Aelianus H. An. XI. 13. *πολλὰ μὲν ὀδύρασθαι πρότερον, κλαῦσαι δὲ πάμπολλα.* Nec multum distant *κινεῖ κραδίαν, κινεῖ δὲ χόλον* Eur. Med. 99. *ἔκλυον φωνάν, ἔκλυον δὲ βοάν* 131. etc. [*χρόνῳ καὶ γήραι* Anthol. Pal. V. 76.]

V. 626. *Νοσοῦντα φρενομόρως* idem est quod *φρενομανῆ* vel *νοσοῦντα λυσσάδι μοίρᾳ*, quo modo Euripides Herc. 1002. nomen *μανία* circumloquitur. Barocc. A. Bodl. Laud. Mosq. B. Dresd. A. Ald. *φρενομώρος*, fortasse ex recordatione homericorum *ὑλακόμωρος ἰόμωρος* etc. [*σιναμωρία* Aristot. Nicom. VII. 7. 1149, 34.]

V. 627. 628. *Αἴλινον, αἴλινον οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς ἥσει.* Conon Narr. XIX. 16. *λίνος*, inquit, *παντὸς πένθους παρενθήκῃ ᾄδεται*, Callimachus H. Ap. 20. *Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται αἴλινα μήτηρ*, et proxime ad Sophoclis exemplum Phalaecus Epigr. V. 5. *μήτηρ λυγρῇ γ' ὄρνιθι πότμον εἰκέλη αἲ αἲ κωκύει τὸν ἑὸν γόνον.* Scholiastes Rom. poetam anastrophe usum esse censet: *ἄρχει γὰρ τοῦ λόγου τὸ οὐ, ἵν' ᾖ, οὐκ αἴλινον οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἥσει ἀλλ' ὀξυτόνους ᾠδάς.* Huic sententiae ab Hermanno comprobatae repugnare videtur iteratum *αἴλινον*, quo matris ejulationem potius quam aviculae, quicum comparatur, flebilem sonum exprimi credas propterea quod illa res primaria est, haec autem minoris momenti nec satis digna epanadiplosi. Sed haec ratiocinatio evertitur graviore argumento, quod praebet Heliodorus V. 2, 176. *οἷον ἠρίνης ἀηδόνος αἴλινον ᾠδὴν ἐν νυκτὶ μυρομένης.* Hinc enim manifestum fit, lusci-
300 niae cantum proprie *αἴλινον* vocari atque hoc loco matris ejulatus acerrimos opponi querulis Philomelae modis, licet ea ante caeteros oscines *λίγεια* dicatur et *λιγύφωνος* et *θρηνοῦσα εὖ μάλα λιγέως* Aelian. V. H. XIII. 30. [Adjectivum *αἴλινος* impugnat A. Nauckius in Philol. T. I. p. 751.] — Pro *ἀηδοῦς* cur Burgessius ad Suppl. 822. *ἀείδουσ'* scribi velit, nemo dixerit, nisi forte quia Ant. 423. *πικρὰ ὄρνις* vocatur non addito nomine.

V. 630—633. *Ἥσει — δοῦποι.* Apud Suidan s. *Ἀηδών*, ubi verba *Οὐδ' οἰκτρᾶς — δοῦποι* affert, pro *ἥσει* scri-

ptum est ut in cod. Lb. ἄσει, praepositio ἐν ante στέρνοισι omissa; plerique codd. στέρνοις.

V. 634. Πολιᾶς ἄμυγμα χαίτας. Ita ex Bothii sententia scripsi pro ἀμύγματα, quod non solum in codd. omnibus sed etiam apud Eust. p. 567, 31. 576, 32. p. 651. 48. et Philem. p. 236. legitur. — Latine quidem dicitur laniare capillos, sed quis praeter Sophoclem ἄμυγμα χαίτης dixerit, nescio. Zeugma hoc loco nullum est; nam ad integritatem sententiae nullum verbum definitae notionis sed generale ἔσται requiritur. In Eur. Andr. 789. πλήγματα κρατὸς στέρνων τε κτύπους, metrum ostendit κόπους id est κοπετούς scribendum esse. Ed. Pr.

V. 634. Κρείσσων γὰρ ᾅδᾳ κεύθων ὁ νοσῶν μάταν. Elmslejus corrigit παρ' ᾅδᾳ, quia simplex ᾅδῃ nihil aliud significare possit, quam ἐν ᾅδῃ, id autem soloecum esse, quia attici poetae ἐν ᾅδου dicant. Mirum. Homerus Il. XXIII. 244. dixit εἰςόκεν αὐτὸς ἐγὼν Ἄϊδι κεύθωμαι, sed Sophocli ᾅδῃ κεύθειν non licuit dicere. Attamen iidem illi, qui antiquam consuetudinem sequentes εἰς ᾅδου μολεῖν et similia scripserunt, nihil veriti sunt aut aliis praepositionibus uti aut nullis, ᾅδην καταβῆναι, ἄγεσθαι πρὸς ᾅδην, καταβῆναι κοινὸν ἐς ᾅδην etc. Sed illud potius, quod Elmslejus reponit, κεύθων παρ' ᾅδῃ, dubitari potest an graecum non sit; certe κεῖσθαι παρ' ᾅδῃ diversum est. — Pro ἢ νοσῶν jam ab omnibus receptum est, quod olim proposui, ὁ νοσῶν. Dionys. Antt. VI. c. 9. κρείττων γὰρ γένοιτο ἂν ὁ τοιοῦτος πολίτης ἀποθανών. Dem. Ol. III. 38, 6. βελτίων εἶ οἴκει μένων. Hippocr. de Fract. p. 133. T. III. κρέσσων ἂν εἴη μὴ παρεοῦσα. Synes. Calv. p. 67. C. αἱ λάσιαι τῶν κυνῶν βελτίους εἰσὶν ἀποῦσαι 301
τῆς θήρας. Aliis locis disjunctivum additur enunciatum: κρείσσων ἦσθα μηκέτ' ὢν ἢ ζῶν τυφλός Oed. T. 1368. ταῦτα βελτίων ἂν ἦν καταλύων ἢ τὰ — διορθούμενος Philostr. V. Ap. V. 34, 216. ἀμείνων ἦσθα ἂν τῷ — προςέχων ἢ αἰτῶν Themist. Or. VIII. p. 172. C. πλεονάζοντες ταῖς θεραπείαις ἀμείνους ἂν εἴημεν ἢ παραλείποντες Aristid. Or. in Aesc. T. I. p. 37. κρείττων ἦν μὴ λειτουργήσας ἢ τοσαῦτα ἀναλώσας Lysias c. Euandr. 789, 23. quare etiam in ejusdem Or. c. And. p. 106, 6. ἥμισυς ὁ βίος βιῶναι κρείττων ἀλύπως ἐστὶν ἢ διπλάσιος λυπουμένῳ, neutrum κρεῖττον quamvis a codd. oblatum antiquae lectioni postponendum videtur. Diversis subjectis infinitivum adjunxit Dio Chr. XI. 360. ὅσῳ κρείττω ταῦτα μὴ γενόμενα ἢ Τροίαν ἁλῶναι. — Pro μάταν Bar. AB. Mosq. B. Δ. μάτην. Μάτην νοσεῖν est idem quod paullo ante φρενομόρως νοσεῖν. Gorgias Enc. Hel. p. 100. πολλοὶ ματαίαις νόσοις καὶ δυςιάτοις μανίαις περιέπεσον, ubi

nemo Reiskii conjecturam *βαρείαις* sequetur; significantur enim animi perturbationes. Ed. Pr.

V. 637. *Ἥκων γενεᾶς ἄριστος.* Postremam vocem Triclinius ex antiquissimo exemplari se addidisse ait; deest in codd. omnibus praeter Laud. et Dresd. A. quare Schol. adnotat *λείπει τὸ ἄριστος*, quod in cod. *Γ.* inter lineas adscriptum est. *Ἄριστα* si legeretur, non elegantius foret, ut Brunckio videtur, sed magis vulgare. Simillime Trach. 180. *πρωτογόνων ἥκων οὐδενὸς ὕστερος.* Affinia sunt *εὖ ἥκειν γένους, δυνάμεως ἥκειν μεγάλης* etc. Ed. Pr.

V. 641. *Ὦ τλάμων πάτερ.* Sic Hermannus e plerisque codd. pro *τλᾶμον*, quod La. Lb. Harl. et alii retinent.

V. 645. *Αἰακιδᾶν ἄτερθε τοῦδε.* Paris. C. *Θ.* Mosq. A. Dresd. B. *Αἰακιδῶν.* Cod. *Δ.* Aug. C. *ἄτερθεν.* quatuor Tricliniani *ἄτερθέ γε.* Hesychius *Ἀτερίγε, χωρίς*, quod Abreschius ex hoc loco ductum putat sed aeque probabiliter referri potest ad Hesiod. Opp. 113. ubi *ἄτερ τε* et *ἄτερ γε* legitur. Ed. Pr.

V. 646. *Ἅπανθ' ὁ μακρός* — Hunc versum et sex seqq. profert Suidas s. *Περισκελεῖς*, quatuor priores Stobaeus Ecl.
302 Ph. I. 9, 234. primum et secundum Simplicius in Categ. p. 31. b. et Phys. L. IV. p. 175. a. Schol. Hesiod. Th. v. 494. Theodorus Hyrt. Ep. LV. p. 19. in ***Extraits d. Manuscr.*** T. VI. Nicephorus Greg. Hist. L. XXI. p. 644. F. primum solum Eustathius in Epist. XXIX. p. 335, 10. In secundo, quem Anna Comn. Prol. p. 1. orationi suae inclusit, Stobaeus *ποιεῖ τ' ἄδηλα* pro *φύει* scripsit. — *Μακρὸς καὶ ἀναρίθμητος* juncta sunt exemplo homerico *γαῖα πολλὴ καὶ ἀπείρων* Odyss. XV. 81. unde mutuatus est Nicephorus Blemm. Geogr. p. 11. *πολὺς καὶ ἀθέσφατος ὄλβος* Theocr. XXV. 24. *πολὺς ὄμβρος ἀθέσφατος* Il. VI. 6. quod Eustathius *ἐκ παραλλήλου* dicit; *πολλοὶ καὶ ἀναρίθμητοι* Zosim. II. 19. [*ἀμύθητος καὶ πολλή* Rhett. III. 120. *τόσσος ἀπείριτος* Dionys. Per. 1062.]

V. 648. *Κοὐκ ἔστ' ἄελπτον.* Suidas s. *Ἄελπτον* hunc et seq. versum affert. Sententia trita est, *ἔλπεσθαι χρὴ πάντ', ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον* Linus Jambl. V. P. p. 131. Ed. Pr.

V. 648. *Ἀλλ' ἁλίσκεται χὠ δεινὸς ὅρκος καὶ περισκελεῖς φρένες.* Priora *ἀλλ'* — *ὅρκος* affert Eustathius p. 336, 24. Pro *καί* Brunckius, Porsonus, Dindorfius *χαὶ*, quod concinnius esse videtur. Adjectivum *περισκελής*, de quo paucis disseruerunt Casaubonus ad Athen. XI. 795. XIV. 953. et Gatacker. ad Anton. IV. c. 28. ab eadem stirpe ortum unde *σκληρός, ξηρός* et *σκιῤῥός*, communem his significationem habet sicci, duri, rigidi; *περισκελῆ πρόσθετα* et *φάρμακα* apud Hippocratem contraria sunt *τοῖς ὑγροῖς καὶ εὐλύτοις* v. Foes.

Oec. s. v.; *πρᾶγμα περισκελὲς* Theo Prog. c. IV. 183. T. I. *τὸ περισκελὲς τῶν λογισμῶν* Socrat. H. Eccl. II. c. 35. *περισκελέστερον ἀπηγγέλλετο τὸ ῥησείδιον duriuscule* Simplic. in Epict. c. XXXI. 235. Hinc ad animum transfertur *περισκελὲς ἦθος* M. Anton. l. c. *βαθὺς χαρακτὴρ καὶ περισκελὴς* Leont. Epigr. VIII. p. 100. T. IV. *τὸ ἀπεσκληκὸς τοῦ βίου* Basil. in V. Theclae p. 18. et *retorridus* pro severo. Similiter ap. Homerum Il. *O.* 26. *θυμὸς ἀζηχὴς* exponitur *δυςμάλακτος καὶ ἄτεγκτος ἀπὸ τοῦ ἄζην ἔχειν, ὅ ἐστι ξηρασίαν,* et *ἀζαλέος Ἄρης* in Macedonii Epigr. XII. Ed. Pr. [*ἀὴρ περισκελὴς* Theophr. C. Pl. III. 3. p. 575. *ἀποδείξεις περισκελεῖς καὶ δυςκατανόητοι* Nemes. de Nat. Hom. II. p. 124.]

V. 650. *Ὃς τὰ δείν' ἐκαρτέρουν τότε.* Schol. Rom. *γράφεται ἐπηπείλησ' ἔπη,* e v. 312. 303

V. 651. *Βαφῇ σίδηρος ὣς ἐθηλύνθην στόμα.* Quoniam, ut Lucretius ait VI. 969. *humor aquae ferrum conducit ab igni*, veteres Critici verba prima aut cum antecedentibus connectunt, *ὃς ἠπείλουν καὶ ἔζεον καὶ ἐβόων ὡς ἐν βαφῇ σίδηρος, ἢ ὃς ἐκαρτέρουν ἤτοι σκληρὸς καὶ ἀνένδοτος ἦν καθάπερ βεβαμμένος σίδηρος,* aut aliud genus tincturae intelligi volunt, quo ferrum emolliatur, *εἰ γὰρ μαλθακὸν βούλονται αὐτὸν εἶναι, ἐλαίῳ βάπτουσιν.* Illud Brunckius probavit, hoc Hermannus. Ac de olei usu antiquissimus testis Hippocrates Coac. Praenn. p. 294. T. I. *σιδηρίου βαφέντος ἐς ἔλαιον,* idemque fit hodie in acubus, serris, similibusque, plane ut Plinius dicit a Musgravio advocatus XXXIV. 41. *tenuiora ferramenta oleo restingui, ne aqua in fragilitatem durentur*, et Plutarchus de Prim. Frig. c. XIII. 109. *βελόνας καὶ πόρπας σιδηρᾶς οὐχ ὕδατι βάπτουσιν ἀλλ' ἐλαίῳ, φοβούμενοι τὴν ἄγαν ψυχρότητα τοῦ ὕδατος ὡς διαστρέψουσαν.* Verum ab hoc genere tincturae, quod tantummodo tenuioribus ferramentis adhibetur, ac permultis ne notum quidem est, similitudinem transferre parum decebat, neque id simplici nomine *τῆς βαφῆς* significari poterat, cui omnes tincturam aquae subjicere solent. Eademque ratione excluditur tinctura aceti, quo Lacedaemonii *τὴν τοῦ σιδήρου ἀκμὴν εἰς τὸ ἄτονον κατασβεννύουσι* Poll. IX. 79. Plut. V. Lyc. IX. Lys. XVII. Itaque aut ad primam illam interpretationem revertendum est, quae verborum ordinem invertit, aut sumi debet Sophoclem nomine *τῆς βαφῆς* totam ferri cudendi fabricam significasse, qua ferrum non solidatur sed etiam ad tractandum aptius, hoc est, flexile et elasticum redditur ademta per aquam ferrariam naturali ejus asperitate; *τὸ θυμοειδὲς ὥςπερ σίδηρον ἐμάλαξε καὶ χρήσιμον ἀντὶ ἀχρήστου καὶ σκληροῦ ἐποίησε* Plat. Rep. III. 411. B. quae repetit Demetrius de Eloc. c. 184. Plu-

tarch. V. c. VIII. *τὴν πόλιν καθάπερ σίδηρον ἐκ σκληρᾶς μαλακωτέραν ποιῆσαι.* Quod Statius dicit Achill. I. 429. *ferrum laxatur ad usus innumeros,* illud ipsum est *μαλάττε-*
304 *ται καὶ θηλύνεται,* quamquam hoc non efficitur *τῇ βαφῇ,* quae proprie ita dicitur, sed post eam ferro calefaciendo.

V. 656. *Ἐξαλεύσωμαι.* Sic La. Lb. et plerique codd. Ald. Suid. s. *Εἰμί* et s. *Ἐχθρῶν.* Alii *ἐξαλεύσομαι*, cod. *Δ. ἐξαλέξωμαι*, cod. Brunck. *ἐξαλλάξωμαι.* Hesychius *Ἐξαλύξωμαι φυλάξωμαι Σοφοκλῆς Αἴαντι μαστιγοφόρῳ*, quod Wesselingii consilio Observ. II. 16, 163. recepit Brunckius. Restitui *ἐξαλεύσωμαι* ob codd. plurimorum consensum et ut usitatius. Futuro *ἀλύξομαι* usus est Hesiodus Opp. 363. aoristum non reperio. Ed. Pr.

V. 657. *Μολών τε.* Sic codd. Ald. et Suid. s. *Ἀστιβές* hunc et tres seqq. versus afferens. *Μολὼν δέ* idem s. *Ἐχθρῶν* et Edd. vett. E. seqq. *ἔγχος ἔχθιστον βελῶν* repetit Eustathius p. 644, 47. Ed. Pr.

V. 661—663. *Ἐγὼ γὰρ — Ἀργείων πάρα*, affert Suidas s. *Κεδνός*, ubi *Κἀγώ* legitur, duos sequentes s. *Ἀλλ' ἔστ'.* Ed. Pr.

V. 665. *Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα* — Praeter Suidan s. *Ἄδωρα* et *Ἐχθρῶν*, hujus versus mentionem fecere Eustathius p. 757, 14. Schol. Eur. Med. 615. Servius ad Aen. IV. 496. paroemiographi v. Schott. ad Zenob. V. 4. p. 79. et Theophylactus Sim. Hist. IV. c. 13. p. 110. B. ubi *κακῶν* pro *ἐχθρῶν* legitur; paullulum inflexit Lucianus Merc. Cond. §. 38. p. 697. Scriptor de plagiis literariis, quem Clemens excerpsit Strom. VI. 2, 740. *Εὐριπίδου μὲν ἐν τῇ Μηδείᾳ εἰπόντος κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει, Σοφοκλῆς ἐν τῷ Αἴαντι τῷ μαστιγοφόρῳ φησὶν Ἐχθρῶν δ' ἄδωρα δῶρα κ. τ. ἑ.* Verum nota sunt *τὰ τοῖς Τραγικοῖς ὁμοίως εἰρημένα*, in quae illi saepe fortuito et incogitantes inciderunt. Ed. Pr.

V. 666. *Τοιγὰρ τὸ λοιπόν.* Hunc versum et novem seqq. sublegit Stobaeus Serm. XLIV. 7. Septem priores Suidas s. *Εἴσομαι.* Verba *τοῖς ἐν τέλει βεβῶσι πείσομαι* Euripidi tribuunt Schol. Arist. Rann. 370. Schol. Il. *K.* 56. et Philemo §. 233. p. 161. sequentia *μαθησόμεσθα — σέβειν* profert Eustathius p. 21, 21. et 1429, 26. Ed. Pr.

305 V. 669—673. *Καὶ γὰρ τὰ δεινὰ — φλέγειν*, producit Tzetzes ad Hes. Opp. 197. tres priores 669—671. Suidas s. *Νιφοστιβεῖς.* Similis *ἰσότητος* praedicatio ex Pythagoreorum scholis ducta legitur in Eur. Phoenn. 551. et in Didus Ep. ad Aen. v. 54. ***cessurus lege sorori consumit sua jura dies; sic continet orbem dum recipit natura vices*** etc. Poett. Min. T. IV. P. II. p. 445. Ed. Pr.

V. 672. *Νυκτὸς αἰανῆς κύκλος.* Ita Stobaeus, Tzetzes ll. cc. et Suidas s. *Λευκὴ ἡμέρα*, sed idem alio loco *Αἰανὴς κύκλος σκοτεινὸς (ἢ) ἀδιάλειπτος* (sic et Schol. Rom.) *Σοφοκλῆς νυκτὸς αἰανὴς κύκλος· ἢ αἰανῆς, θρηνητικῆς.* Eadem fere Zonaras T. I. 64. nisi quod *αἰανός* scribit; La. *αἰανής*, quod primus Hermannus recepit; ceteri codd. *αἰανῆς*. Pro *νυκτὸς αἰανῆς τέκνα* Aesch. Eum. 416. prius legebatur *αἰανῆ*, quod Scholiastae nesciunt utrum *σκοτεινά* significet an *θρηνητικά*. Ejusdem distensionis testis Schol. Pind. Isthm. I. 69. *αἰανῆ οἱ μὲν τὴν χαλεπὴν παρὰ τὸ αἶ αἶ, οἱ δὲ τὴν διηνεκῆ παρὰ τὸ αἰέν.* Nocti utrumque convenit ut et *μέλαινα* dicatur sive *σκοτία*, quae sunt fere perpetua ejus epitheta, et ut *αἰώνιος* ab perennitatem, cujus causa *νὺξ ἱερά* Aesch. Heliad. 59. Eur. Ion. 83. et *ἀμβροσία* vocatur, sicut omnia quae naturae legibus in aeternum fixa sunt, elementa, sidera, annique et lucis statae vicissitudines, et *θεὸς αἰανής* id est *αἰώνιος* Lycophr. 928. Sed hoc loco praestat *σκοτεινός* et propter contra positum *λευκόπωλος ἡμέρα*, et quia nigror atque caligo prope abest ab illo horrido tetricoque rigore, quo quae praedita sunt, hic mitioribus concedere dicuntur. [*Κύκλος ἄστρων* Sap. Salom. XIII. 1.]

V. 674. *Δεινῶν τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε στένοντα πόντον.* Hermannus in utraque editione *δεινῶν δ'*, quae conjectura videtur (nam de codd. nihil adnotatur) sed perquam apta. La. Jen. Lips. B. et Suid. s. *Ἄημα* exhibent *δεινόν τ'* — Musgravius et Jacobsius Animm. ad Anth. Vol. III. P. II. 210. *λείων* corrigunt, *πνεῦμα λεῖον* afferentes ex Aristoph. Rann. 1003. et Heliod. V. 1. quod legitur etiam Philostr. Vitt. Soph. II. 1, 564. et Philon. de Somn. II. 146. Causa correctionis haec est, quod venti leniter adspirantes mare tem- 306
pestate concitatum sedant; *ὁ ζέφυρος τὴν θάλασσαν κατευνάζει* Callistr. Iconn. XIV. 906. *κῦμα πραΰνει* M. Argentar. Epigr. 4. *οἶδμα κατεπρήϋνε γαλήνη* Quint. Cal. XIV. 328. *κύματα ἔσβεσε νήνεμος αἴθρα* Arist. Avv. 777. [Arrian. Peripl. P. Eux. p. 117. *Βοῤῥᾶς ἐπιπνεύσας ὀλίγος κατέστησε τὴν θάλασσαν.*] Sed *δεινὰ πνεύματα* motus undarum augent potius quam minuunt, nisi ex adverso incumbunt, ut Homerus ait Od. *Ε*. 385. *ὦρσε δ' ἐπὶ κραιπνὸν Βορέην πρό τε κύματ' ἔαξε,* et Lucanus V. 705.

lassatum fluctibus aequor
ut videre duces purumque insurgere vento
fracturum pelagus Borean.

Sed is quoque si diutius spiraverit et vehementius, non tranquillat mare sed in contrarium impellit. Hoc igitur reputantes illi *λείων* substituerunt. Sed retinendae lectionis antiqui-

tus traditae rationem Scholiastae ostendunt duplicem, unam prorsus improbandam: *λείπει τὸ ὑπὸ, ἵν' ᾖ ὑπὸ δεινῶν πνευμάτων στένοντα πόντον ἄημα πρᾶον ἐκοίμισε*, alteram argutius excogitatam: *πνοὴ μεγάλων ἀνέμων κατεπράϋνεν ἠχοῦντα πόντον παυσαμένη δηλονότι καὶ ἡσυχάσασα*, modo id poeta addidisset; nam si quis dixerit etiam non additum tamen intelligi posse, id vereor quorsum evasurum sit. Vere quidem Aristoteles Phys. Ausc. L. II. c. 3. *ὃ γὰρ παρὸν αἴτιον τοῦδε, τοῦτο καὶ ἀπὸν αἰτιώμεθα ἐνίοτε τοῦ ἐναντίου, οἷον τὴν ἀπουσίαν τοῦ κυβερνήτου τῆς τοῦ πλοίου ἀνατροπῆς*, ex quo apparet recte dici *ὁ κυβερνήτης ἀποθανὼν ἀνέτρεψε τὸ πλοῖον*, ut *δεῖμά μοι παροιχόμενον ἔπαυσε μέριμναν* Pind. Isthm. VIII. 22. Sed hanc notionem *τοῦ ἀποθανών, τοῦ παροιχόμενον* nullo modo omitti posse exemplis docebo. [Simile facinus foret si in Gregor. Naz. Carm. LVI. 133. A. *αἰδὼς οἰχομένη πάντων γενέτειρα κακίστων* participium omitteretur.] Quum Hippocrates scripsisset *οἱ κατὰ γαστροκνημίην πόνοι ἐν τούτοισι γνώμης παράφοροι*, id nonnulli falsum rati, in contrarium veterunt adhibita eadem, qua Scholiastes utitur, ellipsi: *βοηθοῦντες τῇ ῥήσει κελεύουσιν ἡμᾶς προςυπακοῦσαι καταπαυσάμενοι*, quam exegesin Galenus Comm. I. in Praedict. L. I. 35. p. 585. T. XVI. *ἀτοπωτάτην* dicit: *οὕτω γὰρ ἔξεστι πᾶν ὅ, τι ἂν βουληθῶμεν εἰς τοὐναντίον ἕλκειν ὥςτε κἂν κεφαλαλγίαν εὕρωμέν που γεγραμμένην, οὐ τὴν οὖσαν ἀλλὰ τὴν
307 παυσαμένην ἀκούειν ἡμᾶς κ. τ. λ.* Ac profecto, qui hujusmodi detractionem probaverit, non dubitabit dicere *morbus me sanavit, somnus expergefecit, clamor fragorque consopivit, procella mare sedavit*, quae sine controversia sunt *ἀτοπώτατα*. Attamen afferuntur a Schaefero et Erfurdtio hujus licentiae exempla; *quo enim jure v. 675. somnus dicitur cessando solvere τὸν τέως πεπεδημένον, eodem jure δεινῶν ἄημα πνευμάτων dicitur cessando κοιμίζειν τὸν τέως κεκυματωμένον πόντον*, estque vetus adeo cantilena rem appellari pro defectu rei.[1]) Sed haec diversissima sunt; namque cum verbis *solvendi, laxandi, remittendi* notio demtionis et sublationis ita arcte conjuncta est ut separari nequeat; neque, si dicitur *ὅταν γλυκὺς ὕπνος ἀνῇ με* Theocr. X. 22. *Ἄρης ἔλυσεν αἰνὸν ἀπ' ὀμμάτων ἄχος*, cuiquam in mentem venit extrinsecus addere *λιπών* vel *παυσάμενος*, quia hoc ex verbis *λύειν ἀνιέναι* intelligitur ipsis. Verbum autem *κοιμίσαι*, quum prorsus hujus generis non sit, hac una ratione excusari potest quod prae-

[1]) [Strab. IX. 577. *ὁ Πηνειὸς ἀνέψυξε τὴν χώραν* sc. relictam in sicco. Apoll. Rh. I. 141. *μή οἱ ἐϋκλείης ἀγάσαιντο.* Eurip. Palam. ap. Schol. Hom. Il. B. 353. *πάλαι σ' ἐξερωτῆσαι θέλων σχολή μ' ἀπεῖργε*, i. e. die *fehlende* Mufse.]

cedunt verba εἴκειν, ἐκχωρεῖν, ἐξίστασθαι, quibus quae inest desinendi significatio, ea furtim transfunditur ad proximum ἐκοίμισε, non ut hoc intelligatur, quod sejunctum a continentibus absonum foret, *procella mare tumidum temperat,* sed potius *remittit aliquando, ceditque serenitati, ut luci tenebrae, hiems veri.* Retineo igitur tralaticiam lectionem, sed longe aliis atque illi rationibus ductus, neque concedam Matthiaeo huc conferenti ἡ γαλήνη συννεφεῖ Eur. Dan. Fr. IV. quod non aliter se habet quam *sol obscuratur, nox illucescit* Plaut. Amph. I. 3, 18. Neque magis quadrat, quod a Dissenio apponitur Pind. Isthm. II. 58. οὐδέ ποτε ξενίαν οὖρος ἐμπνεύσας ὑπέστειλ' ἱστίον ἀμφὶ τράπεζαν, qui locus sive hoc modo scribitur sive ut Hermanno placet ad Hec. 1059. certissime hoc significat *Xenocrates nunquam contrahit hospitalitatis vela, quae velut ventus secundus intendit.* Sicut somnus corpora animantium constringit, constricta solvit, sic vento tribuitur τὸ ἀναστέλλειν καὶ τὸ ὑποστέλλειν cf. Schol. Arist. Eqq. 437. τὸ ἐπαίρειν καὶ τὸ ὑπιέναι Plut. V. Luc. III. quia vela, nisi ventus esset, non intenderentur omnino.

V. 675. Ἐν δ' ὁ παγκρατὴς ὕπνος λύει πεδήσας. Bo- 308
thius in Ed. Pr. ἐν mutavit in ἐκ, quod Hermannus non admodum improbat; nunc cum πεδήσας jungendum putat, quod non videtur fieri posse interjecto alio verbo λύει. Eodem modo ἐν δ' ἄλοχοι Oed. T. 191. ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων ἴτω κλαγγά Trach. 210. quod Dorvillius ad Char. p. 126. (p. 275.) cum aliis minus aptis confert. Verba ὁ παγκρατὴς — ἔχει affert Eustathius p. 173, 20. p. 981, 54.

V. 678. Ἐγὼ δ' ἐπίσταμαι γάρ — Pro ἐγὼ δ', quod ap. Suidan s. Ἄημα, Triclinium ad Oed. T. 222. et in omnibus codd. legitur, Brunckius et Schaeferus ἔγωγ', ut Heathius, receperunt; Porsonus ἐγῷδ' praefert; vulgatam tuentur Wunderus et Hermannus δὲ γάρ non minus recte dici censentes quam ἀλλὰ γάρ, quod exemplis quibusdam confirmat Fritzschius Quaest. Lucian. p. 63. De lectione idem sentit Triclinius sed schema anantapodoton esse, ἐγὼ δὲ — scil. γνώσομαι. Sic in Plat. Legg. IX. 875. D. νῦν δ' — οὐ γάρ ἐστιν οὐδαμοῦ, et similibus alii signum illud reticentiae apponunt, alii verba continuanda putant v. Ast. ad Symp. 220. edit. primae.

V. 679. Ὅ τ' ἐχθρὸς ἡμῖν — ἐχθαρτέος. Pro vulgato ἤμην, in quo codd. et Suidas s. Ἄημα consentiunt, Brunckius ex alio Suidae loco s. Ἐχθραντέος, ubi hic versus et seqq. afferuntur, recepit ἡμῖν (non ἧμιν, ut Erf. dicit) a Kuestero commendatum, idemque tacite confirmant Grammatici, qui pro ἤμην uno Euripidis testimonio utuntur, Etym. M. p. 430, 7.

Pro ἐχθραντέος, quod per omnes codd. obtinet, Porsono suasore ad Med. 555. reposita est lectio Junt. II. marginalis ἐχθαρτέος nuper inventa in La. et Lb.

V. 681. *Τοσαῦθ' ὑπουργῶν* — Apud Suidan s. *Ἐχθραντέος* mendose scribitur *τοιαῦθ'*. Ceterum his verbis poeta adumbravit Biantis praeceptum Aristot. Rhet. II. 13, 765. E. XXII. 780. E. *φιλεῖν δεῖ ὡς μισήσοντας καὶ μισεῖν ὡς καὶ φιλήσοντας*. Sed et Zaleuci lege sanctum est, ne quis civium implacabili odio inimicum prosequatur sed ita cogitet, se aliquando cum eo in gratiam rediturum esse Diodor. XII. c. 20. *Καλῶς εἴρηται τοῖς παλαιοῖς ὅτι καὶ φιλίας κοινωνητέον μὴ*
309 *ἀπογινώσκοντας ἔχθραν καὶ προσκρουστέον ὡς φιλίας ἐσομένης* Philo de Char. p. 713. A. cf. Seneca Ep. XCIV. p. 236. et Gruter. ad P. Syri Sent. p. 484. (p. 216. ed. Orell.) Hoc infirmior est Wyttenbachii conjectura in Bibl. Crit. II. P. I. 45. Platonis similem sententiam Rep. V. 465. ex hoc Sophoclis loco ductam esse. Ed. Pr.

V. 682. *Ἄπιστός ἐσθ' ἑταιρίας λιμήν*. Haud dissimilem rationem reddit Bias ap. Diog. I. 82. *τοὺς γὰρ πλείστους εἶναι κακούς*. *Ἑταιρείας* La. Lb. *ΓΔΘ*. Mosq. B. Lips. A. B. Suid. s. *Ἄημα* et *Λιμήν*, quod probavit Porsonus ad Or. 1070. et receperunt praeter Bothium omnes. Ceteri codd. et Edd. *ἑταιρίας*, ut Brunckius. Atque *ἑταιρία* amicitiam significat ap. Demosth. p. 424, 10. (unus cod. *ἑταιρεία*) Thucyd. III. 82. (pauci *ἑταιρεία*) Epist. Socr. p. 17. Aristid. Or. II. p. 309. V. p. 35. Athen. XIII. 572. Discrepant codd. Eur. Or. 1072. et 1079. ubi Matthiae primum *ἑταιρεία*, mox *ἑταιρία* dedit; Dindorfius qui hic *ἑταιρεία* praetulit, utroque loco *ἑταιρία*. Vicissim *ἑταιρεία* pro factione legitur Andocid. p. 13, 100. Plut. V. Public. c. XXI. V. Crass. XIV. (Schaeferus *ἑταιρία*) Philostr. V. Ap. VIII. 24, 365. et, quod aliquanto plus valet *ἑταιρήϊῃ* Herod. V. 71. *ἑταιρεῖαι* Julian. Epigr. XLIII. 2. Anth. T. III. 204. Alia hujus confusionis exempla attulerunt Astius ad Legg. IX. 437. Baiterus ad Isocr. Paneg. p. 51. Schneiderus ad Plat. Civ. T. I. 437, nec puto accurate definiri posse, librariine peccaverint an scriptores ipsi discrimina significationum a plerisque servata interdum neglexerint.

V. 685. *Ἔσω θεοῖς ἐλθοῦσα διὰ τέλους εὔχου τελεῖσθαι.* Bar. B. *Θ*. Mosq. AB. *εἴσω*. *Διὰ τέλους* (*διατέλους* Ald. et vett. Edd. ut *διαπαντός* v. 704. etc.) ab Hippocrate semper pro *διὰ παντὸς τοῦ χρόνου* dici affirmat Galenus de Diffic. Resp. II. 6, 253. T. VII. (846.) eumque intellectum habet Aesch. Eum. 64. Hec. 1193. Bacch. 1259. Platt. Legg. III. 687. C. IV. 721. C. Demosth. de Foed. Al. 216, 22. Menand. Fragm. p. 123. sed Sophocles hoc loco pro *τελέως* po-

suit ut Prom. 273. Hec. 817. quod saepius εἰς τέλος dicitur, ut ἡ νόσος εἰς τέλος ἐλώφησε Dionys. Antt. VIII. 53. X. 54. εἰς τέλος τεταπεινωμένοι Diod. XI. 38. XVII. 77. pro εἰς 310
τοὔσχατον. Τῶν δεινῶν εἰς τέλος ἀπαλλάττουσι Artemid. II. 37, 215. [τῶν ἐμφυλίων ἐς τέλος ἀνῃρημένων Appian. Civ. V. 130, 10.] v. Dorvill. ad Char. p. 479. Wetsten. ad Luc. XVIII. 5.

V. 687. Ταὐτά μοι τιμᾶτε — honoris causa mihi tribuite, ut δυσσεβῆ τιμᾶς χάριν Antig. 520. [pro νέμεις.] Παιάν σοι τιμᾷ φάος Pind. P. IV. 481. Ἑρμῇ, δέξο θυσίην, ἥν σοι λοιβαῖσι γεραίρω Append. Epigr. n. 282.

V. 689. Μέλειν μὲν ἡμῖν, εὐνοεῖν δ' ὑμῖν ἅμα. Μέλειν τινός curam gerere Aesch. Ag. 380. Soph. El. 343. quod sine justa causa addubitat Blomfieldius ad Prom. Gloss. v. 3. Schol. Rom. ὑμῖν ἅμα, γράφεται ὑπέρμεγα, quo Tragici non utuntur, neque h. l. aptum est.

V. 693. Ἔφριξ' ἔρωτι περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν. Jen. et fortasse nonnulli alii ἔφριξ' ἐν, quam praepositionem Triclinius metri causa addendam putavit sed omittunt Suidas s. Ἔφριξα, Schol. Lips. ad Il. IV. 282. et Eustathius p. 473, 10. qui hoc versu usi sunt. De simili animi affectu Aeschylus Fragm. N. 373. ἔφριξ' ἔρωτι τοῦδε μυστικοῦ τέλους, quem versum ab Oedipo in fabula cognomine tunc pronunciatum suspicabar, quum sacra Eleusinia percepturus esset. Ἀνεπτόμαν Paris. E. Aug. B. Suid. l. c. ubi cod. Oxon. ἀνεπτόμην, et Eustath. p. 452, 31. p. 1419, 44. p. 1679, 50. Ceteri ἀνεπτάμην et ἀνεπτάμαν, ut ἐψηφάμαν Eur. El. 1225. κατηρξάμαν 1223. Ἀνέπτατο χάρματι θυμός Apollon. Arg. III. 724. pro quo Sophocles ἔρως usurpavit exemplo novo.

V. 694. Ἰὼ ἰὼ Πὰν — ἁλίπλαγκτε φάνηθι. Barocc. B. Aug. C. Dresd. B. semel ἰώ. Schol. Harl. ad Arist. Nub. 1157. τὸ ἰῶ καὶ ἰοῦ ἐπὶ χαρᾶς περισπᾶται. Bar. B. Aug. C. Lips. B. Πάν semel Mosq. B. Dresd. AB. Aug. C. Flor. Γ. et Turneb. in margine ἁλίπλακτε. Μάκαρες ἁλίπλαγκτοι dii permarini Oppian. Hal. IV. 582. Panem autem ἁλίπλαγκτον dici putant Scholiastae ἢ ὅτι ἐβοήθησε τοῖς Ἀθηναίοις ἐν τῇ ναυμαχίᾳ (v. Theaetet. Epigr. III. 515. T. III.) ἢ ὅτι τὸν Τυφῶνα δικτύοις ἤγρευσε (piscium ferculis inescatum narrat Oppianus Hal. III. 16.) ἢ ὅτι οἱ ἁλιεῖς τιμῶσι τὸν Πᾶνα 311
ὡς νόμιον θεόν v. Pind. Fragm. LXV. 594.[1]) Ausonius

[1]) Alius addit ἁλίπλαγκτε ἀντὶ τοῦ μεγαλόφωνε ὡς ἁλίβρομε. Num forte, qui hoc commentus est, ἁλίκλαγκτε legit, idque ut ab ἅλις compositum idem significare credidit quod ἐρικλάγκτης? Ἁλίβρομος σύριγξ Nonn. XLIII. 385. undisonam significat.

Mosell. 172. Panes inducit fluctibus insultantes, et in pugna Liberi patris navali Nonn. XLIII. 214. excellit Pan *ἀβάτοισιν ἐν ὕδασι κοῦφος ὁδίτης*, idemque in numero deorum litoralium refertur v. Interpr. ad Theocr. Id. V. 14. piscatorum adjutor Agath. Ep. XXVIII. Hinc perspicuum fit, Panem, licet numinibus maris adscriptus non sit, tamen ob negotia maritima *ἁλίπλαγκτον* cognominari potuisse et hoc loco a choro ita invocari, *tu*, *qui maria pervagari soles*, *adesdum mare Aegaeum transvectus*. Ed. Pr. Bothius et Hermannus verba *ἁλίπλαγκτε φάνηθι* conjungenda putant ut *venias hodierne* v. Krueger. de Attractione p. 77. sq. Neque tamen exemplum hujus assimilationis [1]) ex antiquis auctoribus proferri video; nam quae Matthiae Gramm. §. 312. p. 615. et Bernhardy Synt. p. 465. componunt *ὦ δύστηνε φανεὶς*, *ὦ πολύκλαυτε θανών*, quum eodem modo constructa sint quo ceteri casus *ὁ πολύκλαυτος θανὼν*, *θανόντος αὐτοῦ πολυκλαύτου* etc. non debent conferri cum hujusmodi locis, in quibus imperativus vel optativus legitur. — Pro *χιονοκτύπου* Bodl. Bar. A. et quatuor alii *χιονοτύπου*. Cyllenen poeta ut nobiliorem Panis sedem memorare maluit quam Psyttaliam Salaminiis propiorem v. Schol. Aesch. Pers. 447.

V. 698. *Θεῶν χοροποί' ἄναξ*. Eundem Pindarus Fragm. N. 67. p. 593. *χορευτὴν τελεώτατον θεῶν* vocavit, cujus loci obscura memoria ductus Vossius Epp. Myth. I. 13. Panem dicit a Pindaro perfectissimum deorum dici; quod non est ita, neque si esset, ad Aegyptiorum mysteria pertineret; nam hic superlativi non semper tantum valent, quantum sonant.
312 *Ἑρμεία φέρτατε παίδων Αἰγιόχου* Oppian. Hal. III. 9. Apollinem Theocritus XXV. 21. *τελειότατον θεόν*, Virgilius summum deorum, Homerus *θεῶν ἄριστον* praedicat quod Eustathius p. 1523. minus fuisset miratus, si Dianam meminisset *θεῶν ἄνασσαν* nuncupari Iph. A. 1523. Ed. Pr.

V. 699. *Νύσια, Κνώσι' ὀρχήματα*. Codices partim sic partim geminato sigma; atque in urbis Creticae nomine utramque scripturam pariter probari docuit Hoeckius in Cret. T. I. 401. cupidiusque quam cautius Stallbaumius *Κνωσσός* ex toto Platone a se expulsum profitetur ad Legg. I. 625. A. *Νύσα* autem rectius quam *Νύσσα* scribi plerique doctorum consentiunt, quos Ellendtius nominat ad Arrian. T. II. p. 130. Praeter Suidan s. *Νύσια* et Zonaram T. I. 345. hunc versum

[1]) Hanc, quam barbare attractionem vocare consuevimus, latine assimilationem (*ὁμαλισμόν*) syntacticam appellare licet. Donatus ad Andr. Prol. 3. *populo ut placerent quas fecisset fabulas*, syllepsin dicit, sed hoc nomine vulgo alia designatur figura.

affert Eustathius p. 1166, 18. cujus opinio est haec, Sophoclem juvenum bis septem, quos Theseus duxit, festas choreas Gnosi celebratas in animo habuisse. Sed Gnosiae dicuntur quae quondam a Curetibus ad occultandum Jovis vagitum institutae sunt; Nysiae, quas Satyri Nysigenae Nymphaeque Bacchi nutrices saltarunt. Scholiastes: *τῶν μὲν ὀρχήσεων ἡ μὲν Βερεκυνθιακὴ λέγεται, ἡ δὲ Κρητικὴ ἣ καὶ πυῤῥίχη* (male Suidas *ἡ δὲ πυῤῥίχη*). *Νυσίας γὰρ ἡ Βερέκυνθος* (male idem *ἡ Βερεκυνθιακή*) quae Meursius perperam ad Suidae modum corrigit ad Lyc. 249. cf. Jungermann. ad Poll. 99. et Aglaoph. T. II. 1154.

V. 700. *Ὀρχήματ' αὐτοδαῆ ξυνὼν ἰάψῃς. Αὐτοδαῆ* significat ludicra extemporalia. Duo ultima vocabula excerpsit Suidas s. *Ἰάψῃς*, pro quo La. Dresd. B. *ἰάψεις*. Eustathius p. 17, 10. *τὸ ἰάψειν ὀρχήματα ἐστὶν ἢ τὸ εἰπεῖν καὶ διδάξαι ἢ τὸ ἐπιπέμψειν.* Prius perspicue falsum est, cum altero consentit Glossa Brunckii *πέμψῃς, ἐμβάλῃς*, ut *προϊάπτειν* Il. XXIV. 110. interpretantur *προϊάλλειν, διδόναι.* Tertium quiddam continetur Scholiastae verbis *συνάψῃς ἐμοὶ, ἤγουν ἐπιπέμψῃς*, quae ex duobus interpretamentis mixta sunt. Ex his *συνάψῃς* vero proximum videbatur, ut vulgo saltantes dicuntur *χορὸν ἅπτειν* Aesch. Eum. 307. *χεῖρα χειρὶ συνάπτειν* Arist. Thesm. 955. *nectere brachia* Ovid. Fast. VI. 329. Atque eandem significationem verbo *ἰάπτειν* [1]) tribui censebam, 313
ut ab eadem stirpe profecto. Etenim primitivum est *ἄπω*, latinum *apo* id est jungo, ligo, unde *apex* propagatum, ut Festus et Servius docent, et *amentum*, nomen contractum ut omen, fulmen, caementum etc. Hinc proficiscitur appropinquandi significatio. Hesychius *Ἄψω, προσεγγίσω*, Zonaras T. I. p. 366. *ἅψαι τὸ προσεγγίσαι*, id est admovere. Media forma *apiscor*, *ἅπτομαι* [2]) attingere significat. Quemadmodum vero a *χράω* (*χραίνω*) ducitur *χρίω, χρίπτω* et *χρίμπτω*, a *λάω, λίω* (*λιλαίομαι*) *λίπτω*, sic ab illo fonte manavit *ἵπτω* et crassius *ἵμπτω* eadem nectendi, jungendive significatione praeditum. Hesychius *Γιμβάναι, ζεύγανα, Ἴμψας, ζεύξας,*

---

[1]) [Quint. Sm. III. 455. *ἐνὶ πένθεσι γῆρας ἰάψει.* 481. *με πένθος ἰάπτει.*]

[2]) Pro medio activum legitur in Act. Apost. XXVIII. 3. *ἔχιδνα καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ.* Sed pro *ἵνα τούτων ἅψαιμι* Aristaen. II. 21. nunc emendatius scribitur *ἁψαίμην* cf. Bast. ad Ep. I. p. 232. Apud Hesychium *χρώζει, προσάπτει, ψηλαφᾷ*, Guietus *προσάπτεται* corrigit, ac recentiores Graeci *ἀγγίζειν* pro *ψηλαφᾷν* usurpant v. Du Cang. Gloss. T. I. p. 8. Sed ille fortasse *προσάπτει* dixit pro *competit*, ut saepissime *συνάπτει* pro *συναφής ἐστι* valet v. Wellauer. ad Pers. 858. *ὁ τένων καθάπτων εἰς τὴν κεφαλήν* Galen. de Us. Part. II. 12. p. 135. T. III. Ed. Pr.

Ἴμψιος Ποσειδῶν ὁ ζύγιος, *Ἰμφθεὶς ὁ βλαφθείς*, nam a tactu et attrectatu proxime abest laesio, quo fit ut *atteger* laesum significet, *integer, intactus*[1]) et graecum *ἄθικτος*, illaesum; neque *contages* multum hinc distat, quam Graeci *θίξιν* vocant, quare Hesychius *Θιγμάτων* interpretatur *μιασμάτων*, quae res quam sibi cognatae sint invicem, etiam hinc cognoscitur quod verbo *χραίνειν* tangendi et contaminandi sive corrumpendi notiones subjectae sunt. Quum igitur pateat, tactionem et laesionem fere idem valuisse, quumque tangere (*ἅπτεσθαι*) nihil aliud sit quam se adjungere (*ἅπτειν*) non mirum videbitur, jungendi et laedendi significationem attributam esse verbo congeneri, quod veteres ipsi sola literae iota praepositione ab illis discrepare autumant. Ejusque praepositionis exempla extant neque pauca neque dubia, *αὔω* et *ἰαύω* Schol. Ven. IX. 325. *οὖλος* et *ἴουλος* Athen. XIV. 618. E. *αἰβοῖ* et *ἰαιβοῖ*, *ἀπάλλω ἀποπέμπω* Anecd. p. 414.
314 et Suid. *Ἐφιάλτης, ὁ ἐπιπηδῶν* Hesych. *Ἰάειρε, πρόςφερε* Id. *Ἰῶλκα, αὔλακα* Idem et Grammatici inediti apud Albertium, quos si Bentlejus cognitos habuisset, noluisset *ὦλκα* corrigere ap. Heyn. ad Hom. T. VI. p. 493. *Ἰηδόνες, εὐφροσύναι* Suidas; *Ἰωρός* pro *οὖρος* (id est vel *φύλαξ* vel *ὅρος*) Photius et Suidas, quamquam Apollonius de Pron. p. 70. C. et hoc et nomen *ἴγνητες* a pronomine compositum dicit; ab *ἀνθῶ* Schol. Theocr. XII. 24. *ἴονθος* repetit, alii ab *αἴνω ἰαίνω* (et *διαίνω*, ut *ἰωκή, διώκω* ab *ὠκύς*) a *γόνυ ἰγνύς* et *ἰγνύα* extitisse putant; Strabo IX, 437. *Θώμη* prius quam *Ἰθώμη* dictum esse censet; de *ἰθύω* autem et *ἱμείρομαι* dubitatur haeccine sit antiquior forma an quae duabus constat syllabis. Sed illam nectendi significationem non penitus amissam esse, colligo ex Hesychii glossa *Ἴαψεν ἔπεμψεν, ἔδεισε*, pro quo *ἔδησε* scribendum videtur. Haec olim disserui, sed paullo angustius nec ut persuaderem Hermanno et Passowio, qui *ἰάπτειν ὀρχήματα* proprie significare putant pedes jactare saltando, tum saltare ipsum. Quod ego concesserim, si quis illius propriae significationis exemplum promserit, vel *πόδας ἰάπτειν* vel *χεῖρας* vel aliud simile. Dicitur quidem *βαλλίζειν* et *ballare* pro saltare v. Salmas. ad Vopisc. Aurel. c. VI. sed hoc ideo quia *βάλλειν χεῖρας*, *brachia in numerum jactare* Lucret. IV. 773. in usum venit pro *χειρονομεῖν*. Num vero *δικεῖν* vel *ῥίπτειν* pro saltare dictum sit, dubitare libet. Verum haec hactenus. Illa autem deorum invocatio e veritate expressa hymnisque sacris assimilata est. Lucianus Salt. §. 10. p. 130. T. V. *τὸ ᾆσμα Ἀφροδίτης ἐπίκλησίς ἐστι καὶ Ἐρώτων*,

---

[1]) Pro non tacto poetae usurpare solent.

ὡς συγκωμάζοιεν αὐτοῖς καὶ συνορχοῖντο, quo solvitur Matthiaei haesitatio mirum esse dicentis si chorus a Pane peteret ut se coram (imo ut secum) saltaret. Idem expetit chorus Arist. Rann. 323. *Ἴακχ' ὦ Ἴακχε ἐλθὲ χορεύσων, ἔξαγε χοροποιὸν, μάκαρ, ἥβαν.*

V. 701. *Χορεῦσαι.* Post hoc verbum Hermannus tot syllabas excidisse putat, quot supersunt versui antistrophico.

V. 704. *Εὔγνωστος ἐμοὶ ξυνείης διὰ παντὸς εὔφρων.* Scholiastes Rom. primum et extremum nomen ita connexa censet ut significetur *φανερὸς ὢν ὅτι εὔφρων ἐστί favoris* 315 *manifestus;* sed non persuadet. Postquam enim Panem praesultatorem invitaverat chorus, nihil magis consentaneum videtur quam ut Apollinis quoque, dei festivissimi, numen praesens ex propinquo venerari gestiat, communi persuasione, deos cultoribus suis *φαίνεσθαι ἐναργεῖς*. Alia est de lectione hujus versus disceptatio; primum pro *ξυνείης* La. pr. Lb. Aug. B. *ξυνείη,* deinde La. pr. Lb. *εὔγνωτος*, quo fortasse nititur Suidas: *Εὔγνωτος*, *φανερός*, et codex Zonarae T. I. 897. Hanc formam Elmslejus ad Oed. T. 361. Atticis asserit argumento ex nominibus propriis, ***Arignotus***, ***Polygnotus***, ***Diognotus*** ducto, quod tum aliquid valeret si attici homines sic vocarentur soli; sed Eugnotus Boeotus est Antonin. Lib. c. XVIII. Callignotus Parius Paus. VIII. 31. alius Cous Agath. Epigr. LXIX. Polygnotus pictor Thasius etc. Deinde adjectivum *εὔγνωστος* legitur apud Euripidem, Xenophontem, Menandrum Fr. Ploc. I. 6. Stob. Ecl. Ph. I. 22, 9. p. 470. [Aret. Cur. Acut. II. 6. 107. Lugd.] Demosthenem c. Aphob. III. 844, 15. Lysian p. 148, 3. Aeschin. c. Tim. 311, 189. ubi unus cod. *εὔγνωτος* praebet; *ἄγνωστος*, *δύςγνωστος*, [*δυσεπίγνωστος*], *σύγγνωστος* sive *συγγνωστός* ceteraque cum praepositionibus conjugata in soluto sermone hanc unam formam habent. Idem Elmslejus ad Oed. C. 1360. vulgato *κλαυστός* praefert *κλαυτός*, et, quia composita *πάγκλαυτος, μονόκλαυτος*, *νυμφόκλαυτος,* in Tragicorum libris, qui sunt typis exscripti, constanter sine sigma scribantur, hanc formam Tragicis in totum vindicat. Verum in his adjectivis omnibus libri manu scripti ab editis discordant plurimum, et in his ipsis *ἄκλαυστος* et *πάγκλαυστος* non raro leguntur. Hermannus vero ad l. c. utramque scriptionem his sensibus discernit, *κλαύτος defletus, κλαυστός lacrimabilis*, *γνωτός notus*, *γνωστός* ***qui nosci potest.*** Ac si quis meminerit apud Plutarch. V. Alcib. III. *ἄσωστον αὐτῷ τὸν λοιπὸν βίον ἔσεσθαι ἔλεγεν,* et Aelian. H. Anr. XIII. 8, 3. *ἄσωστά ἐστιν αὐτῷ*, significari *τὸν σώζεσθαι οὐ δυνάμενον*, *ἄσωτον* autem dici fere ut latinum *asotus* de homine perdito, is non multum abhorrebit ab

hac sententia, Graecos, quum forte duplex increbuisset forma,
316 hac opportunitate ad discernendas significationes uti constituisse. Sed si primam illius diversitatis causam quaerimus, eam in ipsis temporibus, quibus haec assimilata sunt verbalia, positam esse reperiemus. Nam quum *ἔζωμαι* diceretur et *ἔζωσμαι*, *σέσωμαι* et *σέσωσμαι*, pariter variata sunt nomina *ζῶμα* et *ζῶσμα*, *ἄζωτος* et *ἄζωστος*, etc.[1]) Ab *ἔῤῥωμαι* discrepat aoristus Atticis ceterisque Graecis familiaris, *ἐῤῥώσθην*, cujus causa Etym. M. p. 730, 10. comminiscitur praesens *ῥώζω*, ut *σώζω*, *χρώζω*, eique congruunt *ἄῤῥωστος*, *ταχύῤῥωστος*, *ῥωστήριον*, sed perfecti similiora sunt substantiva *ῥῶμα*, *ῥώμη* et aoristus *ἐῤῥώθην*, cujus vestigia in codd. apparent v. Thucyd. VI. 93. VII. 45. Similiter *κέχρωται* invenimus Galen. de Us. Part. V. 4, 360. T. III. *κεχρωμένος* [id. T. XIX. 471.] Etym. M. 272. 7. Hesych. s. *Δίγονος*, cui *χρώμα* accommodatum est; idque Arato v. 838. pro *κεχρωσμένος* e codd. restituerunt nuperi editores, sed multo tamen frequentius *κέχρωσμαι*[2]), et huic par *ἐχρώσθην* Plat. Theaet. p. 156, unde *ἄχρωστος* pendet, quae nihil opus est a *χρώζω* repetere. *Ἔστρωμαι* atque *τέτρωμαι*, quaeque utrinque ducuntur, sigma non recipiunt, sed a *κέχωσμαι* non solum *χῶσμα, ἀνάχωσμα*, *χωστός*, *τυμβόχωστος,* verum etiam multo usitatius *χῶμα*, quod codd. saepius pro illo exhibent v. Tzschuck. ad Strab. XVII. 478. T. VI. Pro *διέγνωται* Andoc. c. Alc. 29, 42. nunc restituta est legitima forma, nec satis tutum videtur *ἀνάγνωμα* Dionys. de Demosth. c. XXII.
317 1023.[3]) prae tot contrariis sigmatismi exemplis[4]) sed dubitatione caret *γνῶμα* et adjectivum *γνωτόν*, quod non solum

---

[1]) *Ζῶμα* legitur ap. Platonem Legg. X. 616. B. XII. 945. C. Aristophanem v. Dindorf. ad Fragm. p. 143. Aeschylum et Sophoclem El. 452. ubi cod. Flor. *ζῶσμα*, quod exstat Hipp. de Haemorrh. 342. T. III. [Schol. Il. *B*. 479.] et aliis locis v. Jacobs. ad Achill. p. 204. Corais ad Heliod. p. 186. sed damnatur a Moeride; *ἔζωνται* Athen. XIV. 622. A. Diod. V. 30. *ἐζωμένως* Hesych. — *Σέσωται* cod. Vict. Iph. T. 607. *σωτέος*, *σωσθῆναι ἄξιος* Hesych. Phot. *σωστέος* Arist. Lys. 500. Eur. Herc. 1385. etc. *σωστικός* Arist. Probl. XXIII. 6. *σωτικός* Procl. in Tim. V. 303. *σῶστρα* Herodo. IV. 9. Athen. XI. 497. C. solvuntur servatoribus cf. Aglaopham. I. 383. sed *σῶτρα* et *ἐπίσωτρα* dicuntur canthi, quanquam in hoc nomine libri variant v. ad Hesych. s. *Σωστρεύματα*. Eustath. Opusc. XXV. 267, 61. *ὦ ψυχοσῶστα.*

[2]) [*Κέχρωσται* Plotin. Enn. I. L. VI. 52. ex omnibus codd. pro *κέχρωται* restituit Creuzerus.]

[3]) [*Ἐγνώθη* Meinek. Delect. p. 163.]

[4]) *Ἀνάγνωσμα* Plut. de Fort. Alex. V. 36. Symp. V. Quaest. II. 206. Galen. Hist. Phil. c. I. 224. Synes. Dion. p. 38. C. Julian. Fragm. p. 301. C. Gregor. Naz. Or. VI. 191. C. T. I. Cyrill. c. Jul. p. 231. E.

notum sed etiam cognobile significat; in pedestri autem sermone *γνωστόν* dicitur in utramque sententiam, *τὸ γινωσκόμενον καὶ ἔχον φύσιν τοῦ γιγνώσκεσθαι* Schol. Hermog. p. 2. T. IV. ed. Walz.[1]) Eadem inconstantia in verbis, quorum futura in *ασω* et *ησω* exeunt; *δέδρασμαι* in codd. Thucydidis III. 54. et apud Heliod. VII. 12, 292. X. 38, 443. cui Corais sigma detraxit, id soli perfecto verbi *ἀποδιδράσκω* convenire ratus; sed *δραστέον* Sophocl. Eurip. Plat. Polit. 268. D. Legg. I. 626. A. Dio Chr. XII. 377. Maxim. Tyr. XVIII. 346. *δρασθέν* Thucyd. III. 38. ubi codd. discrepant, Herodian. I. 13. p. 19, 29. ed. Bekk. Schol. Hermog. p. 657. *δρασθῆναι* Theophylact. Sim. V. c. 10, 157. D. quibus apta sunt *δράστης, δραστήριος*, sicut alteri formae, quae vulgo recepta est *δρᾶμα, ἄδρατος* Anecd. p. 7. Verbi *ἀποδιδράσκω* perfectum passivum fortasse non reperitur, sed extant ejus propagines *δρήστης, ἄδραστος, δρασμός* v. Jacobs. ad Achill. p. 569. *Κέκνησμαι*, ut ordinem literarum servem, legitur ap. Eustath. p. 1766, 34. *διακνησθέν* Hipp. de Morb. Mul. I. 690. T. II. et II. 767. alibi *διακναισθέν* scribitur p. 781. p. 784. et quae Grammatici ad Arist. Eqq. 768. annotarunt a Dindorfio collati, indicium faciunt diversae scripturae; pro *κνήματα*, quod Galenus in Gloss. ex Hippocrate affert, apud hunc *κνήσματα* legitur de Nat. Puer. p. 392. T. I. ut *κνησμός, ὀφρυόκνηστος*. Duo contrariae potestatis verba *λέλησμαι* et *μέμνημαι* in sua utrumque specie sibi constant praeter *ὑπέμνησται* Alex. Aphr. in Arist. de An. L. I. 14. a. II. 49. a. Procl. in Tim. L. V. 334. *ἀνεμέμνηστο* Philostr. V. Ap. V. 7, 192. eaque disparilitas serpit in verbalibus, *μνήμων, μνηστήρ, μνηστός, Διόμνηστος* Lys. Or. XVIII. 151, 21. *ὑπομνηστέον* Plut. Praecc. Reip. XIV. 166. Strab. XVII. 809. Procl. in Parm. L. II. 165. T. IV. ed. Cous. Philo de Temul. 318
p. 265. D. *ὑπομνηστικός* M. Anton. XI. 6. alterius non item, *λήσμων, ἄληστος*. A *νέω* (*νηνέω*) [Anecd. Cram. Ox. I. 300.] duplex existit perfectum, *νένημαι* et *νένησμαι* v. Sturz. Lex. Xenoph. III. 190. Ellendt. ad Arrian. T. II. 337. Dindorf. ad Eccles. 866. quae pariter probat Suidas *Νενημένη καὶ νενησμένη*, aoristus *ἐπινηθείς* Herodian. IV. 2, 21. *νησθείς* Euseb. Praep. IV. 155. C. sed unum, ni fallor, verbale *νητός*. Et a *νέω, νήθω, τὰ τῶν μοιρῶν ἐπινενησμένα* Lucian. Philop. §. 14. p. 251. T. IX. Hesych. s. *Κεκλωσμένον* Nicet. Ann. V. 2, 85. B. Suid. s. h. v. sed idem etiam *ἐπινηθείς* affert, quod legitur Aelian. H. Ann. VII. 1. *τὰ νηθέντα* Plat.

---

[2]) [*Καλλίγνωστος* cod. Pal. in Anth. Pal. V. n. 6. XI. 382. ut et *Πολύγνωστος* alicubi scribitur; de adjectivis v. Ellendt. Lex. I. p. 373. et 700.]

Pol. 282. A. Verbalia unius modi sunt; νῆμα, quod Etym. M. propter defectum sigmatis a νῶ repetit, εὔνητος, λεπτόνητος, praeter nomen artificis νήστης ὁ κλώστης Grammat. Herm. p. 304. et artis ipsius νηστική Orig. c. Cels. IV. 560. E. Plat. Polit. 282. A. a quo mire abhorret στημονονητική et κροκονητική p. 282. E. quae sic scripta reponit Pollux VII. 209. Πέπλησμαι Andocid. p. 16, 125. Aretae. Caus. Diut. I. 8, 94. Paus. IV. 6, 1. Plut. V. Brut. XLV. Philostr. V. Ap. V. 20, 203. Maxim. Tyr. XVIII. 7, 350. Dion. Cass. LXV. 20. Themist. Or. XXXIII. 367. B. Paul. Sil. Therm. v. 132. ἐπλήσθη Thucyd. VII. 75. Plat. Theaet. 156. E. Hipp. de Nat. Puer. p. 383. T. II. de Nat. Mul. p. 358. T. II. [Phot. 230. 442. Aristid. II. 335.] etc. tam crebra sunt ut πληθείη Joseph. Antt. XVII. 11, 853. ἐπλήθη Paus. IX. 7, 2. ἀναπληθήσονται Lucian. Timon. §. 2. corruptelae suspicionem commoveant; sed parem auctoritatem habent πλήμη (Polyb.) et πλήσμη, πλῆμα Phot. et πλῆσμα, πλησμονή, ἄπλητος (v. Muetzell. de Theog. p. 55. sq.) et ἄπληστος. Πέπρημαι, quod Photius s. Σέσωται Atticis tribuit, extat Aelian. H. Ann. XIV. 14, 17. Hesych. s. h. v. et s. Φυσᾷ, alterum πέπρησμαι, quod Etym. M. p. 687, 56. in ordinem refert, plures etiam auctores habet Arist. Vesp. 38. Arrian. Alex. IV, 24, 10. Dio Chr. I. 362. Philostr. Iconn. I. 11, 780. [Appian. Civ. IV, 78. Pausan. II. 5, 5.] Apollon. Lex. s. Πρῆσαι, Schol. Ven. VIII. 182. sed Herodo. VIII. 144. tres codd. sigma omittunt, quod aoristus et nomina πρῆσμα, ἐμπρησμός, εὐκατάπρηστος etc.
319 firmissime servant. Σεσημένον Hipp. de Nat. Mul. p. 569. T. II. Galen. Eup. I. 9, 364. T. XIV. Dioscor. Mat. I. 83. Geopp. XX. 22, 1. σηθείς Galen. de Antid. I. 16, 99. Dioscor. Mat. Med. II. 118, 240. sed multo saepius σεσησμένον Hipp. de Morb. L. III. 303. Aretae. Cur. Acut. II. 2, 250. Galen. de Comp. Med. p. Locc. V. 839. T. XII. de Antid. II. 4, 129. Phot. s. Ἐττημένα, σησθείς Dioscor. Mat. II. 208, 326. quibus apposita sunt σηστός et ἄσηστος. Κέχρημαι medium aequaliter ab omnibus profertur et ducta hinc nomina χρῆμα et χρήμη, contraque ἐχρήσθην, ἄχρηστος, κακοχράσμων, χρησμοσύνη Plotin. Enn. I. L. VIII. 5, 75. E. Philo Legg. Alleg. II. 62. A. pro quo apud Theognidem nuper tribus locis substitutum est χρημοσύνη, ut Sibyll. L. II. 247. φιλοχρημοσύνη VIII. 677. Anthol. P. XI. n. 270. Passivum κεχρησμένος et ἐκέχρηστο septies apud Herodotum invenitur modo in Edd. modo in Codd. qui ubique inter se discrepant; ἐκέχρητο Paus. VII. 19, 3. τὰ κεχρησμένα Apollod. I. 9, 1. Poll. I. 18. unde χρησμός. De ἔψημαι et ἔψησμαι dixi ad Phryn. p. 254. [V. Hesych. s. συνεψήσθη. id. συρματὶς στρα-

τιὰ ἡ τὰ συμψήματα συλλέγουσα.] *Ἐκφρησθῆναι* Butmannus attulit e Suida. De his igitur ac de plerisque aliis non mediocris haesitatio est et propter duplicem praesentis speciem, *νέω* et *νήθω* etc. et quia librarii in sigma vel demendo vel addendo multifariam peccant[1]) neque suspicio abest, quin 320
lectores grammatice docti libros veteres ad scholae decreta correxerint. Jam si adjecero verbi *ἧμαι* diversas species, *ἧσται*, *κάθηται*, *ἐκάθητο*, *καθῆστο* cf. Voss. ad Arat. 104. cursim percensebo ea, quorum penultima diphthongum habet, omissis verbis in $\overline{\alpha\iota\omega}$ cadentibus, nam in his eorumque inclinamentis, praeter quae a *κλαίω* profluunt, sigma fixum immotumque est, *κέκναισμαι* Arist. Nubb. 120. *ἔπταισμαι*, *πέπαισμαι*, nec contra valet *ἐπίπαιμα* i. e. *ἐπίπταισμα* Hesych. Sed a *κλαίω* modo *κέκλαυμαι* Aesch. Choeph. 682. et 726. modo *κέκλαυσμαι* Lycophr. 273. Plutarch. Cons. ad Apoll. p. 351. T. VII. *κέκλαυται ἐκ κεκλαυσμένης* in uno eodemque versu Anth. Pal. VII. n. 281. *ἐκλαύσθη* Joseph. Antt. VIII. 11, 457. apud Oppianum nunc *ἄκλαυστον* scribitur Hal. II. 668. nunc *ἀμφίκλαυτον* IV. 257. nec in homerico *ἄκλαυστος* libri sibi constant, sed asigmon in hisce verbalibus praeferre videtur Nonnus III. 154. IV. 153. V. 383. XI. 206. XII. 157. XIX. 186. etc. eidemque *ἄκλαυστος* quod Eustathius *τοῖς μεθ' Ὅμηρον* assignat, exemit Graefius XV. 385. XXIX. 275. etc. similiter *πολύκλαυτος* Quint. I. 806. III. 380. VI. 263. X. 141. Erinn. Epigr. III. p. 51. Diotim. VII. 7. p. 185. cf. Jacobs. ad Pal. p. 477. Seber. ad Poll. II. 64. Id eodem modo apud Tragicos scribitur, excepto quod Iph. A. 779. omnes Pariss. sigma susceperunt, ipseque Hermannus, qui his poetis prius solum *ἄκλαυτος* concesserat, nuper in Hec. v. 40. *ἄκλαυστος* servare consultius duxit; pro *κλαῦμα*, quod apud Xenophontem, Andocidem, Sophoclem aliosque

---

[1]) *Ἐασθείς* Philo de Temul. p. 249. E. *ὀρασθῆναι* Strab. III. 171. *φωρασθῆναι* Stob. Ecl. I. 4, 22. et cod. Achill. Tat. p. 162, 33. *ἐμπλήσμενος* codd. Aristoph. Eccl. 56. Vesp. 1127. v. Brunck. Add. ad Plut. 892. *κολακευσθείς* cod. Aug. in Juliani Caes. p. 322. et 326. quod Wernsdorfius ad Himer. p. 258. perperam cum *παυσθείς* componit; *γυμνωσθείς* v. Dorvill. ad Char. IV. 5, 445. qui pariter atque ille licita et illicita confundit. Non minus vitiosa sunt haec: *ἀβαμβάκευστα* Athen. IV. 143. E. *ἀφίδρυσμα* Hesych. et codd. Strab. VII. 327. *μήνισμα* Maneth. IV. 556. ubi *κακαγγελίῃσι* scribendum pro *καταγγ.*, *παλάμησμα* cod. Aelian. H. Ann. I. 32. etc. Contrario ab errore profecta sunt *δελέαμα* apud Suidan, *κεκαῦθαι* in cod. Clarom. Diod. IV. 21. *ἐπικλωθέντα* codd. aliquot in Plat. Civ. X. 620. E. *κεκλωμέναι* Legg. XII. 957. E. quicum convenit *κλῶμα*, quod cod. in Nicandri Fragm. IV. exhibet. Quis vero, si hodie *κεκλαμένος* alicubi legeret, id non continuo scribarum errori imputaret? Sed hoc idem in Odyss. XI. 194. veteres et legerunt et defenderunt v. Schol. ad h. l. et Etym. M. 366, 1.

legitur, in Aesch. Pers. 1660. κλαῦσμα e duobus codd. revocatum est. Huic simillimum verbum καίω unam, quod meminerim, formam perfecti habet κέκαυμαι. De aoristo praecipit Moeris κατεκαύθη ἀττικῶς, κατεκαύσθη ἑλληνικῶς, quorum illud confirmant Plat. Phaedon. p. 86. D. Arist. Nubb. 1509. Xenophon et alii, sed pro κατεκαύσθη reponunt Critici, quod apud Thomam legitur, κατεκάη, etsi cod. Flor. in Herodo.
321 V. 92. illud suppeditat. Verbalia praeter καῦμα utroque versus nutant. Plutarch. Cons. ad Apoll. p. 328. T. VII. τί θαυμαστὸν εἰ τὸ τμητὸν τέτμηται, τὸ τηκτὸν τέτηκται, τὸ καυστὸν κέκαυται, τὸ φθαρτὸν ἔφθαρται, quo loco καυστόν ut ap. Aristot. Meteor. IV. c. 8. de Anima II. 490. D. id significat quod a Platone Legg. VIII. 849. D. Xenoph. Anab. VI. 3, 9. καύσιμον dicitur, sed Eur. Cycl. 626. καυστὸν μόχλον vocat adustum, nisi sub veterum Edd. lectione καὶ τόν potius καυτόν delitescit; πυρίκαυτος Plat. Tim. p. 85. C. Plut. V. Themist. c. VIII. Galen. de Simpl. Med. Fac. IX. 20, 226. X. 24, 302. Aristid. Or. Sacr. III. 316. Nonn. X. 74. XIII. 217. XXI. 137. XXIII. 245. XXXVIII. 429. XXXIX. 5. [Phot. CCXVIII. 561.] sed πυρίκαυστος, ut apud Homerum, legitur apud eosdem Aristot. Probl. I. c. 54. et XXX. 8. (hic cod. sigma omittit) Theophr. Fragm. III. 38. Plut. de Fac. Lun. V. 34. T. XIII. Galen. de Comp. Med. p. Locc. V. 3, 845. Nonn. VII. 158. quod a Graefio receptum miror, ἡλιόκαυστος Theocr. nec minor in ἄκαυτος, ἡμίκαυτος, νεόκαυτος, καυτήρ, νεκροκαύστης, μηροκαυτεῖν, **holocaustum** et ceteris variatio v. Dorvill. ad Char. p. 222. Interpp. ad Lucian. Reviv. §. 48. et ad Poll. VII. 106. [1]) Hac igitur in re καίω et κλαίω congruunt cum iis, qui futura in αῦσω mittunt. Πέπαυσμαι contra communem consuetudinem legitur in codd. Herodo. I. 84. Plat. Protag. 328. D. ἐπέπαυστο Maxim. Tyr. XIII. 4, 237. sed ex more παυστέον Plat. Gorg. p. 523. D. Demosth. 151, 25. Isocr. 385, 175. et usitatissimum ἄπαυστος, quibus adhaerent παυστήρ Sophocl. et Alexis Athen. X. 449. E. et ἀποπαύστωρ; simplex παυστός non reperi; aoristos vero et futurum passivi quoties apud Herodotum et Thucydidem leguntur, toties codd. et edd. inter se dissident, eademque in Pausaniae libris inconstantia v. Siebelis T. I. 278. et apud ipsum Hesiodum Theog. 533. ubi Lond. et Paris. παύσθη, nec deest nominibus ἄμπαυμα, διάπαυμα, παυστήριος Sophocl. ἀναπαυτήριος Herod. Xenoph. Liban. Decl. p. 1079. T. IV. p. 284. T. I. ubi duo codd. sigma addunt, quod insertum est Lucian. Amorr. §. 18.

---

[1]) [Χναυστικός, προσκαυστικός v. Meinek. Com. IV. 513.]

καταπαυστήρ Hesych. s. *Καταστατήρ*. *Ἀπολέλαυται* Philostr. 322
V. Apoll. VI. 19, 237. sed *ἀπόλαυσμα* [Plutarch. T. IX. 442.]
ἀπολαυστός, ut *ἔναυσμα* v. Bremi ad Aeschin. Ep. V. et *πυ-
ραύστης*, quibus cognata sunt *φαῦσμα*, *ἡμίφαυστος* Poll. VI.
160. et asigmon *δεδαυμένος* Hesych. Nominis *χναῦμα* ver-
bum non reperi; *ψαῦσμα* Xenoph. Eph. III. 2, 4. *παρέψαυ-
σται* Hipp. de Morb. IV. 334. T. II. *ψαυσθεῖσα* Dioscor.
Mat. II. 16. *Τέθραυσμαι* Xenoph. Ages. II. 14. Longus I.
6, 11. [Galen. T. XIX. 538.] *τέθραυμαι* Philo de Profug.
p. 462. E. quod Bekkerus edidit in Plat. Legg. VI. 757. E.
ἐθραύσθη Sophocl. Eurip. Aristoph. aliique plurimi, neque
aliter *θραυστόν*, *ἄθραυστον* atque cetera composita scribun-
tur, sed cum *θραῦσμα* Strab. X. 489. Dionys. Antt. X. 2.
Stob. Ecl. Ph. I. 15, 350. [Plut. Plac. Phil. I. 13.] pugnat
θραῦμα Galen. de Simpl. Med. Fac. IX. 25, 234. de Comp.
Med. p. Locc. IV. 5, 720. Dioscor. Mat. Med. I. 13. [cod.
Photii 250, 727.] Aesch. Agam. 1139. quo loco sunt qui vel
θαῦμα vel *τραῦμα* praeferunt, saepiusque duplex scriptura
in libris servata est v. Wesseling in Varr. Lectt. ad Diod.
III. 12. quorum omnium dijudicatio mihi perdifficilis, facil-
lima vero Langeo et Pinzgero videtur ad Aesch. Pers. 393.
nihil dubitantibus, quin in his et talibus Graeci antiquiores
sigma adhibuerint, recentiores autem omiserint. Utinam tam
commodos sese nobis et tractabiles praebuissent! De verbis,
quorum futurum in *ευσω* terminatur, haec adnotanda sunt.
Γέγευμαι et *δέδευμαι* sigma repudiant, unde *γεῦμα* [1]), *δευτήρ*,
ἄδευτος, proficiscuntur, et *δευθέντα βραχέντα* Suid. sed idem
et Photius *καταγευσθεὶς τῇ γεύσει νικηθείς* afferunt, cujus
exemplum sequitur *προγεύστης* et *ἄγευστος*, quanquam hoc
sine sigma scribitur in Anecd. p. 326, 12. *Κέκευται* extat
apud Hesychium. *Καταλευσθῆναι* saepius legitur sed per-
fecti exemplum non suppetit; nomina sunt *λευσμός* et *κατα-
λευσμός* Schol. Lyc. 1184. Item *νεῦμα*, *ἀνανευστικῶς*, *ἀνα-
νευθείσης τῆς κεφαλῆς* Geopp. XVII. 29. et a *νέω* nato
νευτὴρ ὁ κολυμβητής Hesych. ubi *νευστήρ* emendant ut *δυς-
έκνευστον πέλαγος* Max. Tyr. XVII. 33. [*νευστέον* Plat. Rep.
V. 453. D.] His adjungam *τὸ πεπλευσμένον καὶ ἄπλευστον*
Xenoph. Cyr. VI. 1, 11. *ἐμπεπνευσμένος* Justin. Apol. II. 76.
D. *ἵνα εἰςπνευσθεὶς ἀντεκπνευσθῇ* Galen. de Usu Resp. c. 323
II. 478. T. IV. *ἀναπνευσθείς* Ther. ad Pis. XVI. 282. T.
XIV. *ἐπιπνευσθῆναι κακόφωνον* Poll. I. 16. [*διαπνευσθέν*
Galen. T. XIX. 606.] et his accommodata *ἔμπνευστος*, *θεό-
πνευστος*, *νεόπνευστος* Nonn. XXV. 549. *συμπνευσμός* Jo-

[1]) [*Γεῦσμα* Thes. s. *γεῦμα*.]

seph. Antt. XVII. 12, 864. cum contrariis *καταπνευθείς* Philo Quis rer. div. haer. p. 489. B. et 490. A. ac substantivo *πνεῦμα*, quibus accedunt *ῥεῦμα*, *ῥευστός*, *ἄῤῥευστος* Simplic. in Auscult. IV. 151. a. *αἵματι ῥευθέντι* Galen. Eup. II. 4, 6. p. 412. T. XIV. *Ἔσπευσμαι* Dicaearch. Descr. Graec. v. 20. Philo de Vict. p. 843. D. Lucian. Amorr. §. 33. Sextus c. Eth. p. 713. Arrian. Epict. I. c. 20, 11. [Longin. XIX. 78. Plutarch. Discr. Adul. 32, 206. *ἐσπευσμένως* Epict. I. 10, 12.] *σπευστέον* Arist. Lys. 320. [*σπευστόν* Anecd. Bekk. 63.] sed *ἐσπευμένος* Galen. de Comp. Med. p. Locc. VI. 895. Philo Leg. ad Caj. p. 1006. B. et Hesych. s. *Ἐγκόνως*. *Περιπεφλευσμένος* Herodo. VII. 77. *Ἐψευμένη* unus praebet Mosq. Thucyd. IV. 108. *ψεῦμα* Schol. Lyc. 170. Hesych. s. *Ἐπιορκία* et s. *Ἀνάπλασμα*, sed multo testatiora sunt *ἔψευσμαι*, *ἐψεύσθην*, *ἄψευστος*, *ψεῦσμα* Plat. Men. p. 71. D. Lucian. Enc. Dem. §. 4. Cyrill. c. Jul. VI. 199. Pol. VI. 180. Thomas M. s. h. v. Restat unum *κελεύω*, quod nec primitivum est ut superiora, neque ita derivatum ut cum *βασιλεύω*, *δουλεύω*, *στρατεύω*, similibusque conferri possit, quae a sigmatismo abhorrent. Hujus aoristus *ἐκελεύσθην* longe est usitatior quam *ἐκελεύθην* [Plutarch. Discr. Adul. 34, 209.], sed *κεκέλευμαι* et *κεκέλευσμαι* parem fere auctoritatem habent, nec minus indiscreta *κέλευμα* et *κέλευσμα*, inter quae libri nostri ubique nutant Aesch. Choeph. 745. Pers. 395. Eur. Suppl. 1165. Herodo. IV. 141. VII. 16. Plat. Phaedr. 253. D. Legg. XII. 950. C. Thucyd. II. 92. Athen. III. 87. A. [Dionys. A. R. I. 84, 217. II. 14, 266. Phot. 225, 398.] etc. [*αὐτοκέλευτος* Dionys. A. R. VI. 31. 1112.] Quod autem Schneiderus scribit ad Civ. T. I. 289. *κέλευμα magis atticum esse Etymologi p.* 502. *testimonio docet Hemsterhusius ad Arist. Plut.* 1130. verum est, Hemsterhusio illud visum esse elegantius, sed falsum, hoc ab Etym. confirmari. Neque Bekkerus ad Thucyd. l. c. *κεκέλευσμαι*, cujus scriptura maxime fluxa est, satis accurate cum *αἰτίασμα* confert, quod qui ab *αἰτιάζω* repetiverunt, sigma non omittere, qui ab *αἰτιάομαι*, non interponere debuerunt; sed gravius errat Bekkeri reprehensor,
324 qui *κεκέλευμαι* nusquam legi affirmat. De ceteris verbalibus Eustathius p. 923, 22. *οἱ ὕστερον κελευστὸν οἴδασιν, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ αὐτοκέλευστον, καὶ γνωστόν φασι· Ὅμηρος δὲ ὥςπερ γνωτὸν οὕτω καὶ κελευτιόων.* sed posteriores *κελευστής* ut *ἀκέλευστος*, *αὐτοκέλευστος*, quibus sigma tam consuetum est ut Rhodomannus Nonn. VIII. 19. jure damnaverit *αὐτοκέλευτος*, quod et Dionys. Antiqq. VI. 31. p. 1112. corrigendum est. Ex verbis in *ειω* desinentibus unum *σείω* tenorem suum per omnia inclinamenta servat; alterum *κλείω* Suidas cum

aliis aeque fluxis componit: Σέσωσται, σεσωσμένος οἱ παλαιοὶ ἄνευ τοῦ σ̅, καὶ διεζωμένοι φησὶ Θουκυδίδης (v. Interpp. ad I. 6.) οἱ δὲ νεώτεροι μετὰ τοῦ σ̅. Ἐπ᾽ ἐνίων δ᾽ ἁπλῶς παραλείπουσι τὸ σ̅ ὡς κεκλειμένος, πεπειμένος (itane?) de quo dicetur ad v. 1274. sed verbalibus sigma debetur, neque dubium esse potest, quin Dionysius Antiqq. II. 33. ἄκλειστος scripserit ut in Vat. legitur. Ab ἤκουσμαι quae propagata sunt, sibilum non dimittunt; a λούω λέλουσμαι Cyrill. Hieros. Cat. III. 2, 35. ed. Mill. λουσθείς Lycophr. 446. [λουστέον Galen. T. X. 505. 552.] ab usitatiore λέλουμαι λουθῆναι Paul. Sil. in Therm. v. 136. et ἀπολουθείς Theophr. Caus. V. 10, 5. nisi potius ex codd. lectione ἀπολυθείς restituendum est ἀποπλυθείς, certantque inter se λούστης Aristot. H. Ann. IX. 36. (49.) 5. ubi codd. pro λοῦσται bis λοῦνται exhibent, et M. Anton. I. 16. quo ex loco ἀωριλούστης in Lexica immigravit, λουτήρ, παραλούτης, ψυχρολούτης, ἀπόλουμα, et quod Suidas fortasse non sine certa ratione notavit, ἄλουτος χωρὶς τοῦ σ̅. Verbi κολούω perfectum biforme v. Buttmann. Ind. Anomm. κεκόλουσμαι, unde ἐκολούσθην et κόλουσμα, atque κεκόλουμαι, ἐκολούθην v. Poppo ad Thuc. VII. 60. Schaefer. ad Plut. T. II. p. 56. sed ἐκρούσθην hanc unam speciem habet, etsi perfectum dupliciter figuratur significatione eadem. Nam quod Ammonius tradit παρακέκρουσται ἐνεργητικόν ἐστι, τὸ δὲ παρακέκρουται παθητικόν, quum in nullo alio verbo haec appareat distinctio, vix fidem meretur; ac παρακέκρουσται passivum intellectum habet Demosth. c. Timocr. 711, 26. ubi summopere codd. dissentiunt, ut et ἀποκεκρουσμένον Arist. Ach. 437. quo ex loco in Anecd. p. 429. et aliquot 325
Athenaei libris ἀποκεκρουμένον affertur, quomodo etiam Xenoph. Hell. VII. 4, 26. in vett. Editt. scribitur; activa significatione praeditum παρακεκρουμένον Dem. c. Phil. II. 71, 17. Bekkerus ex optimo libro edidit. Aoristus ἐκρούσθην et adjectiva ἔκκρουστος, συγκρουστός, ἀπόκρουστος, et substantiva ζυγοκρούστης, κεφαλοκρούστης, omniumque notissimum *Procrustes*, nullam mutationem subeunt; nam συγκρουτόν Hesychianum nihil moramur; sed κροῦμα multo frequentius est quam κροῦσμα, πρόςκρουμα autem et, quod Thomas improbat, πρόςκρουσμα [Appian. Civ. IV. 5. Heliod. VI. 3.] ut plurimum inter se confunduntur v. Wyttenbach. ad Plut. T. I. 864. Siebelis ad Paus. III. 17, 5. Jacobs. ad Achill. p. 942. et 970. Schaefer. ad Dem. p. 1257, 7. neque alterum prae altero probat Etym. M. 815, 25. ὥςπερ λέγεται κροῦμα καὶ κροῦσμα, οὕτω χρῖμα καὶ χρίσμα, quod nomen non minus inconstans est quam perfectum verbi ipsius; κέχρισμαι Xenoph. Cyr. I. 5, 22. Aristoph. Geryt. p. 117. Dind. Diodor.

IV. 38. Plut. Symp. III. Quaest. VI. 4, 137. Lucian. de M. Peregr. §. 45. Max. Tyr. IX. 4. M. Anton. III. 3. Aristid. T. I. 280. *χρίσμα* idem Xenophon, Aeschylus Ag. 94. (Med. *χρῖμα*) Theophrast. de Od. 28, 742. Aretae. Cur. Acut. I. 4, 213. aliique posteriorum; *κέχριμαι* Herodo. IV. 189. Ion. Athen. XV. 690. C. Eubulus XIII. 557. F. ubi variatur; Callim. H. in Lav. Pall. 26. Philoxenus Athen. IX. 409. E. etc. sed sigma constanter habet et aoristus et adjectivum *χριστός*, neque injuria ap. Hesych. *Κονιᾶται*, *χρῖται*, repositum est *χρῖσται*. Postremo, quod Phrynichus prodidit, *χρίειν* significare pungere, *χρείειν* vero ungere, id sive de sola orthographia valet sive, ut Buttmannus statuit, de prosodia, exemplis non magis comprobari potest quam quod Ammonius de *κέκρουμαι* et *κέκρουσμαι* dixit; neque in ceteris ulla apparet significationis differentia, quare Eustathius p. 384, 1. et p. 400, 30. *γνωτός* et *γνωστός* componit cum *ἐρατός*, *ἐραστός*, *ἀνυστός*, *ἀνήνυτος*, *θαυματός*, *κτίτης*, *ὀρχηστής*, *χρηωστής*, de quibus et de nominibus in *μα*, *μη*, *μος* exeuntibus alio loco exponere constitui; hic tantummodo adjiciam adje-
326 ctivum *ἐλατός*, sive *τὸ ἐληλαμένον* significat ut *θώραξ ἐλατός*, sive ductile, eodem modo scribi, etsi duplex perfecti forma viam monstrabat, qua significationes disterminari possent.

V. 706. *Ἔλυσε γὰρ αἰνὸν ἄχος ἀπ' ὀμμάτων Ἄρης.* Heathius et Hermannus *ἔλυσεν αἰνόν* scripserunt, Purgoldus Emendd. p. 39. *ἔλυσ' ἄρ'*, — Elmslejus ad Hec. p. 66. *ἔλυσε δ'*, — Majora molitur Musgravius, qui posteaquam multa de furiali Martis stella disputavit, rationem ita concludit, nomen *Ἄρης* significare rabiem, qua nuper tenebatur Ajax. *At quomodo*, inquit, *si Mars fuit auctor morbi, idem tamen ἔλυσε τὸ ἄχος? Nimirum discessu suo. Ergo legendum ἀποστατῶν Ἄρης.* Significatur quidem hoc nomine animi perturbatio summa, nec tamen propter illas astrologorum superstitiones, quae a Sophoclis aetate quam alienae sint alio loco demonstratum est[1]), sed quia, ut Plutarchus ait Amator. T. II. p. 757. B. *τὸ θυμοειδὲς ἐν ἡμῖν Ἄρην κεκλῆσθαι νομίζουσι*, sive, ut Theodoretus Therap. III. 772. T. IV. ed. Schulz. *Ἄρεα τὸν θυμὸν ὀνομάζουσι.* Hanc mentis oculorumque caliginem Mars, qui obfuderat, discussit rursus, ut *Sol almus diem promit et celat* Horat. C. Sec. 10. ubi nemo *occidendo* addi desideret neque additum est Trach. 656.

---

[1]) Aglaoph. p. 426. ubi Proculi mangonio deceptus Theophrasti fragmentis adscribenda dixi ea quae *ῥητῶς* leguntur in libro de Sign. Pluv. III. 796. §. 9. *τὸν ἀστέρα τοῦ Ἑρμοῦ — θέρους.* De Chaldaeis et genethlialogia ille nullum verbum.

Ἄρης ἔλυσεν ἐπίπονον ἡμέραν. Valerius Arg. I. 434. *at tibi collectas solvit jam fibula vestes*, exemta videlicet, quod ex re ipsa intelligitur ut Eur. Bacch. 448. κλῇδες ἀνῆκαν θύρετρα, et Aesch. Choeph. 875. γυναικείας πύλας μόχλοις χαλᾶτε, obice excussa. In principio versus ne quid immutetur, apposui complures trimetros canticis insertos, qui anapaestum pro iambo habent: ἔπτηξα θυμόν, οὐρανία γὰρ ἀστραπὴ φλέγει πάλιν Soph. Oed. C. 1466. qui si, ut Hermannus statuit, οὐράνια scripsit, similiter loquutus est atque Euripides Troad. 520. ἵππος οὐράνια βρέμων, nisi quod huic et ceteris so- 327
nandi verbis accusativus facilius addi potest quam illi φλέγει. Tum Aesch. Pers. 1046. καὶ στέρν' ἄρασσε κἀπιβόα τὸ Μύσιον, quod Hesychio s. Ἐπιβοᾷ τὸ Μύσιον redhibendum suspicabar, Dindorfius autem in κἀπιβῶ mutat. Choeph. 418. ἔκοψε κομμὸν Ἄρειον εἴτε Κισσίας, quod Hermannus eximit Opusc. T. IV. 338. Ἄριον [1]) scribens, sed formae hujus auctorem non profert; nec Ἄρεον, quod Boekhius conjecit, cum Ἑκτόρεον apte componitur. Bacch. 1153. τὸν τοῦ δράκοντος ἐκγενέτου τοῦ Πενθέως. His, quae Hermannus Elem. Metr. p. 122. accuratius pertractavit, addidi tum alia exempla licentiae trimetris melicis concessae, tum tres continuos tribrachos Trach. 834. ὃν τέκετο θάνατος ἔτεκε δ' αἰόλος δράκων, ubi quod olim proposui ἔτρεφε, etiamnunc retineo. Nam quod Hermannus arbitratur, τέκετο significare *genuit*, ἔτεκε *peperit*, largiar equidem Sophoclem diversas ejusdem verbi formas aliam alio intellectu copulare potuisse ut Anth. Pal. IX. n. 13. πόδας χρήσας, ὄμματα χρησάμενος, et Maxim. Tyr. I. 163. φυλάξας μὲν ἀρετήν, φυλαξάμενος δὲ ὀργήν, sed tantumdem inter τεκεῖν et τεκέσθαι interesse nondum comperi. Vulgo idem significant. Hom. Il. VI. 154. ὃ δ' ἄρα Γλαῦκον τέκεθ' — αὐτὰρ Γλαῦκος ἔτικτεν, pariterque XIII. 448. sq. et Hesiod. Fragm. XL. ἣ τέκεθ' Ἑρμιόνην — ὁπλότατον δ' ἔτεκεν Νικόστρατον. Eur. Herc. 1182. ἔτεκε μέν, τεκόμενος δ' ἔκανε. Theocr. Id. XVIII. 21. ἦ μέγα τοί κε τέκοιτ' εἰ μητέρι τίκτεν ὁμοῖον. [Oppian. Cyn. I. 495. λύσατο μὲν πλοκαμούς, λῦσεν δ' ἀπὸ δαίδαλα μαζῶν.] cf. Antipatr. Anth. Pal. IX. n. 46. qui poetae haud satis commode utramque verbi formam eodem loco iterassent, si quod esset activi et medii discrimen. Verum ubi ad rem pertinet, generandi et pariendi notiones distinguere, ibi diversis verbis utuntur. Append. Epigr. N. 307. γεννᾷ μὲν Γλαῦκός με πατήρ, τίκτει δέ με μήτηρ Χρυσογόνη, et N. 345. τίκτε Τύχη, σπεῖρεν δὲ

---

[1]) [Ἄριον Jacobsius ad Anth. Pal. p. 769. poetis condonat iis, qui δανίσας et ποθινός scripserunt.]

Σεραπιακός. Atque haud scio an in Hom. H. in Ap. 324.
*πῶς ἔτλης οἶος τεκέειν γλαυκῶπιδ' Ἀθήνην; Οὐκ ἂν ἐγὼ τε-
κόμην*, patri activum, medium matri additum sit non ullam
ob significationis diversitatem sed ut metro commodius; *τί-
κτεσθαι* generare significat Hesiod. Fragm. XXXII. Pind.
328 Pyth. IV. 92. Eur. Herc. 1002. et saepius. Itaque Sopho-
clem idem dixisse censeo quod Leonidas Alex. T. III. p. 14.
ὑμέας ἀφροσύνη μαιώσατο, τόλμα δ' ἔτικτε, et Anna Comn.
L. I. 23. A. *ἡ Νορμανία μὲν ἤνεγκε, φαυλότης δὲ παντο-
δαπὴ καὶ ἐθρέψατο καὶ ἐμαίευσε.*

V. 708—710. *Νῦν — πάρα λευκὸν πελάσαι φάος θοῶν
ὠκυάλων νεῶν.* Aug. B. *πάλλευκον* pro *πάρα λευκόν*, et *θοᾶν*
La. Lb. *Γ.* Heidelb. quod Bothius reposuit. *Πάρα πελάσαι*
pro simplici *πελάσαι* Sophocles fortasse sine exemplo, certe
insolentius dixit. Neque tamen idcirco probanda aut Wexii
interpretatio ad Antig. v. 595. *φάος νεῶν* ***spes salutis in na-
vibus posita***, nam haec neque antea defuerat neque nunc de-
siderabatur Ajace tranquillato; aut graeci interpretis: *νῦν
πάρεστιν ἡμέρα λαμπρὰ ἡμῖν ὥστε ἐγγίσαι τῶν νεῶν· πρό-
τερον γὰρ ἐξετρεπόμεθα ἐπιμίγνυσθαι τοῖς Ἕλλησι διὰ τὴν
αἰδῶ*, quod ut verum sit, tamen istis verbis non potuit signi-
ficari. Rectius idem *θοῶν ὠκυάλων ἐκ παραλλήλου* qui pa-
rallelismus Bothium permovisse videtur ut *θοῶν* interpreta-
retur acutarum, id est, rostratarum; sed *θοὸς ἧλος, θοαὶ
νῆσοι*, ceteraque metalepsis exempla[1]) non probant quod per
se improbabile est, ut, si naves aliaeque res veloces *θοαί*
vocentur, intelligi possint *acutae*. Neque omnino rarum est
ut conjungantur epitheta idem aut fere idem significantia;
νηυσὶ θοῇσι πεποιθότες ὠκείῃσι Odyss. VII. 34. *ποδηνέμος
ὠκέα* H. H. in Ap. 107. *ἠλιβάτοιο ὑψηλῆς* Hesiod. Theog.
786. *λασίοιο δασύτριχος* Theocr. VII. 15. *διεροῖσιν ἐν ὑγρο-
πόροισι βένθεσι* Oppian. Cyn. II. 566. *ἀθάνατος θεὸς ἄμ-
βροτος* Quintus Cal. XII. 114. a quibus nihil distat *θοὸς
ὠκύαλος*, sive compositum est posterius adjectivum sive sim-
plex ut in Hesychii glossa *Ὠκύαλα πέτρα, ὠκέα παραγώγως
329 ὡς ὠκύαλος ναῦς.* Hic pro *πέτρα* scribi oportet *πτερά*, quae
quum *ὠκύαλα* dicuntur, manifesta est paragoge, cujus hoc
exemplum Lexicographus affert ne quis *ὠκύαλος* scribat.

---

[1]) V. Schol. [Il. *Ξ.* 78.] Od. *O.* 299. Schol. Apoll. II 79. Eustath. p. 79, 20. quorum exempla etsi pleraque commenticia sunt, portentique simile videtur quod de *νὺξ ἀβρότη* narrant, tamen ex homonymia vocabulorum erroris aliquid suboriri posse haud negaverim atque adeo in Xenophonteo illo *οἱ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρθένοι* v. Interpp. ad Longin. IV. 4. p. 250. germanam metalepsin agnosco sed eandem in rhetorum pergulis natam et ab antiquis Criticis merito reprehensam.

V. 712. *Πάνθυτα θέσμι' ἐξήνυσε* — affert Suidas; *ἐξήνυσεν ΓΔΘ.* Dresd. A. Aug. AB. Ald. Significantur *θεσμοὶ ἱεροί*, ritus divinus.

V. 713. *Πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει τε καὶ φλέγει.* Sic Suidas s. *Φλέγει* librique omnes nisi quod duo Barocc. *μακρός* pro *μέγας* exhibent. Sed quia quatuor syllabae ad metrum redundant, Brunckius, Porsonus Adv. p. 192. Schaeferus, Bothius et Dindorfius tollunt postrema verba *τὲ καὶ φλέγει*, quae ipsa Stobaeus omittit Ecl. I. 234. ubi in lemmate Philemoni inscribuntur sed proxime subjecta sunt hujus fabulae versibus 644—649. Reisigius Comm. ad Oed. p. 364. malebat *πάνθ' ὁ χρόνος φλέγων μαραίνει*, quo sententia pervertitur. Si alteri utri renuntiandum est, certe *φλέγει* minus dimitti potest quam *μαραίνει.* Non enim ideo nihil quidquam desperari oportet, quia tempus cuncta conficit, sed quod nihil non aliquando futurum est, quod *ὁ χρόνος πάντα φλέγει* id est *προφαίνει, εἰς τὸ φανερὸν παράγει*, sive, ut alio loco dicit Sophocles, *πάντ' ἐκκαλύπτων ὁ χρόνος εἰς τὸ φῶς ἄγει.* Accedit, quod sententia ipsa *χρόνος πάντα μαραίνει* tam pervulgata est, ut primum margini adscripta, mox autem verbum *μαραίνει* hinc poetae orationi insertum videri possit. Diodor. Exc. T. II. 556. (p. 58. T. IV. Bip.) *ὁ χρόνος ὁ πάντα μαραίνων.* Philostr. V. Ap. I. 14. p. 17. et Nicet. Ann. III. 5, 57. *πάντα ὑπὸ τοῦ χρόνου μαραίνεται.* Dionys. Antiqq. II. 3. p. 80. *ὁ πάντα μαραίνων τὰ καλὰ χρόνος.* Plutarch. Cons. ad Ux. p. 102. A. *χρόνος ὁ πάντα πεπαίνειν εἰωθώς.* Quum tamen *φλέγει* solum metro complendo non satis sit, sequutus sum Hermanni rationem, qui utrumque retinens in stropha excidisse putat, quae huic versui responderent. Ex Scholio huic versui adscripto *τὰ ὑπὸ Αἴαντος διὰ πολλῶν εἰρημένα* (v. 646.) *διὰ βραχέων ἐξῆλθεν*, patet in antiquis exemplaribus utrumque verbum scriptum fuisse.

V. 715. *Κοὐδὲν ἀναύδητον φατίσαιμ' ἄν.* Sic codd. et 330
Suidas s. *Ἄναυδον.* Olim *ἀναύδατον* scripsi ob Hesychii glossam *Ἀναύδακτον, ἀνεξήγητον*, quam ex hoc loco ductam hariolabar. Item pro *φατίξαιμ'* correxi *φατίσαιμ'*, ut *φατίσας* Eur. Iph. Aul. 135. et alibi. Nec dissentit Hermannus, etsi Aeschylus *σφετεριξάμενος* dixerit; Triclinius verba *φατίξαιμ' ἄν* proscripsit. Apud Hesychium *Φαμάξας, φήσεις* scribendum *φαμίξεις.*

V. 716. *Εὖτέ γ' ἐξ ἀέλπτων Αἴας μετανεγνώσθη θυμῶν μεγάλων τε νεικέων.* Flor. Γ. Jen. Lips. B. *εὖτ' ἐξ.* Bodl. Laud. Jen. Aug. B. et alii Brunckiani *μετεγνώσθη*, quod Brunckius edidit; La. Lb. Lips. AB. et alii cum Aldo *μετανεγνώσθη*, quod a me receptum probarunt posteriores. Lexi-

cographi utroque versus trahi possunt. Suidas: Μετανεγνώσθη, μετεκείσθη, πέπαυται τοῦ θυμοῦ, ὡς καὶ μετεγνώσθη, Σοφοκλῆς εὖτ' Αἴας ἐξ ἀέλπτων μετεγνώσθη θυμὸν Ἀτρείδαις. Hesychius: Μετανεγνώσθη, μετανεπείσθη, τὸ μεταπεῖσαι ἀναγνῶναι (scr. μεταναγνῶσαι) φασί. Sed idem paullo ante Μεταγνώσθη, μετανεπείσθη, ubi ne μετανεγνώσθη (quod suadet augmenti omissio) scribatur, literarum series prohibet. Postremo codd. fere omnes et Ald. θυμόν, quod Brunckius adscivit, Membr. θυμόν τ', Triclinius θυμῶν, in quo Bothius et Dindorfius acquieverunt; Hermannus θυμοῦ τ' correxit. Illarum lectionum primam interpretatur Schol. Rom. ἐξ ἀνελπίστων καὶ μεγάλων νεικέων μετεπείσθη τὴν ψυχήν, nomine ἀέλπτων ad νεικέων relato significatione ea, quam Hesychius tradit Ἄελπτοι, δεινοί, et confirmat H. H. in Ap. 91. ἀέλπτοις ὠδίνεσσι. Ipse quidem, quum ἐξ ἀέλπτων θυμῶν probassem, veteres plurali οἱ θυμοί usos esse demonstravi e Plat. Legg. XI. 934. A. Protag. 323. E. Aristot. H. Ann. VIII. 1. Diodor. XV. 28. Polyb. V. 56. Plutarch. Symp. V. Quaest. VII. c. 3. Aristid. Rhet. II. 13. p. 77. Maxim. Tyr. VI. 4, 90. etc. [θυμοί de unius ira Heraclid. Alleg. XIX. 60. οἱ μεγάλοι θυμοί LIX. 182.] ac similiter μήνιες dixit Apollon. Arg. IV. 1205. Sed patent plures viae. Nam ἐξ ἀέλπτων licet etiam pro ἀνελπίστως accipere, ut τοὺς ἐξ ἀνελπίστων ὀφθέντας φίλους Julian. Or. ad Athen. p. 285. C. ἐπανήχθησαν ἐκ παραλόγων ἐπὶ στρατηγίας Appian. Civ. IV. 15. [ἐκ
313 τῶν παραλόγων id. Civ. V. 90. ἐκ τρίτων Phot. 242. 546.] [1]) atque hoc modo Stephanus Thes. T. I. 1856. accepit et assensus est Wesselingius ad Diod. I. c. 46. Apud antiquiores tamen dubito num pro ἐξ ἀέλπτου vel ἐξ ἀπροςδοκήτου similibusque reperiatur unquam pluralis; neque contra valent hujusmodi exempla μὴ ἐξ ἀέλπτων κἀπρομηθήτων νεῖκος γένηται Aesch. Suppl. 352. πολλὰ τοῖς θεοῖς (scr. πολλά τοι θεός) κἀκ τῶν ἀέλπτων εὔπορ' ἀνθρώποις πέλει (scr. τελεῖ) Eur. Alcm. Fr. XI. 491. (XII. 13. Matth.) quibus locis non significatur *insperato* sed id quod verba sonant: *ex insperatis*, quae quid differant, facillime sentiet, qui in Plat. Legg. XII. 950. D. πᾶσα δ' ἐλπὶς ἐκ τῶν εἰκότων, periclitandi causa adverbium εἰκότως substituere conetur. Neque magis Ioni Athen. I. 21. A. ἐκ τῶν ἀέλπτων μᾶλλον ὤρχησεν φρένας, convenire videtur adverbium sed ἐξ ὧν ταῦτα οὐκ ἤλπισεν, ut Thucyd. III. 67. οὐκ ἐκ προςηκόντων ἁμαρτάνουσι, et Plut.

---

[1]) Ἐκ τῶν ἐναντίων *e contrario* Aelian. V. H. II. 13. XIV. 49. quod τοὐναντίον dici solet.

V. Public. c. XIV. *τὰς τιμὰς ἐκ προςηκόντων ἔσχε.* Si tamen *ἐξ ἀέλπτων*, ut illis visum, absolute positum est, *μετανεγνώσθη θυμῶν* jungi oportet, ut *μεταβάλλεσθαι τῆς πρότερον αἱρέσεως* Liban. Decl. T. IV. p. 753. *μεταβάλλειν τοῦ συνήθους καταστήματος* Plut. V. Marc. c. XXIII. *τοῦ ἤθους* Philostr. V. Ap. IV. 38. p. 178. *τῆς δόξης* VI. 11, 246. (et transitive *μεταβάλλειν τινὰ τοῦ ἤθους* Id. VIII. 10, 342.) *μεταθέσθαι τῆς γνώμης* Procop. Ep. XXVIII. *μετατρέπεσθαι τῆς γνώμης* Priscus Excc. Legg. p. 64. A. *μεθαρμόσασθαι τῆς συνήθους σπουδῆς* Lucian. Amorr. §. 4. quibus verbis nonnunquam praepositio additur: *μεταβαλὼν ἐκ τῆς πρότερον ἐπιεικείας* Plut. V. Sert. c. XXV. *μεταστρέψαι τινὰ ἐκ τῆς γνώμης* Hippocr. de Morb. IV. 27, 617. C. Superest tertia ratio eorum, qui *μετανεγνώσθη θυμόν τε μεγάλων τε νεικέων* legerunt. Hanc igitur constructionis diploen Schol. minor ita excusat, ut accusativum *καθ' ὅλον καὶ μέρος* constructum esse dicat, genitivum *κατὰ φύσιν*, posterius ut *μεταβουλεῦσαι τῆς ἀφίξεως* Alciphr. II. Ep. 4. alterum 332
ut *μετέγνω τὴν ἁμαρτάδα* Dionys. Antt. IX. 23, 1805. quo admisso dativus *Ἀτρείδαις* a *θυμόν* regitur ut *Ἄρεως μηνίματα Κάδμῳ* Phoenn. 948. etc. Neque insolitum est Graecis uno eodemque loco duo diversos casus adjungere verbis, quae seorsum utrumque regunt. Ac primum quidem verbis reminiscendi. Herodo. VI. 136. *τῆς μάχης μεμνημένοι — καὶ τὴν αἵρεσιν.* Aristid. Or. in Nept. p. 24. T. I. *τί οὖν δεῖ Σισύφου μεμνῆσθαι ἢ τῆς Σισύφου συνέσεως — ἢ τὰ μετὰ ταῦτα, τοὺς ἐξευρόντας σταθμία τε καὶ ζυγά.* Tum illis quae auditum significant: *μυκηθμοῦ τ' ἤκουσα βοῶν οἰῶν τε βληχήν* Odyss. XII. 266. *οὐδεὶς ἐνοπὰς κλύει τᾶς δυςδαίμονος, οὐ πατρὸς σφαγιασμῶν* Eur. El. 200. ubi verbum *κλύειν* duplicem habet significatum audiendi et curandi. Idem Suppl. 87. *τίνων γόων ἤκουσα καὶ στέρνων κτύπον νεκρῶν τε θρήνους*, cui Matthiae consimilem Anacreontis locum apponit. Sed in Meleagri Epigr. CVI. (cf. Jacobs. ad Anth. P. p. 81.) *θέλω τὸ παρ' οὔασιν Ἡλιοδώρας φθέγμα κλύειν ἢ τᾶς Λατοΐδεω κιθάρας*, potius intelligendum esse *τὸ τῆς κιθάρας φθέγμα*, ostendit Agathiae imitatio Pal. V. n. 292. *σέο μῦθον ἀκούειν ἤθελον ἢ κιθάρας κρούσματα Δηλιάδος.* [Nonn. XLVII. 400. *πηκτίδος οὐ πόθον ἔσχεν ὅσον μυκηθμὸν ἀκούειν.*] Ad hanc syntaxin jam Eustathius animum advertit qui ad Il. II. 229. *ἢ ἔτι καὶ χρυσοῦ ἐπιδεύεαι — ἠὲ γυναῖκα νέην*, poetam dicit constructionis oblitum *ἐς κακοσυνταξίαν* incidisse p. 210, 22. Eaque ratione adversus Criticorum suspiciones vindicatur Aesch. Agam. 670.

Ὁρῶμεν ἀνθοῦν πέλαγος Αἰγαῖον νεκροῖς
ἀνδρῶν Ἀχαιῶν ναυτικῶν τ' ἐρειπίων.[1])

Ac Pausaniae quoque verba L. VII. 26, 3. *τὸ ξόανον χρυσοῦ τε ἐπιπολῆς διηνθισμένον ἐστι καὶ φαρμάκοις*, vereor ut aliter explicari possint. Controversa sunt ejusdem VI. 1. *ἐνίκησε Πυθοῖ καὶ Ἰσθμοῖ τε καὶ Νέμεα*, et Epigr. Append.
333 N. CXXIII. *Ἴσθμια καὶ Νεμέοις στεψάμενος*. Sed superioribus paria sunt Aelian. H. An. IV. 58. *διαλλάττον οὐ μόνον τῷ γένει ἀλλὰ καὶ τὴν φύσιν*. Herodo. VIII. 142. *ἔστ' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ἴῃ, τῇ περ νῦν ἔρχεται*. Substantivum *θυσία* cum duplici casu constructum videtur in Inscriptione attica T. I. n. CCXIV. *ἐπεμελήθησαν τῆς θυσίας τῆς Ἥβης καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς*.

V. 719. *Ἄνδρες φίλοι, τὸ πρῶτον ἀγγεῖλαι θέλω, Τεῦκρος πάρεστι* — In Ed. Pr. *τοπρῶτον* scripsi hyphen ad significandum hoc: ante omnia nunciabo vobis, *Teucer adest;* quod asyndeton neque insuetum est neque a festinatione nuncii alienum. Musgravius tamen et Hermannus correxerunt *Ἄνδρες, φίλον τὸ πρῶτον* — ad significandum *τὸ φίλον πρῶτον*, Bothius *τὸ πρῶτον* pro *τοῦτο πρῶτον* vel *ὃ πρῶτόν ἐστι* positum esse credit, quorum neutrum concedi, sed illud sane disceptari potest, utrum *τὸ πρῶτον* adjectivum sit *id quod proxime instat et gravissimum est* an adverbii locum obtineat ut Maxim. Tyr. XLI. 4, 282. *ῥητέον τὰ πρῶτα ὑπὲρ τῆς προτέρας*. Placuit posterius, etsi hoc intellectu magis *πρῶτον* sine articulo dici solet. — Apud Demosthenem c. Aristocr. 687, 26. *πρῶτον μὲν ἵνα τῶν τελευταίων πρῶτον μνησθῶ*, pro altero *πρῶτον*, quod Schaefero displicet, fortasse ad minuendam pleonasmi speciem *πρώτων* scribi oportet ut in Mid. 517, 14. *ἵνα πρώτης τῆς τελευταίας γεγονυίας μνησθῶ καταγνώσεως*. Aristot. Rhet. ad Alex. c. 31. *τὰ πρῶτα πραχθέντα πρῶτα λέγωμεν*, pro quo in Hist. Ann. V. 1, 1. adverbio usus est; *περὶ τούτου τελευταῖον λεκτέον*. Sequentem versum Suidas s. *Μυσίων* affert.

V. 721. *Προςμολὼν στρατήγιον* — affert idem s. *Στρατήγιον*. Scholiastes *στρατήγιον τὸ στρατόπεδον, ἀττικῶς*. Imo novitii Graeci sic loquuti sunt Nicet. Annal. VII. 8, 127. C. et alii v. Du Cang. Gloss. p. 1458. minime Attici; significatur praetorium, *σκηνὴ στρατηγίς* Paus. IV. 19. 1. Ed. Pr.

---

[1]) Philostr. V. Apoll. IV. 16, 154. *ἡ γῆ πᾶσα ἀρετῆς ἤνθησε*. Dionys. Antiqq. XIV. c. 114, 263. XV. 80, 455. *τὸ πεδίον νεκρῶν κατέστρωτο*, Diodor. XI. 7. *τόπος νεκρῶν ἐστρωμένος*, utrumque ad exemplum verbi *πεπλῆσθαι*.

V. 722. *Κυδάζεται — ὁμοῦ.* Extat hic versus ap. Suid. s. *Κυδάζεται.* Schol. Ven. XXIV. 592. *σκυδμαίνειν — τοῦτο σκυδάζειν* (sic) *Σοφοκλῆς ἔφη ἐν Αἴαντι.* Schol. Apoll. I. 334
1337. *κῦδος ἀρσενικῶς ἡ λοιδορία παρὰ Συρακουσίοις. Σοφοκλῆς ἐν Αἴαντι μαστιγοφόρῳ Κυδάζεται — ὁμοῦ.* Eadem dicunt Schol. Arist. Nubb. 618. Etym. M. p. 325, 3. Eustath. p. 790, 40. qui omnes Sophoclis versum in testimonium adhibent. Ed. Pr. Quae Schol. Barocc. adnotat: *κυδάζεται κατ' εὐφημισμόν· κυδαίνω καὶ κυδάζω τὸ δοξάζω· ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν κυκάζεται ἤγουν λοιδορεῖται, κυδάζεται εἶπε,* duorum interpretum commenta videntur, quorum posterior verbi *κηκάζειν* parum in tempore meminit. Neque euphemismus hoc loco invenitur sed potius contraria ratio, qua vocabula media in deteriorem vertuntur intellectum, ut si facinus dicitur pro maleficio, *πανοῦργος, λεωργός, ῥέκτης,* pro *κακοῦργος, ἄγαμαι* pro indignor; unde quod propagatum est nomen *ἀγαλμός*, exponitur *λοιδορία* Anecd. p. 334. verbum *ἀγαλλιάζειν* Hesychius interpretatur *λοιδορεῖσθαι.* Similiter ergo verbum *κυδάζειν*, quum per se nihil aliud nisi *rumificare* significet, traductum est ad conviciandi significationem, quae substantivis *ὁ κύδος* et *ὁ κυδοιμός* proprie assignata est. Nomen *ὄνειδος* nonnunquam in bonam partem dici, inter omnes constat.

V. 724. 725. *Μαθόντες — κἄνθεν.* Haec Suidas affert s. *Ἤρασσον*, sequentia *οὔ τις — ἀποκαλοῦντες* s. *Οὔ τις*, pro quo codd. nonnulli *κοὔτις. Ἤρασσον κακοῖς* Philoct. 374. *αἰσχροῖς ἐξαράσσειν* Arist. Nubb. 1377.

V. 726. *Κἀπιβουλευτοῦ στρατοῦ.* Elmslejus Sophoclem *στρατῷ* scripsisse censuit et ante Elmslejum Schaeferus, quorum neuter attulit, quod appositissimum est, Euripidis exemplum Med. 478. *ταύρων ἐπιστάτης ζεύγλαισι.* Sed neque genitivus ex genitivo pendens offendit, quem idem poeta, quum facillime evitare posset, non evitavit Iph. T. 17. *ὦ τῆσδ' ἀνάσσων Ἑλλάδος στρατηγίας*, eundemque casum ter iterant Thucyd. I. 145, 2. *ὀλίγων ἕνεκα ἡμερῶν μισθοῦ δόσεως* et Plat. Legg. II. 672. D. *αἰδοῦς μὲν ψυχῆς κτήσεως ἕνεκα.* neque homoeoteleuton fugiunt Tragici: *τὴν σὴν τήν τ' ἐμήν* Iph. A. 1131. *ἔδωκας Ἀργείας κόρας* Eur. Suppl. 135. *φυγὰς ἐμάς* Med. 399. *καλὰς τροφάς* Sept. 530. *τὰς ἐμὰς στέγας* 335
Oed. T. 533. *τάςδε τὰς θεάς* Oed. Col. 1010. *ὡς τὰς ἀδελφὰς τάςδε τὰς ἐμὰς χέρας* O. Tyr. 1481. [*πρύμνας Ὄσσας ἱερὰς νάπας Νυμφαίας σκοπιάς* Eur. El. 446.] *τὰς ἐμὰς ἀναρπαγάς* Hel. 50. *λευρὰς γύας* Prom. 371. *ἥβης ἐμῆς* Pers. 678. *τῆς μόνης πιστῆς* Alc. 368. *σμικρὸν πόνον* Sept. 450. *μέσον πόρον* Pers. 502. *ποίῳ μόρῳ* ib. 444. *ἡλίῳ μακρῷ* Alc. 149.

τοῦ θεοῦ (monosyllabum) γ' οὗ Iph. T. 719. πάντων πόνων Prom. 749. τῶν ἐμῶν λόγων κλύων Bacch. 786. τοῖς ἐμοῖς κακοῖς Hipp. 729. τοῖς δεδραμένοις κακοῖς Herc. 1160. ὁρκίους δὲ δοὺς θεούς Phoenn. 495. ἐμαῖς φίλαις Θήβαις Herc. 1282. δοκεῖν φρονεῖν Prom. 385. φοιτᾷν ἐᾷν Androm. 945. σθένει κρατεῖ Oed. C. 68. Itaque nescio cur Matthiae ad Andr. 938. γυναικείους νόσους cacophonon esse statuat, et Elmslejus ad Iph. A. 1265. λέκτρων ἁρπαγὰς Ἑλληνικάς soni emendandi causa Ἑλληνικῶν substituat, nisi forte ita sentiunt, Tragicos declinasse consimiles verborum exitus, si remedium esset in facili; qua ratione Hermannus Oed. C. 751. πτωχῷ διαίτῃ praetulit vulgato πτωχῇ, retento tamen quod aliis offensui fuit, σωζέσθω κάτω El. 438. Ac fortasse sunt, qui βασιλείοις κόραις Bacch. 746. ἄθλιον βοράν Phoenn. 1597. ubi omnes codd. ἀθλίαν praebent, σοῦ τε τήν τ' ἐμὴν χάριν ib. 769. et similia euphoniae data esse censeant; sed ejus rei nulla ratio habita est Eur. Suppl. 514. μὴ 'πίπροσθε τῶν ἐμῶν τοὺς σοὺς λόγους θῇς, multisque aliis locis, quorum facillima erat correctio.

V. 727. 728. Ξύναιμον — ὡς οὐκ ἀρκέσοι — Barocc. AB. Mosq. A. σύναιμον, Lb. ὥςτ', Harl. Barocc. AB. Lips. AB. Jen. Mosq. B. ἀρκέσαι, quod receperunt Brunckius et Schaeferus. Ceteri ἀρκέσοι, ut et Suidas s. Ὡς οὐκ. Pro πέτροισι Aug. B. Jen. Dresd. B. πέτρῃσι. Schol. πέτρα κοινὸν, πέτρος Ἀττικόν. Moschopulus in Lex. s. v. πέτρος παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἡ πέτρα. Galenus vero de Simpl. Med. Facult. IX. 2. p. 193. T. XII. ἔνιοι τῶν ἐπιτιμώντων τοῖς σολοικίζουσι λίθον ἀῤῥενικῶς οὐκ ἐπιτρέπουσι λέγειν — ἔμπαλιν δὲ τὴν πέτραν λέγουσι θηλυκῶς· Ἀσίαν (Assium) οὖν πέτραν ὀνομάζουσι τὸν λίθον τὸν Ἄσιον. Perverse quidem. Tragici utroque genere utuntur sed distincte. Ut Sophocles hoc loco, ita Euripides Suppl. 513. πέτροις καταξανθέντες.
336 In Or. 59. ἦλθεν ἐς πετρῶν βολάς rectius nunc legitur πέτρων. Remansit vitium Phoenn. 1150. πετρῶν ἀραγμοῖς, quod ferri posset si de Gigante aliquo loqueretur ut Oppian. Hal. III. 23. πέτρῃσι περιστυφελίζετο πάντῃ, et Nonn. XVII. 201. sed πέτρα Παρία Epigr. Adesp. CCLXIV. et CCXLIV. ex usu vulgari. [πέτρη pro πέτρος Soph. Phil. 274. Quint. Cal. II. 401. VI. 521. XI. 486. πέτρος sepulcrum Anthol. App. 200. πέτρος pro πέτρα Nonn. XLVI. 129. πέτρη sepulcrum Jacobs. ad Anthol. p. 968.]

V. 729. 730. Ὥςτ' ἐς τοσοῦτον ἦλθον, ὥςτε καὶ χεροῖν κολεῶν ἐρυστά — Bothius dubitat an οἱ δ' scribi debeat, propter iteratum ὥςτε. Insequentem versum affert Suidas s. Διεπεραιώθη, servans atticum κολεῶν, pro quo in Bodl. Bar.

AB. Jen. κουλεῶν scribitur vulgaris dialecti assuetudine. Eustathius p. 1604, 58. τὸ κολεὸν κοινότερον κουλεὸν λέγεται. Hinc crebra librariorum offensatio v. Xenoph. Ages. II. 4. Lucian. Diall. Deor. VII. Liban. Ecphr. T. IV. 1119. Poll. I. 136. X. 144. et latinum *culeus.*

V. 731. *Δραμοῦσα τοῦ προσωτάτω* id est *εἰς τοὔσχατον ἐλθοῦσα.* Legebatur *προσωτάτου*, pro quo Schaeferus ad Bos. p. 800. *προσώτατα* optavit; praetuli *προσωτάτω* cum *Γ.* Harl. La. Bar. B. Aug. C. et Suid. qui hunc et sequentem versum s. *Ξυναλλαγή* affert. *Ἰέναι τοῦ πρόσω* Xenoph. Anab. I. 3. hujusque imitator Arrianus Alex. II. 6, 7. *προϊέναι τοῦ πρόσω* dixit, et saepius Philostratus V. Ap. I. 23. p. 29. *ἀπῆγεν αὐτὸν τοῦ πρόσω.* Anonymus Suidae T. I. 158. *ὁ βασιλεὺς ἐνέφαινεν ὡς τοὔμπροσθεν προάξων*, nisi hoc est *τὸ ἔμπροσθεν.* Ed. Pr. Cf. Siebelis. ad Paus. T. II. 624. *Λόγων ξυναλλαγαί* Eur. Suppl. 602.

V. 733. *Ἀλλ' ἡμὶν Αἴας ποῦ 'στι.* Flor. *Δ.* Jen. Lips. B. *ὑμῖν.* Schaeferus *ἡμῖν.* Planudes in Anecd. Bachm. p. 66. T. II. *ἀλλ' ἥμιν — τάδε.* Gaza Gramm. III. 178. *ἀλλ' ἡμὶν Αἴας ποῦ 'στι* v. Hermann. de Emend. Gr. p. 79. Quod in Schol. Paris. ad Arist. Plut. v. 286. adscriptum est: *ἐν Σοφοκλεῖ εἴρηται περὶ τοῦ ἡμῖν, ὅτι καὶ βραχύ ἐστι, διὸ καὶ ὀξύνεται* (cod. *βαρύνεται*) ad Triclinii adnotationem h. l. spectat. Pro *δηλοῦν λόγον* Johnsonus *δοῦλον λέγειν.* [De formis encliticis *ἧμιν* etc. v. Ellendt. T. I. 477.]

V. 735. *Νέας βουλὰς — τροποῖς.* Affert Suidas s. *Ἐγκαταζεύξας.* Cicero ad Fam. IV. 6. *ad novos casus tem-* 337
porum novorum consiliorum rationes accommodare.

V. 737. 738. *Ἰού, ἰού.* Codd. complures ter, unus Dresd. B. octies, ceteri bis. In seq. versu Aug. C. *πέμψας* pro *πέμπων.* Post *βραδύς* vett. Edd. signum interrogandi positum habent quod servavi.

V. 740. *Τί δ' ἐστὶ χρείας τῆσδ' ὑπεσπανισμένον.* Quoniam nuncius dixerat, se vereri ne sero advenerit, quaerit chorus quid eorum, quae agenda fuerint, praetermissum vel minus plene perfectum sit, *τί ἐλλείπει τῶν δεόντων γενέσθαι. Τῆσδε* dicit ad significandum *τῶν ἅπερ φῂς δεῖν γενέσθαι.*

V. 741. *Ἔνδοθεν στέγης μὴ 'ξω παρήκειν.* Quum hic locus quibusdam in suspicionem venisset, attuli Plaut. Amphitr. II. 2, 137. *intus proferto pateram foras*, ubi adverbium intus complectitur id quod recentiores dicunt deintus, ut Glossator hoc loco *ἔνδοθεν στέγης ἀντὶ τοῦ ἐκ τῆς*, addidique quod hic quidem minus appositum erat, verbis cum praepositione copulatis interdum adjungi praepositionem eandem cum adverbio conjugato ut Herodo. III. 165. *ἐκ τῆς ταφῆς*

ἐκφέρειν ἔξω, II. 144. *ἐσαγαγόντες ἐς τὸ μέγαρον ἔσω*, et c. 156. *ἔσω ἐς τὸ ἱρὸν ἐσελκύσαι.* Arist. Plut. 238. *κατώρυξεν αὐτὸν κατὰ τῆς γῆς κάτω.* Aeschines c. Ctes. p. 68. *ἀπαγαγὼν ἡμᾶς ἄπωθεν ἀπὸ τοῦ πράγματος*, ubi Valckenarius hujus idiomatis immemor *ἄπωθεν* tolli jussit ad Adon. p. 238. sicuti ap. Thucyd. I. 133. *ἐς ἣν τῶν Ἐφόρων ἐντός τινας ἔκρυψε*, H. Stephanus adverbium prorsus supervacaneum esse judicat. Ad rem pertinet Scholiastae interpretatio: *παρήκειν παριέναι*, et glossa Brunckii: *παρήκειν ἀντὶ τοῦ ἥκειν· ἢ παρὰ περισσή*, quorum neutrum probat Elmslejus; nam *παρήκειν* atque *παριέναι* significare introire non exire, quare quid Sophocles scripserit, amplius quaerendum esse. Illius quidem verbi exempla in universum rara, apud Tragicos nulla sunt; *παριέναι* vero et *παρελθεῖν* frequentissime cum *ἐντός, εἴσω* et *ἔνδον* conjunguntur, cum *ἔξω* nescio an nunquam. [Dionys. A. R. IV. 4. p. 641. *μήτε ἔσω μήτε ἔξω παριέναι*, ***heraus-lassen.***] Nihilo secius tamen Hermanno assentior, lectionem
338 sanam et integram esse, atque eo quod, qui in concionem prodeunt, proprie *παριέναι* dicuntur, in hanc conjecturam ducor, Teucrum quum vellet Ajacem *μὴ ἔξω παρήκειν*, hoc cavere voluisse, ne ille in publicum procederet hominumque coetus adiret, quod metuendum erat ne homini recenti ira exacerbato et vindictae cupidine aestuanti periculosum foret; nam ne mortem ipse sibi conscisceret Ajax, nullus tum erat Teucro metus. In exitu versus pro *τύχῃ* Dindorfius ex *Γ.* recepit *τύχοι*, cujus extrema syllaba in Mosq. B. Lips. superscripta est.

V. 744. *Θεοῖσιν ὡς καταλλαχθῇ χόλου.* Eur. Med. 895. *διαλλαχθῆναι τῆς ἔχθρας.*

V. 746. *Εἴπέρ τι Κάλχας* — Schol. *ἐκ παροιμίας ὁ στίχος παρῆκται, ἣν καὶ Ἀριστοφάνης ἀναγράφει.*

V. 748. *Τοσοῦτον οἶδα* — Excerpsit h. v. Suidas s. *Τοσοῦτο*, quod hic valet pro *τοσοῦτο μόνον.* Appian. Civ. I. 104. *ὁ δὲ εὐσταθῶς τὸ μειράκιον ἤνεγκε καὶ τοσοῦτο ἀπεκρίνατο.* Sic etiam Liban. Epitaph. Jul. p. 577. *τοσοῦτον ἐπιφθεγξάμενος*, et Dio Cass. XL. 64, 261. *τοσοῦτον ὑπειπών.* Cf. Schaefer. ad Julian. Praef. p. XI. Ed. Pr.

V. 749. *Ξυνέδρου.* Hermannus *συνέδρου* ut *ΔΘ.* duo Lips. Ald. et v. 751. *εἰς χεῖρα* ut iidem pro *ἐς.*

V. 753. *Εἶρξαι — σκηναῖσι*, affert Suidas s. *Εἱμαρμένη* et *Ἔμφρονες*, quo loco *εἶρξαι* scribitur ut Brunckius edidit, illic *εἷρξαι* ut Hermannus; in Sophoclis codd. quomodo scriptum sit, tacitum relinquunt. In Lexico de Spir. p. 229. nihil amplius praecipitur nisi *εἴργω* lenem, *εἱρκτή* asperum habere spiritum; disertius Moschopulus Opusc. p. 54. *εἴρξας*

ἀποκλείσας δασύνουσιν οἱ Ἀττικοὶ, τὸ δὲ ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς ψιλοῦσιν, sed corruptus fortasse a librariis, nam contrarium affirmant Eustathius p. 1387, 3. *τὸ εἵργω ἐπὶ μὲν τοῦ κωλύω ἐψίλουν, ἐπὶ δὲ τοῦ ἐγκλείω ἐδάσυνον,* et Schol. Arist. Ach. 330. *εἵρξας — ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς δασέως Ἀττικοί.* Discrimen hocce, quod Schaeferus ad Plut. T. I. 366. vanum esse pronunciat, plerumque servari docet Buttmannus in Ind. Anomm. multisque exemplis demonstrari potest, quorum unum hoc afferam quod ap. Demosth. Ep. Phil. 159, 4. et 21. una eademque pagina suppeditat, primum *εἵρξατε* de carcere, mox *εἴρ-* 339
γειν τῶν μυστηρίων, et Galen. de San. tuend. V. 11, 370. T. VI. *οἱ εἰργόμενοι τῆς κινήσεως νοσοῦσιν ἐν ταῖς εἱρκταῖς*[1]). Sed quod recte a Grammaticis traditum est, vitiose interpretatur Poppo ad Thuc. P. II. Vol. I. 152. quum Bekkeri inconstantiam arguit, qui quo loco *καθεῖρξαι* (et *εἷρξειν* L. VIII. 74.) scripsit, ibi *εἱρκτή* significatur, ubi *κατείργειν*, arcendi et prohibendi significatio obtinet, ut et Soph. Oed. T. 890. *τῶν ἀσέπτων ἔρξεται*, Aesch. Suppl. 61. *ποταμῶν τ' εἰργομένη*, multisque aliis Tragicorum locis, et semel adspiratum *εἵργειν* Eur. El. 1255. includere vero *καθεῖρξαι* dicitur v. Elmslej. ad Bacch. 443. atque Hel. 295. *κλῄθροις ἂν εἰργόμεσθα* non hoc significari videtur *claustris coerceremur* sed *objectis claustris domo excluderemur*, ut in Erechth. Fr. II. 20. *τοὺς πονηροὺς κλεῖθρον εἰργέτω στέγης,* neque *μυχοῦ ἄφερκτος* Aesch. Choeph. 438. penu exclusam, ut Buttmannus vult, sed inclusam denotare potest, quemadmodum *ἀφειργμένη* dicitur Aelian. H. Ann. XII. 21. quorum immemor Schaeferus l. c. miratur cur nunquam *ἀφείργειν* inveniatur. *Εἱργμός* spiritu aspero notatum est in Stob. Ecl. I. 6, 17. p. 184. Plat. Civ. VI. 495. D. Phaedon. 82. E. hic in plerisque libris, illic in omnibus; eundemque spiritum H. Stephanus nomini *εἱργμοφύλαξ* Xenoph. Hell. V. 4, 8. restituit non injuria; *ἕρξας* Plat. Polit. 285. B. et cod. Vat. Thucyd. VIII. 74. *εἱργνύων* Bekkerus tacite scripsit Andocid. c. Alcib. p. 32, 36. *καθείργνυσι* Plat. Tim. p. 45. E. 85. C. *καθείργνυται, συγκλείεται* Hesych. *συγκαθειργμένη* Aeschin. c. Tim. p. 309, 182. etc. De posterioribus quaerere vix attinet; apud Plutarch. V. Sull. c. 38. *εἷρξαι* adspiratum eandem significationem quam non adspiratum habet in V. Sert. VII. et XIII. Cleomen. XXXV. Lucull. XXII. ubi Schaeferus asperum in-

---

[1]) [Repugnat *ἐγκατείργω* apud Agath. I. 11, 22. C. II. 12, 48. aliosque inferiorum; cf. Ellendt. I. 525.] [*καθείργω* Dionys. A. R. VI. 4. p. 1043. *κατείργω* Id. VI. 2. p. 1093. 24. p. 1094. *ἀπέρξαι* Herodo. II. 124. *κατεῖρξαν* Pausan. VII. 16, 2.]

tulit, idemque in V. Phoc. XX. et Pomp. LIII. *καθείργειν* corrigit pro *κατείργειν*, Sturzius Dion. Cass. XLVII. 27. pro *κατείρχθη* restituit *καθείρχθη*, quam includendi significationem prae se fert *καθεῖρξε* XLI. 42. *καθείργνυ* XLII. 28. *Εἱρκτή* adspiratum legitur centies, perraro *εἰρκτή* Lucian. Asin. §. 41. p. 180. Aristid. XXVI. 346. T. I. (Dindorfius
340 *εἱρκτή* scripsit p. 533.) et in codd. Achill. Tat. VIII. 14, 189. quod non ubique commutandum esse apparet ex Anecd. p. 678. Etym. Gud. p. 671, 37. Theodos. p. 204. *τὸ εἱρκτὴ οἱ μὲν Ἀττικοὶ δασύνουσιν, ἡμεῖς δὲ ψιλοῦμεν.* Sic et *εἰργμός* lenem habet Aelian. H. Ann. XVII. 37. Maneth. II. 283. Porphyr. V. Pyth. c. XLVI. p. 78. Poll. VI. 154. VIII. 27. etc. *ἕργμα* Aristot. de Part. Animm. II. 15. p. 358, 18. (vulgo *ἕρυμα*) Soph. Ant. 848. ubi Hermannus *ἕρμα* scripsit, Gregor. Naz. Carm. I. p. 32. A.

V. 755. *Εἰ — θέλοι.* Mosq. B. Dresd. AB. *θέλει.*

V. 756. *Τῇδε θἠμέρᾳ.* Ita Brunckius pro *θ' ἡμέρᾳ*, cui in Mosq. B. adscriptum est *τοι.* Quia hujus crasis nullum praeter Oed. T. 1283. apud Tragicos reperitur exemplum, sed vel *τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ* Soph. El. 674. Hipp. 721. Alc. 351. vel *ἐν τῇδ' ἡμέρᾳ* Hipp. 22. Alc. 531. Trach. 740. olim utroque loco *τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ* scribendum esse credidi; nec omisi tamen semel apud Aristoph. Avv. 1072. *θἠμέρᾳ* legi. Bothius et Schaeferus *τῇδ' ἔθ' ἡμέρᾳ.* Hermannus vulgatam retinet additque hunc versum a Tzetza afferri in Exeg. p. 33.

V. 757. *Ὡς ἔφη λέγων.* Mosq. A. Aug. AC. Lipss. et Ald. *ὥς*, quod Matthiae ad Bacch. 1021. dubitat an Tragici non admiserint, nec tamen omnia quae extant hujus usus testimonia, exsequitur. Propter aliam quandam dubitationem Bothii adscripsi Herodotea *ἔφη λέγων, εἶπε φάς, ἔλεγε φάς*, quae cum similibus attulerunt Abreschius ad Aesch. T. I. 168. Wesseling. ad Her. I. 122. Fischer. ad Well. IV. 46. Heindorf. ad Plat. Soph. c. 57. p. 363. Bornemann. ad Symp. p. 150. sed plerique omnes sine cura discriminis. Namque *εἶπε πιφαύσκων* Emped. v. 74. *εἶπε φωνήσας* Antimach. Fr. XXXV. 81. et Aeschyleum Choeph. 275. *τὰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς δυςφρόνων μειλίγματα βροτοῖς πιφαύσκων εἶπε* (quo loco *μηνίματα* scribendum esse dixi, neque nunc vulgata quid significet, intelligo) in his igitur locis unum verbum altero gravius ornatiusve est. Neque magis huc pertinet quod Triclinius affert *τοιαῦτα ἔφη δημηγορῶν*, quod nihil aliud est quam *πρὸς τὸν δῆμον τοὺς λόγους ποιούμενος.* Plutarch. V. Arat.
341 c. 50. *καὶ τότε λέγων εἶπε πρὸς αὐτόν.* Pind. Isthm. VIII. 97. *ὣς φάτο Κρονίδαις ἐνέπουσα θεά.* Eunap. V. Aedes. p. 44. *κινδυνεύῃ, εἶπε λέγουσα πρὸς τὸ οὖς.* Sed abundantiae species

major est, ubi alteri verbo nihil additur, quo vel persona vel tempus vel locus, quo quis loquitur, designetur, ut Hippocr. de Nat. Hom. T. I. 349. *λέγει δ' αὐτέων ὁ μέν τις φάσκων ἠέρα εἶναι τό* — Charito V. 8, 121. *ἔλεγεν οὖν, Εἰπὲ, φησί,* ubi verbum repetitum quodammodo ad epanalepsin pertinet. Rhetoribus tritum est dicere *εἰπέ που λέγων, ἔφη που λέγων,* hunc in modum: *ἤδη τις εἶπε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοί που λέγων* Demosth. de Synt. p. 169, 17. p. Cor. 242, 19. Dionys. Antt. V. 65, 1002. Plut. V. Arat. c. L. Lucian. Enc. Dem. c. XV. 144. T. IX. Dio Cass. XLI. 16. Liban. Decl. T. I. 439. Atque his etiam magis ad pleonasmi speciem vergit simplex hoc *ἔφη λέγων,* quod veteres, ut Triclinius memorat, ad schema *ἐκ παραλλήλου* retulerunt. Nescio unde Priscianus L. XVIII. 31. p. 269. sumserit, quod cum graeco idiomate componit, ***loquere dicens***, sed quod huic adjungit ***stude properans*** graecum est *σπεῦσον ταχύνας* hujus ipsius fabulae v. 1164.

V. 758. *Τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόνητα σώματα.* Hoc et proximo versu praeter Suidan s. *Ἀνόνητα* utitur Didymus Alex. de Trinit. L. III. c. 6, 358. pro *πρὸς θεῶν*, ut par erat Christiano, *πρὸς θεοῦ* substituens. Eosdem et duos sequentes afferunt Stobaeus Serm. XXII. 21. et Eclog. I. 4, 20. p. 114. ed. Heer. et Eustathius p. 415, 13. [*περισσὰ καὶ ἀνόνητα ἡγοῦντο τὰ ὅπλα* Agath. II. 12, 48. A.] Hi et codd. omnes *κἀνόνητα*, solus Suidas s. *Τὰ γάρ* exhibet *κἀνόητα*, quod Vauvilliersius et Bothius arripuerunt. Ita quidem dicitur *ἰσχὺς ἀνόητος* Plutarch. de Soll. An. T. II. 959. *ἄφρων ἀλκή* Oppian. Hal. V. 59. ***vis consilii expers***, neque ea aliena ab Ajacis ingenio, de quo Alexander Aphr. Probl. I. 16. *Ὅμηρος Ὀδυσσέα μὲν φρόνιμον λέγει, Αἴαντα δὲ μωρότερον.* Sed praestat tamen *κἀνόνητα*, quo idem significatur sed minus directe. [In Musaei v. 325. *ποδῶν δέ οἱ ὤκλασεν ὁρμὴ καὶ σθένος ἦν ἀδόνητον ἀκοιμήτων παλαμάων* aptius est *ἀνόνητον.*] Ed. Pr. Ajacis *πινυτήν* divinam praedicat Homerus Il. VII. 289. neque ullum ejus dictum factumve teme- 342
ritatis arguit. Posteriores vero, quia Minervae judicium Od. XI. 547. offensae cujusdam indicium praebere videbatur, Ajacem deliquisse aliquid sumserunt, quo deae animum abalienaret, et fortasse Hectoris conviciis *Αἶαν ἁμαρτοεπὲς* [1]), *βου-*

---

[1]) Nestoris verba *πρὸς Αἴαντα τραχυνόμενον* Soph. Fr. LXVIII. N. 734. Dind. *οὐ μέμφομαί σε, δρῶν γὰρ εὖ κακῶς λέγεις,* de Salaminio dici videntur. Hunc ob causam male defensam *ἄγλωσσον* vocat Pindarus Nem. VIII. 40. *Attonitus Ajax in tragoedia* Quintil. XI. 3, 73. repraesentabatur, puto, ob consternationem et torporem, quo perculsus est vel inopinato judicii illius exitu vel pudore vindictae in ludibrium versae. Appianus Civ. II.

γάϊε, eo deducti sunt ut illum μωρότερον, ferocem, confidentem fingerent. Hoc loco quae narrantur, contraria non sunt prius dictis v. 119. neque dici potest, quod nonnulli, Minervam de Ajace, qualis nunc erat, loqui, Calchantem de juvene; nam si (quod nunquam significatum est) Ajax vitia ineuntis adolescentiae emendavit, cur manent alta mente reposta? Quid alii fecerint, nihil moror, sed Sophocles certe sensit, quid deam sapientissimam deceret [1]).

V. 759. *Δυςπραξίαις*. Sic codd. et auctores, quos modo appellavi, praeter Stob. l. c. ubi *δυςπραγίαις* editum est contra Tragicorum consuetudinem. *Εὐπραξία*, ut Herodotus dixerunt *οἱ παλαιοὶ κωμικοί* Phot. s. v. Thucydides vero, ut idem tradit, *εὐπραγία*, quod persaepe apud illum legitur, et huic compar *κακοπραγία* cum aliis locis tum L. III. 39, 4. sed hoc ipso loco *εὐπραξία* intervenit, et *δυςπραξία* II. 43. Nec constat sibi Isocrates; *εὐπραξία* Plat. p. 297, 4. Archid. p. 121, 30. *εὐπραγία* Paneg. 239, 32. Antid. p. 378, 142. Areop. p. 142, 13. de Pac. 184, 125. et saepius, eademque
343 forma legitur Pind. P. VII. 17. Antiph. Or. III. 120, 9. Plat. Prot. 345. A. Legg. III. 701. E. V. 732. C. VII. 814. E. Euthyd. 279. E. *ἰδιοπραγία* Legg. IX. 875. B. sed *εὐπραξία* Demosth. p. 153, 24. p. 155, 24. p. 506, 28. Andocid. II. p. 20, 6. et saepius apud Xenophontem, ex cujus uno loco *εὐπραγία* affertur.

V. 760. *Ὅςτις ἀνθρώπου φύσιν βλαστών* — Eustathius l. c. substituit *φύσιν γεγώς*, Stobaeus Ecl. p. 114. *φύσει βλαστῶν*, duo Lips. et alii cum Turn. et Steph. *φύσιν βλαστῶν*, quod tempus hoc loco non magis ferri potest quam in Antipatri Epigr. Anth. Pal. VII. n. 424. verbumque ipsum, postquam Dindorfius Androm. 664. *βλάστωσι* reposuit, e Tragicorum scriptis ablegatum est, excepto *βλαστοῦσι* Aesch. Choeph. 585. pro quo Buttmannus Gramm. p. 91. T. II. *βλάστουσι* scribi jubet, et medio *βλαστουμένη ἄμπελος* Thyest. Fr. VI. nisi *βλαστοῦν* in usu fuit ut *φυλλοῦν*, vel ille, ut Bergkio videtur Comment. de Fragm. Sophocl. p. 13. *'βλαστημένη*

---

81. *παρελθὼν* (Pompejus) *ἐς τὴν σκηνὴν ἐκαθέζετο ἄναυδος, οἷόν τι καὶ τὸν Αἴαντά φασιν ἐν Ἰλίῳ παθεῖν ὑπὸ θεοβλαβείας,* non, ut vulgo putant, fugam herois Il. XI. 543. sed stuporem in judicio a Minerva objectum significare videtur.

[1]) Nihilo minus ab eorum ratione discrepo, qui Minervam non sua sed deorum jurisque divini causa Ajaci infestam fuisse existimant; illa *ἀστεργὴς ὀργή* v. 776. certe a privata injuria profecta dicitur, cujus nullam omnino mentionem facere debuisset poeta, si spectatores suos de deorum natura honestius sentire voluisset quam ab Euripide Aeschyloque didicerant. Ille autem nullo verbo errorem cavit.

scripsit[1]). Superant apud alios scriptores *ἀναβλαστοῦσι* Emped. 409. *βλαστοίη* Theophr. Caus. V. 4, 5. quod ne quis cum *σχοίη* comparet, obstat II. 17, 5. *τοῦ κιττοῦ τοῦ περὶ τὰ κέρατα βλαστοῦντος*, imperfecto *ἐβλάστεον* utuntur Apollon. IV. 1425. aoristo *βλαστῆσαι* [Emped. 219. Hippocr. de Morb. IV. 327. T. II.] Aristot. Mir. c. CLIII. Plutarch. Quaest. Plat. IV. 262. M. Anton. XI. 8. Geoponn. III. 4, 6. et alii v. ad v. 869. *Ἀνθρώπου φύσιν βλαστών* idem est quod vulgo dicitur *ἄνθρωπος ὢν φύσει* Dio Chr. III. 142. *ἄνθρωπος πεφυκώς* Xen. Cyr. I. 1, 3. constructio autem, quam Kruegerus de Attract. Praef. XXI. parum expedit, tropo etymologico conveniens; nam ut dicitur *ῥέων ῥόον θεοῦ* Aesch. Pers. 743. sic dici licuit *ἀνθρώπου φύσιν φύς* vel *βλάστην βλαστών*. Multo mirabilius videtur, quod Hermannus apponit, exemplum verbi substantivi cum accusativo constructi Trach. 1051. *γυνὴ δὲ θῆλυς οὖσα κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν*, a quo plurimum distat, quod Bernhardy aequiparat Synt. p. 119. 344
Aristotelis Meteor. IV. 4. *τούτου μᾶλλον τὴν φύσιν ἐστί*, namque hoc non aliter comparatum est quam *γενεὴν Διὸς εὔχομαι εἶναι, γενεὴν Μελάμποδος ἦεν*, vel *τίς ποτέ ἐστι τὴν γενεάν* Xen. Cyr. I. 1, 6. Neque similia sunt Soph. El. 1125. *ἢ φίλων τις ἢ πρὸς αἵματος φύσιν*, id est *σύναιμος τῷ γένει*, et v. 325. *τὴν σὴν ὅμαιμον ἐκ πατρὸς ταὐτοῦ φύσιν*, ubi verbum proxime cum genitivo copulatum est, accusativus autem laxius pendet. Paus. X. 28. 1. *ἡλικίαν ἐφήβου γεγονώς* valet pro *ἑπτακαίδεκα ἔτη γεγονώς*. [Mosch. II. 9. *φυὴν δ' ἔχον οἷα γυναῖκες*. Soph. El. 325. *τὴν σὴν ὅμαιμον κἀκ πατρὸς ταὐτοῦ φύσιν*.]

V. 761. *Ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ*. Stobaeus l. c. La. pr. Lb. *φρονῇ*, ut Eur. Ion. 855. *δοῦλος ὅςτις ἐσθλὸς ᾖ* cf. Brunck. ad Oed. C. 393. Antiphanes Athen. X. 444. B. *ὅςτις δὲ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ*. Sententiam ipsam veteres identidem instillant; *νεμεσᾶται ὑπὸ θεῶν τὰ ὑπερέχοντα καὶ τρέπεται πάλιν εἰς τὸ μηδέν. μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχει τὰ σκληρὰ καὶ μεγάλαυχα φρονήματα* Dionys. Antt. VIII. 25, 1557. (*βάλλεται γὰρ Ὄσσᾳ διόθεν κεραυνός* Agam. 457. fortasse ut Horatius *feriunt summos fulgura montes*). Atque talem esse oportet heroem tragicum, cujus infortunium hominum commiseratio consequutura sit sine deorum invidia. Etenim Sophocles funestum Ajacis casum aut a supremo Justitiae numine aut a domestica dei alicujus ira, qualis Pen-

[1]) Suspectum Aretaei de Cur. Diut. I. 5. p. 318. *ἢν τῇ διαίτῃ βλαστηθῇ ἡ δύναμις*, pro *ἀναῤῥωσθῇ* positum; certe *βλαστήσῃ* malim, quo aoristo Hippocrates utitur de Nat. Puer. p. 414. T. I.

theum et Hippolytum pessum dedis, probabiliter repetere poterat. Si prius anteponebat, praesto erat patris Telamonis parricidium, qui se suosque Phoci fratris caede obstrinxerat Apollod. III. 12, 6. Schol. Lyc. v. 175. Schol. Pind. Nem. V. 25. quanquam Philostephanus non fratrem sed alium quendam nec fraude sed per errorem occisum tradidit Schol. Ven. *Π.* 14. Hujus autem facinoris poenas ab Ajace repeti consentaneum erat communi totius antiquitatis opinioni, scelerum *δίκην ἐς τοὺς ἀπογόνους κατιέναι* Paus. L. II. 18, 2. [adde nunc, quae Siebelis ad h. l. et Wyttenbachius ad Plut. T. II. 532. disseruerunt.] Sed convenientius erat veteri famae a Cyclicis proseminatae, Ajacem propter abjudicata sibi Achillis arma primum in insaniam prolapsum, mox eo adductum
345 esse ut ipse sibi necem conscisceret v. Leschae Fragm. p. 35. in Bibl. Vet. Litt. et Art. P. I. Qui quum Minervam in judicio illo Ulixi velificatam esse narrasset idemque esset ab Homero Od. XI. 546. significatum, Sophocles fabulae huc deductae fortasse nihil aliud de suo admensus est nisi ejusdem deae in evertendis Ajacis consiliis operam et irae divinae causam. [Haec in Ed. Pr. ad v. 10. adnotavi.]

V. 764. 765. *Δορί.* Dindorfius *δόρει.* Pro *ξύν* Hermannus *σύν* cum Lipss. AB. et Ald. Iisdem fere verbis Achillem in bellum proficiscentem pater admonet Hom. Il. IX. 254.

V. 767—769. *Θεοῖς — ἐπισπάσειν κλέος.* Haec transscripsit Suidas s. *Ὁμοῦ.* Synesius Ep. CXXX. p. 261. A. *σπάσαι τι τῶν οὐ προςηκόντων* pro *ἐπισπάσασθαι*, fere ut Sophocles v. Steph. Thes. T. III. 920. Ed. Pr. In v. 768. Lb. *καταστήσαιτ'* sed supra scripta litera kappa.

V. 770. 771. *Τοσόνδ' ἐκόμπει μῦθον* — affert Eustath. 897, 1. Schol. Rom: *δίας Ἀθάνας λεγούσης δηλονότι.* Schol. Barocc. *ἔλεγε κατὰ τῆς Ἀθάνας*, sed *ἀντιφωνεῖν τινος,* ut hic sumsit, pro regerere alicui, vereor ne insolitum fuerit. Non minus dura Bothii ratio nomen *ἔπος* supplentis *Minervae verbo respondit verbum nefandum,* et Bernhardyi Synt. p. 161. qui *Ἀθάνας ἔπος* conjungit idque ita ut *ὕμνοι θεῶν* dici putat. Mihi etiamnum probatur Scholiastae prioris interpretatio, quae eadem est Hermanni, *Ἀθάνας ἡνίκ' ηὐδᾶτο* positum esse pro *Ἀθάνας αὐδωμένης.* Exemplum quidem hujus enallagae nullum suppetit, sed Graecos constructionum desultores non negabo huc audaciae procedere potuisse, ut pro Cajo imperante dicerent: *Cajo, quum imperaret.* Levior est, sed vix solubilis quaestio, utrum Minervae epitheton *δῖα* divam an jovialem significet ac proinde ut Schaefero placet ad Hec. 460. illud minuscula, hoc majuscula scribendum sit litera; quae eadem dubitatio est de *διογενής* (nam et Terei

filius *διογενής* dicitur Eur. Herc. 1021.) deque *ἀρήϊος* et aliis hujusmodi adjectivis. [*Δίαν Ἀθαν.* emendat Mehlhorn. Gr. Gr. 139. adn. 6.]

V. 773. *Τότ' ἀντιφωνεῖ* — Cod. *Γ*. *ὁ δ' ἀντιφωνεῖ*, ex quo *τόδ'* — exsculpi potest; cod. *Δ*. *ὁ δ' ἀντιφώνει*, quasi 346
imperfectum legisset.

V. 775. *Πέλας — μάχη*, affert Eustath. p. 621, 55. *Καθ' ἡμᾶς οὔποτ' ἐκρήξει μάχη* Brunckius convertit: *in hanc quam nos tutamur partem, vis pugnae nunquam perrumpet.* At hoc modo Ajax, quod minime volebat, certaminis immunis et expers fuisset. Hoc dicit: nunquam hostes ordines meos perfringent, *ῥήξουσιν ἡμᾶς*. Ed. Pr. *Καθ' ἡμᾶς* esse dicuntur, quae nobis sunt ex adverso et juxta posita. Sic Abradatas Xen. Cyr. VII. 1, 16. instructa acie loquitur: *τὰ μὲν καθ' ἡμᾶς καλῶς ἔχει, ἀλλὰ τὰ πλάγια λυπεῖ με.* Plutarch. V. Mar. c. XXVI. *γενέσθαι τὸν ἀγῶνα κατ' ἐκεῖνον.* Id. V. Agesil. XVIII. *μάχη ἰσχυροτάτη ἐγένετο κατ' αὐτόν.* et in V. Pelop. c. XXII. *ὡς ἦν θέουσα κατ' αὐτοὺς ἐπέστη.* Demosth. Phil. III. 25. *εὐχόμενοι μὴ καθ' ἑαυτοὺς γίγνεσθαι τὴν χάλαζαν* cf. Valcken. ad Herod. III. 14. quare etiam *ἡ καθ' ἡμᾶς θάλασσα* Maxim. Tyr. XIV. 2. 251. quod Latini vocant *mare nostrum.* Quemadmodum igitur, qui in acie Fidenatibus oppositi erant, *οἱ κατὰ Φιδηναίους ταχθέντες* dicuntur Dionys. Antt. III. 24, 483. sic hoc loco Ajax dicere potuisset *οἱ καθ' ἡμᾶς ταχθέντες* vel *μαχόμενοι οὐδέποτε ἐκρήξουσι*, pro quo Thucydides IV. 96. V. 73. verbo *παραῤῥηγνύναι* utitur, Herodotus VI. 113. *κατὰ τοῦτο ἐνίκων οἱ βάρβαροι καὶ ῥήξαντες ἐδίωκον.* Aliter Hermannus *καθ' ἡμᾶς* interpretatur *per me, quantum in me est*, Matthiae Gramm. §. 581. p. 1154. *hostes aciem nostram non aggredientur*, de quo idem valet quod contra Brunckium dixi.

V. 776. *Τοιοῖςδε τοῖς λόγοισιν ἀστεργῆ θεᾶς ἐκτήσατ' ὀργήν.* Hermannus dubitat an poeta *τοιοῖςδέ τοι* scripserit. *Ἀστεργῆ χόλον* hinc sumsisse videtur Lycophro 1166. Ineptiorem divinae irae causam afferunt Schol. Ven. *Ξ*. 405. et Eustathius p. 995, 5. erasum e scuto noctuae emblema gentilicium. Ceterum haec *ὀργὴ θεᾶς* in hoc cernitur, quod quum Ajacis impetum multis modis avertere posset, eo usa est, qui plurimum probri et dedecoris afferret.

V. 778. *Ἀλλ' εἴπερ ἔστι τῇδε θἠμέρᾳ.* Illud *ἔστι* (sic edidi pro *ἐστί*) neque vim futuri habet, ut Bothius statuit, 347
neque in *ἔσται* mutandum. Lb. et Aug. C. *τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ*, quod Erfurdtius recepit; *τῇδ' ἔθ'* scripsi in Ed. Pr. v. ad v. 756.

V. 779. *Γενοίμεθ' αὐτοῦ ξὺν θεῷ σωτήριοι.* Pro *αὐτοῦ*

Flor. Γ. αὐτῷ, duo Lipss. Edd. vett. et Herm. σὺν pro ξὺν. Pro θεῷ Turn. in margine θεοῖς. Dicitur utrumque, σὺν θεῷ Oed. T. 146. Plato Menex. 245. E. Julian. Ep. LXXVIII. σὺν θεῷ εἰπεῖν Epist. Socr. XXXIV. 42. Galen. in Hipp. de Humor. Comm. II. 20, 548. (276. T. 16. K.) εἰπεῖν σὺν θεῷ Plato Legg. IX. 858. B. σὺν θεῷ φάναι Synes. Calv. p. 76. A. σὺν θεῷ εἰρῆσθαι Demosth. Ep. I. 1463, 22. ubi εἰρήσθω et εἰρήσεται adscriptum, ξὺν θεῷ δ' εἰρήσεται Arist. Plut. 114. Eur. Med. 624. ubi metrum σὺν fert, quod Arist. Rann. 114. legitur; σὺν θεοῖς Eur. Andr. 867. Med. 914. Dionys. Antt. III. 23, 479. Galen. de Diffic. Resp. III. 4, 273. T. VII. (904.) ξὺν τοῖς θεοῖς Hippocr. de Insomn. p. 16. T. II. σὺν τοῖς θεοῖς Xenoph. Cyr. II. 4, 14. (9.) IV. 3, 18. εἰρήσεται σὺν τοῖς θεοῖς Aelian. H. Animm. XII. 32. sed σὺν θεοῖς εἰπεῖν Aristid. T. II. 411. [Appian. Civ. III. 37.] σὺν θεοῖς εἰρῆσθαι Aristid. T. I. 364. [σὺν τῷ θεῷ φάναι Phot. 235, 496.] Adeo haec simplissima formula variata est; nec minus aliae, quas viri docti ad unum idemque exemplum dirigere solent.

V. 780. *Τοσαῦθ'* — Jen. Mosq. B. ΓΔ. et Ald. τοιαῦτ'. —

V. 782. *Εἰ δ' ἀπεστερήμεθα* — Wakefieldius Silv. T. III. 15. ἀφυστερήμεθα, quod dubito an nusquam reperiatur, ipsumque simplex non admodum frequens est; ὑστερήσομαι Iph. A. 1203. ἐπιμελείας μηδεμιᾶς ὑστερεῖσθαι Memnon Hist. XXVI. 38. ὑστερηθῆναι τῶν νενομισμένων Menand. Prot. p. 139. A. quod a στερηθῆναι non multum abest; τῆς παιδίσκης καθυστεροῦμαι Aristaen. II. Ep. 23. p. 197. Ὑστεροῦνται τῆς δόξης Epiphanius c. Haer. L. II. T. I. 509. D. et Chrysostomus de Poenit. Hom. V. 303. B. T. II. ex N. T. ad se transtulerunt. Ed. Pr.

V. 784. *Ὦ δαΐα Τέκμησσα* — Hunc versum enotarunt Suidas s. Ὦ δαΐα et Moschopulus Schol. ad Il. II. 23. In cod.
348 Leid. Suidae δηΐα legitur, quod Hermannus negat in iambis nisi de hoste dici, nec legitur omnino apud Tragicos, qui Aeschylum subsequuti sunt. Matthiae ad Herc. 1002. ***monet Elmslejus ὦ δάϊε non usurpari a Tragicis; non meminerat igitur Soph. Aj.*** 784. Sed hoc loco ὦ δαΐα scriptum est.

V. 786. *Ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ* — Legitur hic versus ap. Suidan s. Ξυρεῖ, Eustathium p. 796, 58. p. 1257, 18. et Lascarin Gramm. litt. C. fol. 8. qui dubitat num dativus ille secundae sit declinationis, ὁ χροῦς, τοῦ χροῦ, τῷ χρῷ, an Attici dixerint ὁ χρὼς, τοῦ χρῶ, τῷ χρῷ, an potius dativi χρωτί recisa sit syllaba ultima. Etym. M. 313, 14. ἐγχρῶ ἀποκοπῇ τῆς τι συλλαβῆς· γράφεται δὲ καὶ μετὰ τοῦ ν καὶ

μετὰ τοῦ γ̄· ἐν χρῷ κουρὰ ἡ ψιλὴ καὶ πρὸς τὸν χρῶτα. Etym. Gud. p. 191, 29. *ἐνχρῷ ἀποκοπῇ, μὴ προςγραφομένου (τοῦ ῑ) ὥςπερ ἀττικῶς τῷ γέλω, καὶ μετὰ τοῦ ν̄ καὶ τοῦ γ̄.* Sic apud Hesychium scribitur *Ἐγχρῷ, εἰς χρῶτα*, et pariter conglutinata *ἐγγόνασιν, ἐγγειτόνων* codd. Max. Tyr. XLI. 3, 281. *ἐμφρεάτοι* Suid. et cum corruptione syllabae finalis *παιδιὰ ἐγκοτύλη* Athen. XI. 479. A. pro quo Hesychius *ἐν κοτύλῃ*. Sic etiam illud in libris nostris ubique a praepositione sejungitur, sive hoc proprio intellectu de *κουρᾷ ἐν χρῷ* v. Sturz. Lex. Xen. T. IV. 573. Wyttenbach. ad Plut. T. I. 983. Boissonad. ad Heroicc. p. 547. Jacobs. ad Achill. p. 675. Ast. ad Theophr. Char. X. sive longius translatum *ἡ ἐν χρῷ συνουσία* Lucian. adv. Indoct. §. 3. *ἐν χρῷ τῆς πόλεως* Synes. Catast. p. 304. B. Multo rarior est altera forma *ὁμιλεῖ ἐν χρωτὶ παντὶ ταῖς κορώναις* Galen. de Usu Part. II. 15. p. 332. (T. III. 147.) qui omisso *παντί* haud dubie *ἐν χρῷ* scripsisset. Et ex hoc decurtatum esse *ἐν χρῷ*, documento est *ἐν φῷ*, de quo Etym. M. p. 803, 46. *φῷ ἀντὶ τοῦ φωτὶ σὺν τῷ ῑ, Εὐριπίδης Μελεάγρῳ* (Fragm. V.) *τὸ μὲν γὰρ ἐν φῷ.* Neque tamen existimandum est, his et similibus *τῷ γέλῳ, τῷ ἔρῳ,* syllabam recisam ideoque iota omittendum esse, sed potius formam prisci usus referunt, quo et nomina et verba sine consona intergerina declinabantur.

V. 790. 791. *Πρᾶξιν ἣν ἤλγησ' ἐγώ.* Eustathius p. 349
737, 8. contendit cum verbo contrarii affectus *γέγηθα τὸν ἄνδρα* de quo supra dixi ad v. 136. Reiskius et Jacobsius in Spec. Emendd. p. 9. *βάξιν* substituunt, quo non est opus; *πρᾶξιν Ἰοῦς* Prom. 720. *τὴν αὑτοῦ πρᾶξιν* Trach. 87. Pro *ἡμῖν* Herm. *ἧμιν.* In seq. versu Lb. *Γ⊿.* duo Aug. et Dresd. A. *ἄνθρωπε,* La. et Ald. *ὦ 'νθρωπε.* Sic Herm., *ὤνθρωπε* Dind.

V. 792. *Οὐκ οἶδα τὴν σὴν πρᾶξιν*, ut in Soph. El. 1110. *οὐκ οἶδα τὴν σὴν κληδόν'* —

V. 794. *Καὶ μὴν θυραῖος, ὥςτε μ' ὠδίνειν τί φῄς.* Elmslejo collibuit scribere *θυραῖός γ'* — Scholiastes *θυραῖος* statum, *θύραζε* et *θύραθεν* motum significare adnotat, quasi *θύρασιν* legisset. Verba *ὥςτε μ' ὠδίνειν τί φῄς*, quae Eustathius affert p. 843, 48. Scholiastes recte exponit *ὥςτε ἐμὲ συμβαίνει ζητεῖν μετὰ πόνου τί ἐστιν ὃ λέγεις.* Poterat futuro uti ut Arist. Nubb. 1391. *οἶμαί γε τῶν νεωτέρων τὰς καρδίας πηδᾷν ὅ, τι λέξει*, id est *ἐπὶ προςδοκίᾳ τῶν λεχθησομένων.* Cic. Phil. VII. 3. *horreo quemadmodum accepturi sitis.* Sed praesenti idem significatur quod Hec. 185. *δειμαίνω τί ποτ' ἀναστένεις.* Ed. Pr.

V. 798. *Τήνδε δ' ἔξοδον ὀλεθρίαν Αἴαντος ἐλπίζει φέρειν.*

Animadversa vulgaris interpretationis importunitate Canterus ὀλεθρίως scribi jussit, ceteris servatis; Musgravius ὀλεθρίως *Αἴαντ᾽ ἐς ἐλπίζει φέρειν, spectare putat ad Ajacis interitum;* ingeniosius Bothius ἐλπίζειν φέρει, id est ἐλπίδα φέρει *metuere nos facit.* Sic Aesch. Ag. 1144. φόβον φέρουσι μαθεῖν. Vulgatam Scholiastes declarat his verbis νομίζει, μέλλει δέχεσθαι. Matthiae hoc, quod legitur, e duabus constructionibus conflatum putat, ἐλπίζει ὀλεθρίαν εἶναι et ἐλπίζει ὄλεθρον φέρειν τήνδε ἔξοδον. His omnibus consideratis retineo quod olim censui, *Metuit Teucer ne hic exitus Ajacis, quem nunciat, perniciosus ei futurus sit.* In seq. versu Aug. B. ἀνθρώπου.

V. 801. 802. *Τοῦ Θεστορείου μάντεως, καθ᾽ ἡμέραν τὴν νῦν ὅτ᾽ αὐτῷ θάνατον ἢ βίον φέρει.* Hoc loco Θεστόρειος μάντις pro Θεστορίδης dici ait Eustathius p. 50, 16.
350 ad Il. I. 69. ubi Zenodotus μάντις Θεστορίδης scripsit pro *Κάλχας*. In altero versu Lb. *ΓΔ.* Mosq. B. et Jen. ἤ τ᾽ αὐτῷ pro ὅτ᾽, quod neque pro eliso ὅτι accipi potest, nam in Eur. Iph. T. 570. (559.) ἓν δὲ λυπεῖται μόνον ὅτ᾽ οὐκ ἄφρων ὢν — ὄλωλε, si vulgata stamus, ὅτ᾽ istud non est ὅτι, ut Matthiae autumat, sed ὅτε, ut Terent. Andr. III. 5, 17. *ei mihi, quum non habeo spatium,* cf. Matth. Gramm. §. 44. Adn. i. neque etiam ὅτι σφι scribi convenit, etsi graeci interpretes Oed. C. 1490. et Lyc. 1142. σφί pro αὐτῷ acceperunt. Verum de hoc omnes consentiunt; subjectum vero quod sit, magna opinionum contentione quaeritur. Erfurdtius quidem ὁ μάντις φέρει intelligit, Schaeferus ἡ ἔξοδος, quorum neutrum commendabile. Hermannus subjectum esse ἡμέρα, particulas autem νῦν ὅτε valere pro simplici νῦν ut in nonnullis Aeschyli locis, quos quum nemo recte intelligeret, primus ille in clara luce posuit ad Vig. p. 919. quamnam autem cum hoc, de quo agitur loco, similitudinem habeant, fortasse explanatius tradet, si professus fuero me nescire; scirem vero, si Sophocles scripsisset ad Aeschyli exemplum, νῦν ὅτε Αἴαντι θάνατος παρέστηκε, *nunc si quando, nunc cum maxime,* cujus constructionis ratio maxime patescit e Plauti Rud. III. 3, 568. *nunc id est quum omnium copiarum viduitas nos tenet.* Si ἡμέρα subjectum est, poeta pro ἢ φέρει negligentius scripsisse videtur ὅτε φέρει, quum in animo haberet ὅτε θανεῖν αὐτῷ ἢ σωθῆναι πέπρωται. Sed subit alia conjectura, φέρει verbum impersonale esse, quicum comprehenditur notio τοῦ φέροντος, id est fati, ut si dicitur τὸ φέρον ἐκ θεοῦ, χρὴ τὸ φέρον σε φέρειν et similia, v. Jacobs. ad Anth. T. X. p. 247. Quomodo igitur Virgilius dixit Aen. II. 34. *Trojae sic fata ferebant,* Sophoclis verba

hisce reddere licebit: *hoc ipso die, quo fatum fert ut in extremum deveniat discrimen.* [*Ἧδ' ἡμέρα θάνατον ἢ βίον φέρει* Wagner. Fragm. Trag. 241.]

Per hanc occasionem de elisione literae iota disserui, quam quum Porsonus ad Hec. 905. Musgravius ad Aj. 497. aliique Tragicis concessissent, ostendere conatus sum, quam facile plerumque declinari possit. Primum Aesch. Pers. 846. *ὑπαντιάζειν παίδ' ἐμῷ πειράσομαι*, lenissima est correctio
παῖδ' ἐμόν, ut Herodo. IV. 121. *οἱ Σκύθαι ὑπηντίαζον τὴν* 351
Δαρείου στρατιήν, parique ratione Plutarch. V. Pomp. c. LXXI. Philo de Somn. L. II. p. 1124. E. p. 138. ed. Pfeiff. Joseph. de Bell. Jud. IV. 1, 268. hoc verbum construxerunt, et *ἀπαντᾶν* Plutarch. V. Lucull. T. I. 501. Menand. Eclog. Legg. p. 88. ubi praeter causam dativum substituunt, quem Schweighaeuserus Appian. Civ. V. 45. *ἄσπονδόν σε κατιόντα ἀπήντησα τῶν ἐρυμάτων ἔτι ἐκτὸς ὄντα*, quater deinceps scribere ausus est; *ἀντιᾶν* et *ἀντιάζειν* praeter Herodotum Apollonius Arg. I. 971. Lucianus Epigr. XXV. 4. T. II. p. 213. (Pal. XI. n. 274.) cum quarto conjungunt casu; *συναντῶσιν ἀγόμενον Σόραιχον* Jamblich. ap. Phot. Cod. XCIV. 134. quem locum Hoeschelius interpolavit supposito dativo; Lesbonax autem p. 182. *συνήντησέ με* ad Asianum schema refert et similiter Homerum *τοῦτον ἔῤῥιγ' ἀντιβολῆσαι* dixisse Il. VII. 113. ubi nunc *τούτῳ* legitur. Simplex est Eur. Iph. A. 150. *ἤν γάρ νιν πομπαῖς ἀντήσῃς*. Pindari locum Pyth. V. 59. *ἑκόντι πρέπει νόῳ τὸν εὐεργέτην ὑπαντιάσαι* affert Moschopulus ad Il. I. p. 14. ac prudenter admonet *καὶ πολλὰ ἕτερα ἑτέρως συνταττόμενα, εἰ ἐφ' ἕτερα μεταλαμβανόμενα* (scr. *εἰ ἐφ' ἕτερα σημαινόμενα μεταλαμβάνεται*) *συμβαίνει τὴν ἐφ' ἃ μεταλαμβάνεται ἀναδέχεσθαι σύνταξιν*, sed in superioribus exemplis plerisque obtinet verbi propria ac nativa significatio. — Alter est Aeschyli locus Suppl. v. 6. *φεύγομεν οὔτιν' ἐφ' αἵματι δημηλασίᾳ ψήφῳ πόλεως γνωσθεῖσαι*, in quo *δημηλασίαν* substitui conjecturam sequens, quippe ignotis tum codicum lectionibus praeter quas Schuetzii editio prima suppeditabat. Notavi praeterea simplex *γνωσθεῖσαι* insolentius pro *καταγνωσθεῖσαι* positum, refellique Reiskii errorem, qui Liban. Decl. T. IV. p. 717. *καταγνωσθεὶς ἀτιμίαν* et Himer. Ecl. V. 36. p. 158. *προδοσίαν καταγνωσθείς* mendosa putavit, allatis aliis hujus constructionis exemplis, *δειλίαν καταγνωσθῆναι* Dionys. Antt. XI. 22. *ἀχρηστίαν* Aristid. T. I. 514. quo testimonio utitur Grammaticus Etym. Gudiano adjunctus p. 647, 20. *ἑτεροδοξίαν* Euseb. H. Eccl. VII. 29, 359. *φυγήν* Diog. La. II. 51. neque aliter verba synonyma *κατακριθῆναι δήμευσιν καὶ ὑπερ-* 352

ορίαν Anna Comn. VIII. 236. B. *σταυρόν* XIV. 431. B. *φυγήν* Anonymus Suidae s. *Ἱεροκλῆς, θάνατον* Aelian. V. H. in Epigraphe V. 6. Argum. in Dem. c. Apat. p. 891. Georgius Progymn. II. 594. T. I. ed. Walz. *ταύτην τὴν τιμωρίαν* Zenob. Cent. II. 6. p. 28. et *καταδικασθῆναι φυγήν* Appian. II. 3. p. 31. *τὴν ἐπὶ θανάτῳ* Artemid. IV. 60, 238. Anonymus Suidae s. *Νικόλαος*, cf. Siebelis ad Paus. VI. 3. p. 12. postremo *ἀττικισμὸν ἐγκληθείς* Dionys. de Lys. I. 453. Sed et dativus verbis condemnandi additur; vel solus, *θανάτῳ κατακεκριμένος* Eur. Andr. 497. *καταγνωσθεὶς θανάτῳ* vel *φυγῇ* Diod. I. 77. XIII. 101. Aelian. V. H. XII. 49. vel cum praepositione *ἐπί* Artemid. I. 8. etc. rarius infinitivus *ἀποθανεῖν καταγνωσθείς* Paus. IV. 24, 2. — Tertium exemplum Agam. 1243.

Τί νιν καλοῦσα δυςφιλὲς δάκος
τύχοιμ' ἄν, ἀμφίςβαιναν ἢ Σκύλλαν τινὰ,
θύουσαν ᾅδου μητέρ', ἄσπονδόν τ' ἀρὰν
φίλοις πνέουσαν —

memoravi propter eos, qui *μητέρ'* dativum esse crediderunt, Orci matrem nescio quam perridicule commenti; Clytaemnestra *ᾅδου μήτηρ* dicitur pro *αἰνομήτωρ* (ut *αἰνοπατήρ*) vel *κακομήτωρ*, ut *ᾅδου βάκχαι, ᾅδου μέλος* Eur. El. 143. *ᾅδου γόοι* Arist. Thesm. 1041. *ᾅδου νόμοι* in Soph. Fr. Inc. LXX. 690. N. 407. Dind. *Σειρῆνας εἰςαφικόμην Φόρκου κόρας ἀθροῦντος τοὺς ᾅδου νόμους*, ubi *θροοῦντε* correxi; *δύο γὰρ αὐτὰς* (Sirenes) *ἐμφαίνει ὁ ποιητής· καὶ συνέδραμόν τινες* Eustath. p. 1709, 44. [cf. Meinek. ad Euph. p. 123.] In postremo autem Aeschyli versu pro *ἄσπονδόν τ' ἀρὰν φίλοις πνέουσαν* corrigi debet *Ἄρην*, nam *ἄσπονδος ἀρά* nemo dixit dictuque absurdum est; *ἄσπονδος* sive *ἄσπειστος ἔχθρα, μάχη, πόλεμος*, permulti v. Abresch. Dilucidd. L. V. 555. Atticista in Villoisoni Anecd. p. 84. *ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἄγριος καὶ ἀνή-*
353 *μερος Ἄρην πνέει λέγουσι*, quo Aeschylus ipse utitur Agam. 385.[1]) Ad ultimum pro *δόρ' ἀνημέρῳ θανών* Suppl. 1000. Porsonus e vestigiis codd. sagaciter *δορικανεῖ μόρῳ θανών* eruit. — Sophoclis loci duo in disceptationem veniunt; unus Oed. C. 1435.

Σφῷν δ' εὐοδοίη Ζεὺς, τάδ' εἰ τελεῖτέ μοι
θανόντ', ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἕξετον.

quem verborum trajectione regulae accommodari posse dixi; Hermannus et Elmslejus *θανόντ'* accusativum esse putant dativo junctum; neque tamen e Tragicis hujus asyntaxiae ex-

---

[1]) Clausenii quaestio, *quinam sunt illi amici, quibus Scylla bellum inflet,* ineptior est, quam cui responderi debeat.

emplum affertur praeter illa, in quibus phrasis est pro verbo: *πέπαλταί μοι κέαρ κλύουσαν, ὕπεστί μοι θράσος κλύουσαν, λέλυται ἐμοὶ ῥώμη ἐςιδόντα*, et contraria enallage *ἔλεός μ' ἐςῆλθεν ἐννοουμένῳ* cf. Meinek. ad Menandr. 384. quae quum omnia eodem redeant, *subit me timor, miseratio, desiderium*, ad comparandum minus idonea sunt. Sed desideramus ejusmodi exempla *ὀργίζομαι σοι πολυπραγμονοῦντα.* [His similis librorum nonnullorum scriptura Eur. Bacch. 1018. *θηραγρέτᾳ πεσόντα*, quam Hermannus tuetur.] Plus difficultatis habet alter Trach. 674.

ᾧ γὰρ τὸν ἐνδυτῆρα πέπλον ἀρτίως
ἔχριον ἀργῆτ' οἰὸς εὐείρῳ πόκῳ,
τοῦτ' ἠφάνισται·

ubi quum Valckenarius scripsisset *οἰὸς εὐείρου*, in transitu monui, Atticis *εὔερος* tribui a Schol. Avv. 121. Erfurdtii autem conjecturam *πόκον* emendantis, hoc incommodum habere dixi, quod accusativus *πόκον* non facile alio quam ad proximum *πέπλον* referri posset, quo facto Deianira diceret, quod nihil ad rem pertinet et sponte intelligitur, vestem Herculi missam fuisse laneam, non diceret autem, quod omnium scire intererat, qualis penicillus fuerit, quo illa in imbuenda veste usa erat; quam ob causam dativum quidem ad intellectum commodissimum esse dixi, sed ferri tamen posse nominativum relativo postpositum *ἀργὴς οἰὸς εὐέρου πόκος, ᾧ πέπλον ἔχριον*, cujus enunciati partes quum trajectae essent, poetam pro *ὅδ' ἠφάνισται* subdidisse *τοῦτ' ἠφάνισται*, perinde ac si pronomen *ᾧ* generis esset neutrius [1]). Quae autem 354
subjeci attractionis exempla, ea ad explanationem vulgaris scripturae spectant: Liban. Decl. T. I. 293. *ὃν γὰρ μέγιστον ᾄδουσι Πέρσαι, τὸν ἥλιον, οὗτος* —. Soph. El. 160. *ζώει* — *ὃν γᾶ ποτὲ Μυκηναίων δέξεται, Ὀρέσταν*, quem locum perperam sollicitare Brunckium. Dio Chr. XXXVII. 106. *ἐπέτρεψαν θεῷ πρεσβυτέρῳ, οὗ πλεῖσται κεφαλαὶ, τοῦ Βριάρεως.* Paus. III. 14, 3. *γεγραμμέναι εἰσὶν, ἃς ἀνείλετο νίκας ἄλλας τε καὶ Ὀλυμπίασι.* Appian. Civ. IV. 90. *ἐν τῇ ἀρετῇ ὑμῶν, οὓς ὁρᾶτε τοσούςδε ἄνδρας.* Philostr. Iconn. II. 9, 874. *τοιούτοις ἀκροθινίοις φρονῶν, ἃ δὴ καὶ ὁρᾷς, κεφαλὰς ταύτας.* Et ante omnes Homerus Il. IX. 130. *μετὰ δ' ἔσσεται, ἣν τότ' ἀπηύρων κούρην Βρισῆος.* Quint. Cal. III. 99. *λησάμενοι κείνοιο, τὸν ἀθάνατοι γάμον αὐτοὶ ἀντιθέῳ Πηλῆϊ συνάρσαμεν.* Eur. Herc. 1164. *ἥκω σὺν ἄλλοις οἳ παρ' Ἀσωποῦ ῥοαῖς μένουσ' ἔνοπλοι.* Hinc autem patere Brunckium

[1]) Neuii ratio *πέπλον ἀργῆτα* conjungentis displicet ob epitheti collocationem.

in Arist. Rann. 889. *ἕτεροι γάρ εἰσιν οἶσιν εὔχομαι θεοῖς*, sine idonea ratione praetulisse unius cod. lectionem *θεοί*. Addidi in Androm. 1115. *ὧν Κλυταιμνήστρας τόκος εἷς ἦν ἁπάντων τῶνδε μηχανοῤῥάφος*, ab eodem et Musgravio male interpungi post *ἦν*, postremo substantivum relativo assimilatum huic antecedere Soph. El. 652. *φίλοις ξυνοῦσαν οἷς ξύνειμι νῦν καὶ τέκνων ὅσων ἐμοὶ δύςνοια μὴ πρόςεστι*. Haec quidem de Sophocle. Euripidis fabulae unicum hujus elisionis exemplum praebent Alc. 1121. *καὶ μὴν προτείνω* (sc. *χεῖρα*) *Γοργόν' ὡς καρατόμῳ*, nisi ille *καρατομῶν* scripsit, *ὡς ἄν τις καρατομῶν Γοργόνα*, id est, capite averso, ut de Perseo narrat Apollodorus II. 4, 2. *ἀπεστραμμένος — ἐκαρατόμησεν αὐτήν*. Nam quod in Aeol. Fragm. VI. 416. legitur *ἃ μὴ γάρ ἐστι τῷ πένηθ', ὁ πλούσιος δίδωσι*, quis praestet, illum, qui hanc sententiam excerpsit, poetae manum ita religiose reddidisse, ut nihil aut mutaret aut demeret? Nec de Philemonis versu Fr. 310, 4. *πρόςεστι τῷ πένητ' ἀπιστία*
355 quidquam pronunciari potest (v. Meinek. p. 40.). In Aristophanis fabulis iota dativi nunquam eliditur; nam quod Brunckius edidit Plut. 689. *τὸ γρᾴδιον τῇ χείρ' ὑφῄρει*, non legitur in codd. sed *τὴν χεῖρ'*. Nec ferendi sunt dativi pluralis numeri *πᾶσ'*, *ἀνδράσ'*, *ὄρνισ'*, quos Valckenarius Diatr. p. 166. Musgravius ad Ion. 1097. Marcklandus ad Iph. A. 14. et 1224. Euripidi tribuerunt. Haec postquam in Ed. Pr. edisserui, in hunc modum peroravi: „jam de elisione ista ut „explorata sint omnia etsi mihi haud plane perfecisse videor, „loci tamen, qui ad causae contestationem pertinent, ita sub „unum conspectum omnes collocati sunt, ut eos studiosi, si „qui cognoscere velint, in promtu habeant.“ Ergo nihil decrevi, nihil asseveravi, ut quibusdam visus sum, sed elisionis exempla et pauca esse ostendi et cum propter paucitatem suam tum propter emendandi facilitatem suspiciosa. Neque nunc mirari destiti, cur dativi *χειρί*, *ποδί*, *δορί*, *παιδί*, *ἀνδρί*, quorum frequentissimus usus, non saepius ita positi inveniantur, ut iota aut elidi necesse sit aut cum insequenti vocali continuari ea ratione, qua veteres Grammatici *ἀστέρι ὀπωρίνῳ*, Hermannus *παιδὶ ἐμῷ* et similia pronunciata esse statuunt.

V. 803. *Οἳ 'γώ, φίλοι, πρόστητ' ἀναγκαίας τύχης*. La. *ΓΔ*. *οἳ ἐγώ*, ut Brunckius, *Θ*. *οἷ ἐγώ*, Lb. *τύχας*, supra scripta litera *η*. Totum versum affert Suidas s. *Πρόστητε*, cum scholio *ἐπίκουροι γένεσθε τῆς κατεπειγούσης συντυχίας*, quo constructio non expeditur; neque enim, si recte *ἐπίκουρος τῶν πολεμίων* dicitur, eodem modo verbum simplex *ἐπικουρεῖν* construi potest. Sed *πρόστητε* hoc loco pro obsistite

positum videtur ut Quint. I. 518. *ἀντέστησαν ἀταρτηροῦ πολέμου*, et vicissim *προὔστη* v. 1133. pro *ἀντέστη*. qua ratione Aeschylum Prom. 354. *πᾶσιν ὃς προὔστη θεοῖς* scripsisse suspicabar; sed praestat Dindorfii conjectura *ἀνέστη*. *Ἀναγκαία τύχη* Eustathius non ex hoc loco profert sed ex v. 485.

V. 805. *Οἱ δ' ἀντηλίους*. Ita Suidas, qui s. *Ἀγκών* hunc et seq. versum affert, et codd. plerique; Bar. A. et nonnulli alii cum Ald. *ἀνθηλίους*. Illud in Aesch. Ag. 528. codd. omnes exhibent et ex Euripide (Meleag. Fr. XXI.) 356
affert suo loco Hesychius, nuperque Hermannus e Vict. reposuit Ion. 1550. Accedit huc *ἀπηλιαστής* Aristoph. Avv. 110. et quod Schol. Mosq. in Matthaei Opusc. Med. p. 361. affert, *Θεόφραστος τὰ τετραμμένα πρὸς ἥλιον ἐπήλια καὶ προςήλια καλεῖ*, quorum tamen neutrum in Theophrasti libris reperi. Ceteri variant; apud Arrianum Alex. V. 6, 1. *ἀπηλιώτης* legitur, mox §. 4. *ἀφηλιώτης*, ut in cod. Aristot. de Mund. IV. 394, 23. frustraque apud Plut. Virt. Mul. p. 275. pro *ὄρος ἀντήλιον* corrigitur *ἀνθήλιον*, qua forma est *τὰ ἀνθήλια* ap. Hesych. s. *Παρώπια* et Poll. X. 54., *ἀνθήλιοι* et *παρήλιοι* Galen. de Hipp. et Plat. VII. 7, 222. quae Latini *parelia* vocant omissa interadspiratione, ut et apud Tertullianum *antelii daemones*. Sed Atticos *ἀπηλιώτης* dixisse et *ἀντήλιος* distincte tradit Phrynichus App. p. 16. quibus alius quis p. 425. addit *ἐπηλίς* (perperam *ἄπηλις* ap. Suid. s. *Ἀπηλιώτης*). Neque Tzetzae auscultandum, qui ad Hes. Opp. v. 156. et ad Lyc. 850. haec ionica esse narrat, *Λεύχιππος* autem et *ἀπηλιώτης* attica. *Ἀλκίππη* et *Νικίππη* celebria sunt in historia fabulari nomina; *Ἀνθίππη* Apollod. II. 7, 8. Parthen. c. XXXIII. *Ἄνθιππος* Lacedaemonius Thucyd. V. 19. ubi nunc e codd. compluribus editum est *Ἄντιππος*. *Νίκιππος* nescio quis Demosth. c. Polycl. 1212, 3. *Κράτιππος* historiarum scriptor, *Δέρκιππος* Menand. Fragm. p. 199. *λεύκιππος* sive proprium est sive epitheton, hoc uno modo scribitur, ut et *Γλαύκιππος*, hominis attici nomen apud Lysian et Andocidem; *Ἱππαίμων* Thessalus quidam memoratur Anth. Pal. VII. n. 304. *Ἱππαρμόδωρος* Plataeensis Lys. Or. XXIII. 167, 5. *ἱππαρμοστής* Xenoph. Hell. IV. 4, 10. cujus formam magis vernaculam asservavit Hesychius *Ἴπφαρμος ἀρχή τις·* sed emollita est ab alienigenis, sicuti Pindarus *πεμπτάμερος* maluit dicere et *χαλκάρματος* Pyth. IV. 155. quam id quod ratio poscebat *καλχάρματος*. Ejusdem poetae est *ἐπάμερος*, cui simillimum *κακήμερος* protuli ad Phryn. p. 677.[1]) sed

---

[1]) Pro *κακομιλία* nequaquam, ut Passovius dicit, *κακοομιλία* proposui, sed *καχομιλία*, quod legitur apud Philodemum IV. 43. ed. Goettling.

357 dubitanter propter creberrimam literarum $\bar{\varkappa}$ et $\bar{\chi}$ confusionem;
neque certiora sunt, quae Hesychius suppeditat, *μελιτήμερον
ἡδύ*, et *λιπήμερος τῷ προςήκοντι χρόνῳ μὴ γεννώμενος*, quo-
rum prius Hemsterhusius mendose pro *μελιτηρόν* scriptum
esse persuadet, alterum ex *ἀλιτήμερον* natum videtur. Cum
superioribus *ἀντήλιος*, *ἔπηλις* et *λεύκιππος* Eustathius p.
1562, 23. contendit homericum *αὐτόδιον*, quod Passovius
nescio quomodo addubitat an compositum non sit; idem p.
1745, 60. memorat *κόλπαβρος* incertum unde acceptum. His
accedunt *ὕπαμμος* Athen. II. 62. C. et Theophrast. H. Pl.
I. 16, 13. cujus in hoc ipso capite et multis aliis locis *ὕφαμ-
μος* scribitur; *ἐπέσπον*, quod Aeschylus Pers. 550. ab Ho-
mero mutuatus est, et hoc suspectius v. 600. *στρατὸν εὖ
ἐποδώκει*, quo spectare videtur Suidae glossa quae post *Ἐφ᾽
ᾧ* legitur *Ἐφωδόκει* (sic) *ἐποδήγει δέ*, ubi Kuesterus tacite
ἐφωδήγει edidit; tum *κροκύφαντος*, pro quo Attici *κεκρύφα-
λος* dicere maluerunt v. Etym. s. h. v. et quae Schaeferus
adjungit ad Anth. Pal. p. 581. *λευκηπατίας* et *φοινικείμων*,
illud e Suida et Anecdd. hoc a Porsono in quodam Epi-
charmi versu repositum. Neque praetermittam neotericum
σαρκομοιόμορφος, cujus auctores Du Cangius producit, et
κατωραΐζεται, *σεμνύνεται*, quod Hesychius fortasse ex ionico
scriptore depromsit. Restat verbum *καταῦσαι*, de quo Eu-
stathius p. 1547, 60. *λέγει Ἀλκμὰν* (Fragm. CXX.) *τὰν Μῶ-
σαν καταύσεις ἀντὶ τοῦ ἀφανίσεις· εἰ δὲ τὸ μὲν αὖσαι δασύ-
νεται, φασὶ, τὸ δὲ καταῦσαι ψιλῶς προφέρεται, πολλὰ καὶ
οὕτως ἐκφέρουσιν οἱ Ἀττικοί.* Hesychius *Καταῦσαι*, *καταν-
λῆσαι*, *καταδῦσαι.* et *Καταύστης*, *καταδύστης*, sed paullo ante
Καθαῦσαι, *ἀφανίσαι*, cui verbo Aristophanes Nubb. 970. (*τὰς
Μούσας ἀφανίζων*) eandem potestatem attribuit, quam Alc-
man priori. Sed pro *κατανλῆσαι* haud dubie scribendum,
quod apud Photium legitur, *καταντλῆσαι*, eo intellectu, quo
Pindarus dixit *ἐν ἄντλῳ τιθέναι* Pyth. VIII. 14. hoc est, ut
Scholiastes exponit, *ἀφανίζειν καὶ ἀμαυροῦν.* Atque ad hanc
significationem cetera quoque verba mergendi transferri so-
lent. Liban. Decl. T. II. p. 576. *τοῦ παρόντος καιροῦ κατη-*
358 *γοροῦσιν ὡς τὰς βουλὰς καταδύσαντος αὐτοὶ καταδύσαντες
καὶ καταποντίσαντες καὶ κεκωλυκότες αὐτὰ ἀναβιῶναι.* Idem
p. 246. *προςκατεπόντισε τὴν βουλὴν ἄνθρωπος οὗτος.* Pau-
san. VIII. 5, 2. *τούτους φαίη τις ἂν καταποντιστὰς εἶναι τῆς
Ἑλλάδος.* Quumque apud posteriores scriptores *ποντίζειν* et
καταποντίζειν vitiare atque incestare significet et in eandem
sententiam etiam verba *ἀφανίζειν* et *μολύνειν* traducantur,
quorum illud explanat Locella ad Xenoph. p. 38. hoc appa-
ret e Glossis graecobarbaris Du Cangii T. I. p. 1202. *μο-*

λυσμός, μιασμός, πόντισμα, hinc non solum illud intelligitur, cur Aristophaneo verbo *τὰς Μούσας ἀφανίζειν* Aristides substituerit *τὰ τῶν Μουσῶν ὄργια χραίνειν* T. II. 414. sed apparet etiam quomodo idem verbum *καταῦσαι* modo pro *καταδῦσαι* modo pro *ἀφανίσαι* dici potuerit. Verbi simplicis *αὔω* nullum hodie vestigium extat, sed compositi *ἐξαῦσαι τὸ ἐξελεῖν* Poll. VI. 88. unde Etym. M. p. 346, 58. nomen *ἐξαυστήρ* ducit, quod convenit latino nomini *exemplum*, ut creagra dicta est ab eximendo, idemque instrumentum *αὐστήρ* et, si Valckenarii conjectura probatur Animm. ad Ammon. p. 35. *αὔστρα* vocatum est, laconice *ἐξαιρέταρ*. Ex quo colligi licet, *αὔειν* illud, quo de agimus, idem valere quod *αἴρειν*, verumque esse quod in Soph. Ant. 615. plerique libri exhibent *πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προςαύσῃ*, id est *προςάρῃ*, ut in glossa exponitur, sive *προςαρμόσῃ*. Postremo, quemadmodum *βαπτίσαι* pro pessum dare dicitur v. Wessel. ad Diod. I. c. 73. et similiter latinum *mergere* v. Wernsdorf. ad Petron. v. 58. T. III. ita Hesychius interpretandis verbis *ἀλιφθερῶσαι* et *ἀλιβδῦσαι* unum idemque *ἀφανίσαι* adhibet, et ut Sophron dixit Fragm. XLV. *ὁ τόκος νιν ἀλιφθερώκει* sive *ἀλιφθορήκει* sic toculliones *ἀφανισταί* vocantur Plutarch. de Vit. aer. al. IV. 210. T. XII. et debitores *βεβαπτισμένοι* V. Galb. c. XXI. Ad ultimum, quod Alcaeus comicus Athen. X. 424. D. de vini temperatoribus usurpavit *κεραννύουσιν ἀφανίζουσί τε*, comparare placet cum vetere oraculo, de quo in Aglaoph. p. 1087. exposui: *ἐν δὲ πότῳ Διόνυσον ἀλιβδύοιτε θαλάσσῃ*, id est *κεράννυτε*. Hic *πότῳ* scripsi pro *τόπῳ*, quorum vocabulorum creberrima est inter se permutatio v. 359
Plutarch. V. Themist. c. III. Diod. V. 40. Aeschin. Fals. Leg. 330, 47. *τὸ γὰρ ἀπόνιμμα ἄτοπον καὶ ἄχρηστον* Artem. IV. 41, 353. perverse scriptum pro *ἄποτον*.

V. 806. *Τἀνδρὸς ἔξοδον κακήν*. Codd. *ΓΔΘ*. Aug. AB. Mosq. AB. Lipss. AB. Jen. et utraque Juntina *ἀνδρός*.

V. 807. *Φωτὸς ἠπατημένη* significare videtur *τῆς γνώμης αὐτοῦ ἁμαρτοῦσα* vel *αὐτοῦ ἐκείνου ἀποσφαλεῖσα*, non, quod Scholiastes opinatur, *ὑπ' αὐτοῦ*. Nec Sophocles unquam scripsit *κρυφθεὶς ἀπληγίδος*, ut Bernhardy refert Synt. p. 140. sed *τρύχει κρυφθεὶς ἀπληγ*. ut clare legitur Fragm. N. 843.

V. 810. *Ὅποιπερ ἂν σθένω*. Jen. *ὅπῃ περ*. Sequentia verba *χωρῶμεν ἐγκονῶμεν* affert Eustathius p. 1306, 32. *Σπεύδωμεν, ἐγκονῶμεν* Eur. Hec. 507. et Themist. Or. V. 71. Proxima *οὐχ ἕδρας ἀκμή* afferuntur ab Eustath. p. 1295, 57. et Anecd. Bachm. p. 356. T. II.

V. 812. *Σώζειν θέλοντες ἄνδρα γ' ὃς σπεύδει θανεῖν*,

Dresd. B. *ϑέλοντος*, *Δ*. La. Aug. C. *ἄνδρα γ᾽ ὃς ἂν σπεύδῃ.* Ex utroque Hermannus cogit poetam scripsisse *ϑέλοντας ἄνδρα γ᾽ ὃς σπεύδῃ* — accusativum *ϑέλοντας* suspendens a verbis, quae vulgo *παρενϑετικῶς* scribuntur, *οὐχ ἕδρας ἀκμή*, sive potius ab hoc, quod significatur, *οὐχ ἱδρυτέον ἐστί,* sic ut oratio in sententiam universalem desinat: *Non est desidiae tempus*, *si quis servare vult virum mortis appetentem.* Dindorfius pro *ἄνδρα γ᾽* edidit *ἀνέρ᾽* — Ego nihil causor.

V. 813. *Χωρεῖν ἕτοιμος*. Cod. *Γ. γ᾽ ἕτοιμος*. Ad parepigraphen, qua discessum chori denotavi, pertinet scita Scholiastae admonitio; *μετάκειται ἡ σκηνὴ ἐπὶ ἐρήμου τινὸς χωρίου — Ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῖς παλαιοῖς σπάνια· εἰώϑασι γὰρ τὰ πεπραγμένα δι᾽ ἀγγέλων ἀπαγγέλλειν. Τί οὖν τὸ αἴτιον; φϑάνει Αἰσχύλος ἐν Θρῄσσαις τὴν ἀναίρεσιν Αἴαντος δι᾽ ἀγγέλου ἀπαγγείλας. Ἴσως οὖν καινοτομεῖν βουλόμενος ὑπ᾽ ὄψιν ἔϑηκε τὸ δρώμενον ἢ μᾶλλον ἐκπλῆξαι βουλόμενος· εἰκῇ γὰρ κατηγορεῖν ἀνδρὸς παλαιοῦ οὐχ ὅσιον.*
360 Brunckio vero hoc *vitium oeconomiae* videtur, *quod vitari nulla ratione potuit*, *si quidem Ajax coram spectatoribus mortem sibi consciscere debebat; in ceteris omnibus Tragici nostri fabulis chorus nunquam a scena abscedit nisi absoluta actione.* At in Eumenidibus, in Alcestide et Helena chorus digreditur vel scenae mutandae causa vel ob aliud, idque a vetere consuetudine minime abhorrere declarat periactarum usus et quod graecus interpres ait, rarum fuisse *παρὰ τοῖς παλαιοῖς*. Hi plerumque quidem *ἐξαγγέλων* ministerio usi sunt auctore Aeschylo, qui *τὸ ὑπὸ σκηνῆς ἀποϑνήσκειν ἐπενόησεν*, *ὡς μὴ ἐν φανερῷ σφάττοι* Philostr. V. Ap. VI. 11, 244. quod evitarunt partim ut foedum adspectu partim ut difficile ad imitandum. *Ne pueros populo coram Medea trucidet*, ipsa ratio et humanitas exigit. Sed ne tamen graecos nimis delicatos fuisse credamus, Euripidis admonemur exemplo, qui abscissum a matre Penthei caput spectatoribus ostendere non est veritus. Sophocles autem mediam quandam viam ingressus scenam ita instruxit, ut spectatores Ajacem viderent quidem gladio incumbentem sed e longinquo et quasi per transennam, quippe silvulae contectum margine. Eoque fit ut hemichoria per *εἰςόδους* ingressa mortuum non adspiciant, Tecmessa autem quae ex interiore scena procedens in spectaculum tristissimum incidit, eum tanquam in propinquo situm choro demonstret v. 888. *Αἴας ὅδ᾽ ἡμῖν κεῖται* etc. *Νάπος* vocat v. 893. locum unde conspecta caede progreditur, ut Cicero ad Herenn. I. 11. *Ajax in silva postquam rescivit quae per insaniam fecisset*, *gladio occubuit.* Sed quo facilius fallerentur spectatorum oculi, Sophocles, ut videtur, dolonis scenici

fraudem adjunxit, quo histriones *πρὸς τὰς κιβδήλους σφαγάς* uti tradit Achilles Tatius III. 20, 77. repertum in choragio histrionico gladium describens *οὗ ὁ σίδηρος εἰς τὴν κώπην ἀνατρέχει.* Atque hoc mortis mimicae, ut dicitur Petron. c. XCIV., instrumento histriones, qui Ajacem agerent, esse usos apparet ex Hesychio *Συσπαστὸν τῶν Τραγικῶν τι ἐγχειρίδιον ἐκαλεῖτο, ὡς Πολέμων φησὶ, τὸ συντρέχον ἐν Αἴαντος ὑποκρίσει*, ejusque duo alia nomina tradit, unum *Ἀνδρομητὸν συσπαστὸν ἐγχειρίδιον παρὰ Τραγικοῖς*, id est quod Achilles dicit *ἀνατρέχον*, alterum minus expeditum *Ἄηκτον* 361 *συσπαστὸν ἐγχειρίδιον παρὰ Ταρεντίνοις.* Eundem ad usum comparatum fuisse cludinem mimorum, Lipsii opinio est Elect. I. 18. et Carpzovii Parad. Arist. I. 7. p. 121. idemque clunaculum dici putant, quo potius *παραμήριον* significari videtur v. Spanhem. ad Julian. Or. I. 252. Oudendorp. ad Apul. Apol. p. 560. Ed. Pr. Ad Polemonis testimonium gravissimum accedit quod Schol. ad v. 864. perhibet Timotheum histrionem *σφαγέα* cognominatum esse, quod Ajacem agens speciem occidentis pulcerrime assimularet. Viderit ergo Fr. Thierschius, quo iure in Gramm. Gr. §. 284. n. 12. eos, qui *scenam mutatam, gladium ab Ajace ante spectatorum oculos terrae infixum* crediderunt, scenae graeciensis morem penitus ignorasse affirmet. Taceo de gladio, quod nescio an nemini in cogitationem venerit. Si vero scena mutata non est, permirum videtur, quod Ajax, qui moriendi causa a suis discesserat, in eum regreditur locum, ubi nisi nuntius intervenisset ipsi ignotus, uxorem, filium omnesque familiares fuisset inventurus. Neque Eurysaces v. 983. dici potuit *μόνος παρὰ σκηναῖσι*, si chorus, qui hoc dicit, ipse omnesque qui adsunt, apud tentoria versantur, ubi antea fuerant. — Praeterea hic olim de voce *κνώδων* disserui, quae commodius ad v. 1025. tractabuntur, et vocabula aliquot mendose descripta indicavi; ap. Hesych. *Ὀρρωδεῖ, μαίνεται* pro *δειμαίνεται*, cujus verbi activo usus est Aeschylus. In Orphei H. in Bacchum LI. 10. *οὐρεσιφοῖτα, ἔρως, νεβριδόστολε* pro *κεράστα, νεβρόστολε*, nam *νεβρός* pro *νεβρίς* dici potuit, ut *λέων* et *ἀλώπηξ* pro pelle; ac verbo *νεβροστολίζειν* utitur Poeta de Herb. v. 80. In H. V. *πρωτόγονον καλέω — ὅς τε πολύμνηστον* correxi *φῶς τό* — simulque notavi editorum errorem, quo versibus Orphicis immixta sunt oracula Chaldaea. Tum H. LII. 52. *πυρισπόρε Νύσιε, λισσεῦ* reponebam *κισσεῦ* consuetum Liberi Patris epitheton; *κισσεῦ Διόνυσε* Aristid. T. I. p. 330. [*λυσεῦ* aut aliud substantivum in *ευς* a futuro ductum vereor ut reperiri possit in magno hujusmodi vocabulorum numero]. In Tzetzae Hom. 277. *Οὐρανὸν — Ἔκμονος ἀκαμάτοιο γόνον*,

362 corrig. *Ἀκμόνος*, ex Hesychio *Ἄκμων, οὐρανός* et Eudoc. p. 26. (adde Alcman. Fragm. CXIX.) Postremo contra Valckenarium, qui in Diatr. Eur. p. 161. Etymologi M. testimonium *Ἀλκαῖος Ζεφύρου καὶ Ἴριδος τὸν Ἔρωτα* tum demum verum esse credidit si *Ἔριδος* scriberetur, ostendi Amorem Zephyri et Iridis filium perhiberi a Plutarcho Amat. T. II. 765. E. Nonno XXXI. 110. et Eustathio p. 391. (v. Fragm. Alcaei p. 26.)

V. 815. *Ὁ μὲν σφαγεὺς ἕστηκεν ᾗ τομώτατος* — Pollux VI. 192. *σφαγεὺς παρὰ Σοφοκλεῖ καὶ τὸ ξίφος.* Vulgo homicidam significat Dem. de Synt. p. 175, 27. Andocid. de Myst. p. 11, 1. Philo de Leg. ad Caj. 1005. A. Philostr. V. Ap. VII. 14, 293. Liban. Decl. T. IV. 923. sed ad istum modum *βουπόροι σφαγεῖς* Eur. Andr. 1133. Positivi *τομός*, quem Buttmannus Gramm. T. I. 279. apud antiquiores reperiri negat, Suidas satis locupletem auctorem profert: *Τομὸν τὸ τμητικὸν ὀξυτόνως· οὕτως Πλάτων* (Tim. p. 61. E.). Demostheni p. 774. pro *τομόν* nuper e codd. redditum est *ἰταμόν*, sed tuto residet apud Plutarch. Symp. VIII. Quaest. IX. 9. p. 389. nec spernitur a Polluce II. 101. quanquam idem *τμητικόν* dicitur. Nec, quia *ἑλκτικόν* in usu est, idcirco repudiatur *ὁλκός* v. Schneider. ad Plat. Civ. T. II. 276. *τροφόν* Plato vocat Polit. 289. A. quod vulgo *θρεπτικόν* dicitur, *δροπὸν τὸ δρεπτόν* Sophocles Hesych. *τροχὸν μέλος* Pind. Fragm. 646. omissum a Lexicographis, *βορόν* Aretae. de sign. diut. I. 5, 77. Aristot. Physiogn. VI. 810, 18. [Philostr. Imagg. II. 19, 841.] *φορόν* permulti; Photius *Θρεκτός, δρόμος* (sic), Thomas M. *δρόμος καὶ ἐπὶ τοῦ τρέχοντος καὶ ἐπὶ τοῦ τόπου*, quorum illud *δρομικόν* dici solet; *τροπόν, στροφόν, νομόν, θορόν*, haud reperiuntur. Sed illorum gradus extant *ὁλκότερον* Theophr. Caus. Pl. III. 17, 3. Heliod. III. 5, 137. [*ἀοιδότερος* Anthol. Pal. XV. 8.] *βορώτατος* Synes. Prov. 104. C. *τομώτερος* Timon. Athen. X. 445. E. Plutarch. T. II. 734. Aelian. H. Ann. X. 20. Synes. Catast. p. 299. *τομώτατος* Callim. Fragm. LXXVIII. Poll. V. 20. Geopp. V. 23, 5.

V. 817. *Δῶρον μὲν ἀνδρὸς Ἕκτορος ξένων ἐμοὶ μάλιστα μισηθέντος.* Comma post *Ἕκτορος* omittit Ald. et ferendum esse negat Hermannus, quod *ἀνδρός* non ad *Ἕκτορος* perti-
363 neat, sed ad *μισηθέντος*, neque omnino *φώς* et *ἀνήρ* nominibus propriis adjungi nisi ea ratione quae ad El. 45. exposita sit. In Il. II. 701. fuerunt qui *Δάρδανος ἀνήρ* intelligerent *ὀνοματικῶς*, id est *κατὰ κύριον ὄνομα*, quibus opitulatur Eustathius p. 326. 3. *εἰ δέ τι δοκεῖ ἐμπόδιον εἶναι προςκείμενον τὸ ἀνὴρ, οὐδεὶς γὰρ ἄν, φασίν, εἴποι Πρίαμος*

ἀνὴρ, ἐνθυμητέον τὸ φῶθ' Ἡρακλῆα Od. XXI. 26. Hic tamen locus similesque eximuntur commate, ut nunc fit, interposito; idemque convenit Theocr. XIV. 1. *χαίρειν πολλὰ τὸν ἄνδρα Θυώνιχον*, Aesch. Sept. 605. *φῶτα Λασθένους βίαν.* In aliis *ἀνήρ* valet pro infinito *τὶς*, cui additur nomen proprium sic ut *καλούμενος* vel *τοὔνομα* inseri possit. Sic *τριήρης τῆς ἦρχε ἀνὴρ Παναίτιος* Herodo. VIII. 82. *homo Androclus* Gell. V. 14, 13. [*ἄνδρα Βιήνορα* Hom. Il. XI. 92. *ἀνὴρ Ἴναχος* Nonn. III. 260. *τὸ βρέφος Ἑρμώνακτα* Anthol. Pal. IX. 302. *ἀνὴρ Εὐφρόνιος* Suid. s. *Κακοδαίμων.*] cujus syntaxis apparet ex Aelian. H. Ann. VII. 18. *τὸν δεσπότην ἀπέδρα Ἀνδροκλῆς ὄνομα, οἰκέτης τὴν τύχην*, et *Διονύσιος τοὔνομα, ἔμπορος τὸ ἐπιτήδευμα* etc. v. Jacobs. Adn. p. 279. Nec raro patronymica adjunguntur *φῶτ' Ἀσκληπιάδην* Emped. v. 415. *φῶτες Αἰγεῖδαι* Pind. P. V. 100. *ἄνδρες Ὁράτιοι* Dionys. Antiqq. III. c. 16. Sed prorsus abundat nomen Lucret. V. 621. *Democriti quod sancta viri sententia poscit*, neque minus abundare puto in Oed. C. 109. *οἰκτείρατ' ἀνδρὸς Οἰδίπου τόδ' ἄθλιον εἴδωλον*, et in hoc nostro, ubi nomen *ἀνήρ* ne honoris quidem causa additum videri potest, ut in Lucretiano vel si dicitur *Ἄρτεμις θεά.* [*Τὶς τοὔνομα Δράκων, γένος Ἀρκάς* Phot. 190, 245. *Δράκων τοὔνομα* ib. *τοὔνομα Ἡρακλῆς* 247.]

V. 818. *Ἐχθίστου θ' ὁρᾶν.* Jen. et Mosq. B. *δ' ὁρᾶν.* Ceterum de his exitialibus donis loqui videtur Euphorio ap. Etym. M. *Δάνειον* (v. Meinek. p. 153.) *τό ῥά οἱ δάνος ὤπασεν Ἕκτωρ.* In eandem rem scripta sunt tria epigrammata adespota N. CCCLXXXVIII. p. 200. sq. Ed. Pr.

V. 820. *Σιδηροβρῶτι θηγάνῃ νεηκονής.* Jen. *σιδηροβρώτῃ. Σιδηροβρὼς θηγάνη* ex h. l. profert Eustathius p. 1817, 27. totum versum Suidas s. *Θηγάνη* et sequentem s. *Περιστείλας.* Hesychius *Νεηκονὲς, ἠκονισμένον νεωστί.* Ed. Pr.

V. 822. *Εὐνούστατον τῷδ' ἀνδρὶ διὰ τάχους θανεῖν* affert Planudes in Anecd. Bachmanni p. 61. T. II. Triclinius: *οἱ μὲν τὸ εὐνούστατον πρὸς αὐτὸν, τὸν σφαγέα, φασί.* 364
οἱ δὲ στίζουσιν εἰς τὸ ἐγὼ καὶ τὸ ἑξῆς κομματικὸν (scr. *κομματικῶς*) *ἐκφέρουσιν, οὐδέτερον τὸ εὐνούστατον νοοῦντες πρὸς τὸ θανεῖν.* Sine dubio neutrum est, significans *ὅπερ εὐνούστατόν ἐστιν*, ut Eur. Suppl. 1704. *καὶ δὴ παρεῖται σῶμα, σοὶ μὲν οὐ φίλον* cf. Matthiae ad Or. v. 30.

V. 823. *Εὐσκευοῦμεν* — vocabulum semel lectum ex h. l. receperunt Suidas et Zonaras T. I. 922. Ed. Pr.

V. 825. *Οὐ μακρὸν γέρας λαχεῖν.* Sic plerique et meliores codd. probantibus Valckenario ad Phoenn. 444. et Porsono ad Hec. 41. *λαβεῖν* La. pr. Lb. Δ. et Triclinn., *λαχεῖν*

γέρας cod. *Γ.* (adscripto *λαβεῖν*) Jen. Dresd. A. Mosq. B. quod Hermanno ob verborum collocationem displicet.

V. 827. *Τεύκρῳ φέροντα.* Cod. *Γ. φέροντα Τεύκρῳ.* cod. *Δ. βαστάσει.*

V. 830. *Ῥιφθῶ κυσὶν πρόβλητος οἰωνοῖς θ' ἕλωρ.* Affertur hic versus a Lecapeno Gramm. p. 75. nec indiget Wakefieldii emendatione T. I. 165. *πρόβλητον οἰωνοῖς ἕλωρ.*

V. 831. *Τοσαῦτά σ', ὦ Ζεῦ, προςτρέπω καλῶ θ' ἅμα.* Schol. Rom. et Jen. *γράφεται τοιαῦτα.* Suidas s. *Προτρέπω,* codd. omnes et Edd. vett. praeter Schol. Rom. et Turn. *προτρέπω.* Pariter codd. variant Oed. C. 50. *ὧν σε προςτρέπω φράσαι,* sed in *πρόςτρεπε* Eur. Suppl. 1195. consentiunt. *Καλῶ δ' ἅμα* Suid. l. c. *ΓΔΘ.* tres August. totidemque Brunckiani cum Dresd. A. et Ald. Ceteri *θ' ἅμα* quos sequitur Hermannus; illud refertur ad verba *σὺ πρῶτος ὦ Ζεῦ.*

V. 832. *Πομπαῖον Ἑρμῆν - εὖ με κοιμίσαι.* Similem deorum inferorum comprecationem Valerius Max. II. 6, 8. matronae Ceae tribuit, venenum hausturae: ***tum defusis Mercurio libamentis et invocato numine ejus, ut se placide*** (*ἀσφαδάστως*) ***in meliorem sedis infernae deduceret partem, cupido haustu mortiferam traxit potionem.*** Et Dido rogum conscensura apud Silium VII. 140.

Dii longae noctis, quorum jam numina nobis
mors instans majora facit, precor, inquit, adeste
et placidi victos ardore admittite manes.

365 Quemadmodum qui decubituri erant effusis libamentis lenem a Mercurio *ὑπνοδότῃ* et *ὀνειροπομπῷ* placidumque precabantur somnum v. Plutarch. Symp. VII. 9. Athen. I. c. 13. similiter Ajax ei supplicat et ut quietem sibi properet, rogat. — Apud Diogenem VIII. 31. *τὸν Ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν καὶ διὰ τοῦτο πομπαῖον λέγεσθαι καὶ πυλαῖον καὶ χθόνιον,* scribi debet *ἐμπολαῖον,* quod nomen facile ad istud munus *τοῦ ψυχεμπόρου* accommodari potest, *πυλαῖος* sive *πύλαιος* nullo modo. *Ἐμπορευτικὸς καὶ ἐμπολαῖος καὶ κερδῷος* Eustath. Opusc. XXIX. 230, 22. *Ἑρμῆς ἀγοραῖος καὶ ἐμπολαῖος* Aristid. Or. II. p. 14. Ed. Pr.

V. 834. *Πλευρὰν διαῤῥήξαντα* — Pro hoc in Schol. Rom. legitur *ἀναῤῥήξαντα.* Sophoclem in hoc sequutus est Euphorio ap. Schol. Pind. Nem. VII. 39. de Ajace scribens: *πλευρά τε καὶ θώρηκα διήρικεν ἰνίου ἄχρις* (v. Meinek. Fr. XL.) Ex Il. XXIII. 821. Eustathius colligit *ὅτι καθ' Ὅμηρον οὐ τὴν πλευρὰν μόνην τρωτὸς ὁ Αἴας ὡς οἱ μεθ' Ὅμηρον εἶπον, εἴπερ Διομήδης καταθαῤῥεῖ τοῦ αὐχένος* p. 1331, 31. alii *ὑπὸ τὴν κλεῖδα* vulnerari potuisse concedunt v. Tzetz. ad Lyc. 455. et Quintus V. 483. eum praesecto jugulo ex-

spirasse dicit. Eustathius p. 995. et Schol. Ven. Ξ. 402. *τρωτὸς ἦν ὅλον σῶμα, καὶ οὐ μόνον τὰ περὶ μασχάλην κατὰ Αἰσχύλον*, quorum ambiguitas solvitur egregia vetusti interpretis ad h. l. adnotatione; *τὸ ἄλλο σῶμα ἄτρωτος ἦν, κατὰ δὲ τὴν μασχάλην τρωτὸς διὰ τὸ τὸν Ἡρακλέα τῇ λεοντῇ αὐτὸν σκεπάσαντα κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἀσκέπαστον ἐᾶσαι διὰ τὸν γωρυτὸν, ὃν περιέκειτο·* (unde *ὑπωλένιος φαρέτρα* Theocr. Id. XVII. 30.) *φησὶ δὲ περὶ αὐτοῦ Αἰσχύλος ὅτι καὶ τὸ ξίφος ἐκάμπτετο, οὐδαμοῦ ἐνδιδόντος τοῦ χρωτὸς τῇ σφαγῇ, τόξον ὥς τις ἐντείνων (χεροῖν) πρὶν δή τις, φησὶ, παροῦσα δαίμων* (fort. *πρὶν δή τις αὐτῷ συμπαροῦσα δαιμόνων*) *ἔδειξεν αὐτῷ κατὰ ποῖον μέρος δεῖ χρήσασθαι τῇ σφαγῇ. Ὁ δὲ Σοφοκλῆς ἐριθεῦσαι μὲν ὡς πρεσβυτέρῳ μὴ βουληθεὶς, οὐ μὴν παραλιπεῖν αὐτὸ δοκιμάζων, ψιλῶς φησὶ πλευρὰν ἀναῤῥήξαντα, κατὰ τί τὴν πλευρὰν μὴ εἰπών.* In nummo, quem Patinus exhibet in Famm. Rom. p. 304. Ajax gladio in terra 366
defixo incumbit eodem exemplo quo Sophocles eum occubuisse narrat. Ed. Pr.

V. 835. *Καλῶ δ' ἀρωγούς.* Hunc versum et v. 837. Suidas s. *Ἀειπαρθένους* conjuncte affert omisso medio, qui in Membr. deest.

V. 836. *Ἀεὶ δ' ὁρώσας πάντα τὰν βροτοῖς* [1]). Jen. Mosq. B. *ἀεί θ' ὁρώσας*, ut vulgo ante Hermannum scribebatur; illud praebent La. Lb. *ΓΔΘ.* et ceteri codd. alterum tamen retinuit Dindorfius. In *Γ.* pro *τὰν* legitur *τά*, in Aug. B. *τἀμβροτοῖς*, cujus assimilationis exempla in libris impressis praeter sacros [2]) perpauca extant, ut *ἐμμέσῳ* Plat. Symp. 202. E. ubi Bekkerus rejecta codicum auctoritate scripsit *ἐν μέσῳ*, quod Legg. IX. 878. B. Rep. VII. 523. D. et alibi editum est, *τἀμμέσῳ* Demosth. 995, 27. pro quo unus Paris. *τὰν μέσῳ* offert, quae est vulgata scriptura p. 41, 22. p. 85, 14. p. 299, 27. p. 681, 29. *τοὐμμέσῳ* Galen. de Puls. XI. 481. T. VIII. sed centies *τοὺν μέσῳ* de dign. puls. l. 8, 812. de sang. in Art. c. VI. 724. T. IV. de Us. Part. VIII. 1, 612. XVI. 11, 693. etc. *ἀμπέτραις* Aesch. Suppl. 353. *τοὐμπρασιῇ φύλακος* Anth. Plan. N. 86. p. 648. *κόσμον ἐμπλοκίοις* Plutarch. V. Phoc. c. XIV. si id recte accipitur pro *ἐν πλοκίοις*. Multo autem plura hujus conglutinationis vestigia retinent libri scripti: *ἐμ βροτοῖς* Phoenn. 102. *ἐμ πρήξεσι* Maneth. II. 435. *συμφοίτῳ* Aesch. Sept. 646. *τοὐμ-*

---

[1]) [*Ἠελίου φαύουσαν ἐφαπτομένην δὲ σελήνης* Nonn. XLVII. *παρθένε καλλιπάρῃε, κόρη δ' ἐμή* Anthol. Pal. IX. 96.]

[2]) Vid. Sturz. Dial. maced. p. 133. cf. Niclas. ad Geopp. Prooem. p. 2. Valckenar. ad Phoenn. v. 591.

ποσί Alc. 755. Anthol. Pal. VII. n. 172. cf. Dindorf. Praef. Poett. Scenn. p. XXII. et pro *ὀὺν μέσῳ*, ut scriptum est Eur. Heracl. 174. illud ipsum *ὀὺμμέσῳ* Med. 814. et pro *τοὺν μέσῳ* Philostr. Imagg. I. 12, 782. *τοὺμμέσῳ*, quod Dindorfius in Aristid. Or. IV. p. 50. [et XLV. p. 288.] ex optimo Laurentianorum reposuit, Buttmanni sententiam sequutus, qui in Gramm. §. 25. Adnot. 4. hanc in scribendo rationem ubicunque mundiores libri suadeant, tenendam esse decernit. Num igitur omnia alterius scripturae exempla, quae innumerabilia sunt, librariis imputari oportet, an scriptores ipsos
367 centies *ἐν μέσῳ*, aliquoties sic ut dativum adjectivi *ἔμμεσος* non solum scripsisse sed etiam pronunciasse credemus? Equidem tantum modo quaerendum esse puto, quid nobis, qui diversa vocabula intervallo distinguimus, facere consentaneum sit. Etenim si *ἐπέκεινα τοῦ Ταύρου*, *κατάκρας ἑλεῖν*, *καταμόνας*, *διακενῆς*, *διόλου*, *κατόπιν*, *εἰςάπαξ*, et similia hyphen scribimus, similiter *ἐμμέσῳ*, ubi adverbii modo dicitur, scribi licebit, sed minime *ἐμβροτοῖς* atque alia talia. Verum tamen illa ipsa ratio minus certa est, nisi aut accentus conglutinationis indicium facit ut *νεώςοικοι*, aut assimilatio, ut *ἄγκρατος ἐλαύνειν*, aut corruptio, ut *ὁσημέραι*, aut defectus simplicis, ut *ἐπισχερώ*, aut proportio ut *ἐκποδών*, quanquam hoc, nisi accentum proprium haberet, ex analogia correlati *ἐμποδών* non satis constaret, quia *ἐπὶ τάδε* [1]), *ἐπὶ θάτερα*, *ἐφ' ἑκάτερα*, aliter scribitur quam *ἐπέκεινα*. Sed de his omnibus in appendice accuratius dicetur. Quae vero Buttmannus apponit Platonis verba in Phaedro *ξύμ μοι λάβεσθε τοῦ μύθου*, ipsa collocatio insolentior et proxime praecedentium (*ταύτην ἔσχετ' ἐπωνυμίαν*) numeri poetici documento sunt, ea cum *ἐμμέσῳ* non magis componi debere quam homerica *κὰπ πεδίον*, *ἂμ βωμοῖσι*, quae Aristarchus sic, alii hyphen scribebant [2]). Addere potuisset *ξύμ μοι λαβοῦ τῆς ζητήσεως*

---

[1]) Id quoque interdum *ἐπίταδε* scribitur v. Jacobs. ad Aelian. p. 123. sed *ἐπέκεινα* semper et rectissime tum, quum a propria loci significatione discedit longius.

[2]) Schol. Il. II. 521. *Ὑάμπολιν, οὕτως ἀνεγνώσθη ὡς φιλόπολις, ἓν γάρ ἐστι.* Fuerunt ergo, qui *Ὕαν πόλιν* scriberent, ut non solum in Schol. Eur. Or. 1087. quem Matthiae falso corrigit, sed etiam in codd. Strabonis L. IX. 401. legitur. Si vero *Ὕα πόλις* utrinque ut *Μεγάλη πόλις* declinatum est, usitatum *Ὑάμπολις* ex accusativo reclinatum esse videtur ut neotericum *Stalimene* et similia, ut ex genitivo *Scaptesula* (nisi potius hoc fuit antiquum et nativum nomen, illud autem, quod pro antiquo habetur, graecanica interpretatio, qualis est nominis *Adiabene*, *Acesines* etc.). Scholiastae Homerici addunt Hyampolin ab incolis appellari *διὰ τοῦ σ̄, Ὑσάμπολιν*. Num forte *Συάμπολιν?* Nonnus XIII. 124. a sue denominatam dicit, quae cum Minerva contendit.

Clemens Cohort. p. 59. ed. Pott. *σύμ με λαβὼν ἀπάγοι* Anthol. Pal. c. V. n. 53. ubi tmesis eadem quae in Platonico 368
loco; sed ne haec quidem assimilatio ubique servatur: *σύν μοι βούλευσον* Callimach. Ep. XXXVII. *σύμπλουν σύν με λαβών* Anth. c. V. n. 193. *σύν μοι μαινομένῳ μαίνεο* Scol. XV. [*ξὺν κακῶς ποιεῖν* Thucyd. III. 13.] cf. Valcken. ad Phoenn. 397. *σύν μοι μάκαρες ἐλάβοντο λιτᾶν* Synes. H. III. 469. quam praepositionis et encliticae commissionem evitavit poeta Anth. P. IX. n. 559. *σύν τι μοι ἀλλὰ Μένιππε λαβεῦ*, et in soluto sermone *σύν μοι λάβεσθε τοῦ ὕμνου* Themist. Or. XIX. 228. B. v. Dindorf. Praef. p. XIV. *τὴν βακτηρίαν σὺν καὶ τὼ πόδε ἀριθμῶν* Athen. II. 49. A. [*σὺν μάλα τοι πλείστοις ἱδρῶσι* Niceph. Greg. Hist. VI. 1, 100. C. quod nemo scribet ut *σύμπεντε* v. Reisk. ad Constant. Porph. p. 105.] Ac persaepe subtile synthetorum et parathetorum discrimen dubitationem affert. Nam si in Xenoph. Hell. VII. 3, 7. *ἢ προδόταις ἢ πάλιν αὐτομόλοις*, et Diog. La. X. 105. *τὴν πάλιν ἀνταπόδοσιν*, nemo hyphen scribit, etiam in Theophr. de Vent. c. 26. p. 767. *ἡ τροπὴ καθάπερ παλιμπνόη τίς ἐστι πνεύματος*, retineri poterat vulgatum *πάλιν πνοή*, aut certe *παλινπνοή* ut in Apoll. Arg. I. 586. codd. plerique *παλινπνοιῇσι* et *παλιμπνοιῇσι* exhibent contra quam vulgatum est. Sic etiam Plutarch. de Esu Carn. II. 5, 247. T. XIII. pro *τῆς — πάλιν μεταβολῆς* in cod. legitur *παλιμμεταβολῆς*, ut *φύσει ὢν παλιμπροδότης* Appian. Civ. V. 96. sed Diod. XV. 91, 481. *οἱ μὲν ὡς προδότην, οἱ δὲ ὡς πάλιν προδότην τιμωρούμενοι*, et paullo ante *ὑπολαβὼν αὐτὸν πάλιν προδοσίαν ποιεῖσθαι*, et Dionys. Antt. III. c. 25. *δέος εἰςέρχεται παλινπροδοσίας* et c. 26. *μισήσας τὴν παλινπροδοσίαν*. Quemadmodum Hippocrates Epidem. IV. 536. T. III. scripsit *πολλαὶ παλινδρομαὶ* (sic) *ἐγένοντο*, et Galenus Comm. III. in II. Ep. 38. p. 461. *ἐκ τῆς εἴσω παλινδρομῆς*, pro quo Aretaeus Cur. Diut. I. 3. 302. elegantius posuit *παλινδρομίη*, ita *παλιῤῥύμη* ter legitur Polyb. XV. 7, 1. quod Bryanus Plutarch. V. Flam. c. X. *οἷον ἑλιγμὸν καὶ πάλιν ῥύμην* substitui jussit et cod. Coisl. praebet Diod. III. 50. pro *ὑπὸ τῆς πάλιν ῥύμης*. Quorum locorum plerisque aptior est compositio quam appositio, neque nostrae scribendi rationi convenit *πάλιν πυγηδόν* Aristot. de Part. Ann. II. 16. p. 658, 20. Bekk. sed interdum adjunctae particulae eadem vis est atque conjunctae, et conjuncta modo assimilatur, modo non assimilatur, ut *παλίν-* 369
ζωος Oppian. Hal. I. 319. Nonn. Paraphr. II. 105. *μελάνζωνος* Dionys. XXXI. 116. *ἑκατόνζυγος* et *ἑκατόζυγος* in Homeri libris, et in similibus *παλίνσοος* Nonn. XXV. 534. Anth. P. I. Ep. 50. *παλίνστρεπτος* Maxim. v. 80. ac *παλί-*

στρεπτος v. 594. *παλίνσκιος* Theophr. H. Pl. IX. 13, 6. v. Wernick. ad Tryph. v. 209. aliaque ab hoc adverbio composita v. Poll. VI. 164. tum *πάνλευκος* Nonn. VII. 218. XI. 4. XXXII. 11. XXXIX. 249. pro quo Graefius uno loco *πάλλευκος* scripsit, *πασσέληνος* Aristot. de Part. Ann. IV. 5. p. 680, 32. ubi complures codd. *πανσέληνος* praeferunt ut de Gener. Ann. IV. 10. p. 777, 21. Probl. XV. 7. et saepe alibi legitur; *πάσσοφος* Platoni aliquoties retribuit Bekkerus v. Schneider. ad Civ. X. 598. D. Winckelmann. ad Euthyd. p. 7. sed vulgatam scripturam reliquit Euthyd. 287. C. Protag. 315. E. ut *πάνσμικρον* Legg. X. 903. C. et quod Homero vindicat Aristarchus sed posteriores variant, *πανσυδίῃ* [1]). In *τὰν βροτοῖς* Eur. Hec. 491. libri omnes consentiunt. [*Συνσκοπεῖν* codd. duo in Plat. Phaed. p. 89. A.]

V. 837. *Σεμνὰς Ἐριννῦς τανύποδας.* Cod. *Γ.* *ἐρινῦς.* *Τανύποδας ἐριννῦς* ex h. l. afferunt Hesychius, Suidas, Eustathius p. 763, 31. Eudocia p. 152.

V. 839. *Καί σφας κακοὺς κάκιστα καὶ πανωλέθρους ξυναρπάσειαν.* Hunc v. et tres seqq. usque ad *ὀλοίατο* profert Suidas s. *Αὐτοσφαγῆ.* Aug. B. *καὶ σφᾶς* ut Schaeferus, Jen.
370 *καὶ σφὰς* v. Elmslej. ad Med. 1345. Hermann. ad Oed. C. 487. *Πανωλέθρως*, quod Dresd. B. praebet, Erfurdtius recepit, non recordatus persaepe adjectiva et adverbia conjungi, sive illa pro adverbiis valent sive suam et propriam retinent vim, praesertim in genere neutro, *καλὰ καὶ ὕψι βιβάς* Hom. H. in Ap. 202. *καλῶς ἔλεξας καὶ σοφώτερον* Hec. 1003. *ἐλευθέρως καὶ ἁπλούστατα καὶ γενναίως* Julian. Or. VII. 233. C. cujus ratio in promtu est; *λίαν καὶ ἄμετρα δυςφορεῖς* Heliod. VI. 9, 239. *ῥᾷον καὶ πλείονα παρέξουσι* Geopp. IX. 17, 1. *εὐρώστως καὶ ταχύ* Plut. V. Demetr. XIX. *ῥᾷστα καὶ εὐκόλως* Themist. Or. II. 39. C. *μέγα καὶ θαῤῥαλέως λέγων* Plat. Alcib. I. 110. B. [*κιθαρίζει λαμπρὸν καὶ καλῶς* Aristot. Polit. VII. 12, 4. p. 297. ed. Schneid. *τάχιστα καὶ ῥᾳδίως* Jam-

---

[1]) V. adnot. ad Phryn. p. 515. Spitzner. ad Il. II. 12. Interpp. ad Thuc. VIII. 1. *πανστρατιᾷ* ubique legitur, *πανσαγία* saepius quam *πασσαγία*, rarius vero *συνσώζειν* v. Markland, ad Iph. A. 407. *πάνξενος* Athen. XI. 466. B. codd. omnes tenent, sed *παῤῥησία* rursus sibi constat. *Ἐνλιμενιστής* legitur Jul. Afric. Cest. 50, 304. a. Anecd. p. 251. *ἐνρίπτειν* Arrian. Alex. VI. 10, 7. alias *ἐῤῥίπτειν* v. Sylburg. ad Dionys. Art. VI. 339. *ἔῤῥιψις* Hippocratea vox varie accepta v. Galen. in L. de Hum. I. p. 196. T. XVI. *ἐνραγείς* M. Anton. VI. 20. sed *ἐῤῥαγείς* Aelian. H. Ann. II. 22. Diod. V. 52. ut *ἔνρυθμος* et *ἔῤῥυθμος.* Eustathius p. 950, 1. e Pausaniae lexico affert *ἔνρινον ἢ ἔῤῥινον·* posterius scripsit Galen. de Simpl. Med. Fac. VII. 29. p. 30. T. XII. Cum his si comparaveris quae Conr. Schneiderus in Gramm. Lat. P. II. de praepositionum conjugatarum corruptione disseruit, quantum in hoc quoque genere graeca technologia latinae cedat, intelliges.

blich. Protr. XX. 330. *φανερὸν ἢ λάθρα* Arist. Thesm. 91. *εἴτ' οὖν ἀληθὲς εἴτε καὶ μάτην* Soph. Phil. 345.] [*ἀωρὶ καὶ ὠμά* Heliod. IV. 19, 169. *πυκνὰ καὶ βύθιον ἐπιστένειν* VII. 9. 269. *ἄνεῳ καὶ ἄναυδοι* Apollon. III. 503.] [Minimam exiguamque partem Juvenal. XIII. 13.] et aliis locis ubi variandi nulla erat causa v. Schneider. ad Civ. T. I. 276. Cum participio: *ἡσυχῇ καὶ λανθάνων ἀποβλέπει* Aelian. H. Ann. VIII. 13, 264. etc. Sed Soph. El. 1019. pro *αὐτοχειρί μοι μόνῃ τε δραστέον*, rectius nunc legitur adjectivum quod et Eur. Or. 1040. revocatum est pro adverbio scriptoribus hujusce aetatis vix cognito, idque cum *τρόπῳ* conjungendum; nam *αὐτόχειρι* seorsum ut *ἰδίᾳ* et *δημοσίᾳ* dictum esse Matthiae haud evincet. Adverbio *πανωλέθρως* Tragici non utuntur.

V. 841. *Ὥςπερ εἰςορῶσ' ἐμὲ αὐτοσφαγῆ πίπτοντα.* Lipss. AB. *αὐτοσφαγεί.* Zonaras T. I. 341. *αὐτοσφαγῆ τὸν ὑφ' ἑαυτοῦ ἀναιρούμενον.* Schol. in Parall. *αὐτοσφαγῆ, αὐτοχειρίᾳ σφαγῇ· ἔστι δὲ ἀντὶ ἐπιῤῥήματος.* Schol. Barocc. *ἄλλοι τὸ αὐτοσφαγῆ οὐ λαμβάνουσιν αἰτιατικὴν ἀλλὰ δοτικήν*, ex quo minime apparet eos *αὐτοσφαγῇ*, ut Ed. Brubach. I. legisse tanquam dativum substantivi *αὐτοσφαγή*, quod Erfurdtius ab illis fabricatum putat; sed potius *αὐτοσφαγῆ* sive *αὐτοσφαγεί* dativum adverbialem esse crediderunt ut *παγγενῆ* et *παγγενεί*, hisque similia, de quibus ad Phryn. 515. tractavimus.

V. 842. *Τὼς αὐτοσφαγεῖς πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο.* Adverbium *τώς*, quod Matthiae ad Hipp. v. 114. Tragicis abjudicat, plus semel apud eos legitur. Sed totus locus suspicione premitur. Schol. Rom. *ταῦτα νοθεύεσθαί φησι*[1]) *ὑποβληθέντα πρὸς σαφήνειαν τῶν λεγομένων.* Hic 371
igitur, ut Bothius in Ed. pr., duo versus 841. et 842. pro insiticiis damnavit; utroque saevior Wesselingius quatuor versus 839—842. aboleri jussit *unius ob noxam;* sed eos omnes et codd. repraesentant et Suidas s. *Αὐτοσφαγεῖς* et *Τώς*, verba *τὼς αὐτοσφαγεῖς ὀλοίατο* Eustathius p. 429, 33. *φιλίστων ἐκγόνων* idem p. 1867, 40. Lectio autem variat; Brunckiani aliquot *πρὸ τῶν φιλίστων*, cum glossa *ἔμπροςθεν*, quo significatur hoc: *trucidentur in conspectu suorum*, id quod omnium tristissimum, *ἀναιρεῖσθαι ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν συγγενῶν* Diod. XIII. 16. [Quint. Sm. II. 263.] Jen. et Mosq. B. copulam interponunt *πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων τ' ὀλοίατο*, in quod Musgravius sua sponte incidit, nomine priore Clytaemnestram mariti, altero Telegonum patris interfectorem

---

[1]) Brunckius *φασί* scripsit; Valckenarius Ep. ad Roev. p. 367. *φησὶ Δίδυμος.* Sed fuerunt plures Sophoclis interpretes. Ed. Pr.

significari existimans. Equidem prae omnibus probo, quod Brunckius maxime improbat, *poetam ad mortem Agamemnonis* (et Ulixis) *respicere et Ajacem hic tanquam futura vaticinantem inducere voluisse*; sive clarius dicam, Agamemnonis et Ulixis mortem violentam in causa fuisse, cur poeta Ajaci hanc tribueret imprecationem, quae quia ab ira, non a futuri scientia profecta est, non ad amussim congruit eventis. *Αὐτοσφαγεῖς* vocantur non solum qui sua sed etiam qui suorum manu occidunt, ut Itys a matre peremtus *αὐτοφόνως θανεῖν* dicitur Aesch. Suppl. 69. mutuaque Eteoclis et Polynicis caedes *αὐτοκτόνος θάνατος* Sept. 683. Ed. Pr. Par et gemina Aesonis oratio fratri diras imprecantis ap. Valer. Fl. I. 812.

non Marte nec armis
ille cadat; quin fida manus, quin cara suorum
diripiat laceretque senem.

Lud. Schneideri opinio Ajacem de suo filio, Eurysace, loqui et hunc injuriae paternae ultorem destinare, non vereor ne multis probetur.

372 V. 843. 844. *Ἴτ᾽ ὦ ταχεῖαι* — Priorem versum (in quo *Ἐρινύες* cod. *Γ.*) affert Suidas s. *Ἴτε*, utrumque s. *Ποινή*. In posteriore, ut Brunckius ait, *insignis est sed maxime contemnenda varietas ap. Thomam M.* p. 524. *κεντεῖτε, μὴ φείδεσθε πανδήμου στρατοῦ.* Verum is est Euripidis versus Hec. 381. non Sophoclis. Ed. Pr.

V. 844. *Σὺ δ᾽ ὦ τὸν αἰπὺν* — Hunc et tres sequentes vv. citat Suidas s. *Αἰπύ* s. *Ἐπισχών* et s. *Διφρηλατῶν*. Non minus splendidi sunt Senecae versus Herc. Oet. 1516.

o decus mundi, radiate Titan,
dic sub aurora positis Sabaeis,
dic sub occasu positis Iberis,
dic ad aeternos properare Manes
Herculem et regnum canis inquieti.

Sed propior Sophocli Nonnus XXVII. 269. ubi Orontem ensi suo incubiturum inducit.

ἠώην δ᾽ ἐπὶ πέζαν ἑὰς ἐτίταινεν ὀπωπὰς
ἀντιπόρῳ Φαέθοντι, καὶ ὑστατίην φάτο φωνήν.
Ἠέλιε, φλογεροῖο δι᾽ ἅρματος αἰθέρα τέμνων,
στῆσον ἐμοὶ σέο δίφρα καὶ ἔννεπε Δηριαδῆϊ
Ἰνδῶν δοῦλα γένεθλα καὶ αὐτοδάϊκτον Ὀρόντην.

Ed. Pr.

V. 847. *Χρυσόνωτον ἡνίαν* — hinc enotavit Eustathius p. 637, 19. et p. 583, 43. *οὐ μόνον χρυσόνωτοι παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἡνίαι ἀλλὰ καὶ ἐλεφαντόνωτοι.* Perperam Musgravius: *Non frenum sed currus ipse proprie χρυσόνωτος est;* quem refellunt *χρυσαῖ ἡνίαι* Achill. Tat. I. 14. hoc est *χρυ-*

σόπαστοι vel *παραπέταλοι* i. e. bracteis aureis superne ornatae, unde *ἅρματα χρυσοχάλινα* et *ἀργυροχάλινα* dicuntur v. Olear. ad Philostr. V. Soph. I. 25. p. 532. *χρυσοχάλινος δρόμος ἠελίοιο* Anth. Pal. VIII. n. 219. deusque ipse in Proculi hymno *χρυσήνιος*. Pro auro habenis affigebantur *ἀστραγαλίσκοι ἐλεφάντινοι*, quibus Homeri interpres Ven. VIII. 116. illa *ἡνία λεύκ' ἐλέφαντι* exornata fuisse scribit, bullisque ejusmodi eburneis obductam antilenam Philodemus Anth. Pal. VI. n. 246. (Epigr. XXVII. Anall. II. 90.) vocat *τὸν περὶ στέρνοις κόσμον* 373
ὀδοντοφόρον. quomodo hodieque phalerae ornantur conchis porcellanis, quibus nomen vernaculum *Schlangenköpfchen* [1]. Sed luxuriosior aetas protulit frena gemmis ornata, *εὐλάϊγγας χαλίνους* Nonn. XI. 122. XXXII. 122. *φάλαρα λιθοκόλλητα* Chrysost. Hom. *Quod nemo laeditur* p. 446. D. T. III. et *ἅρματα λιθοκόλλητα* in Firmi Epist. XIX. 506. T. IX. Bibl. Gall. *ὀχήματα κερασφόρα καὶ κατάργυρα* Plut. de vit. aer. al. c. III. 210. [ubi haeret Reiskius;] eundemque ornatum baculis adhibitum esse ostendit Codinus de Offic. c. IV. et XVII. *δικανίκια* magni Ducis et imperatoris describens, quorum illud *κόμπους χρυσοῦς ἐγκόπτους καὶ κονδύλους* habebat, hoc vero *μαργαριτάρια καὶ λιθάρια ἐμπεπηγμένα κυκλόθεν*, cui simile bacillum Jesu olim apud Hibernos inter sedis Archiepiscopalis cimelia asservatum esse Bernhardus narrat in V. Malachiae v. Suicer. Thes. T. I. p. 617. *Κόμποι* illi sive *κόνδυλοι* nihil aliud sunt quam bullae baculorum, *κομβώματα τὰ ἐν ταῖς ῥάβδοις μικρὸν τόρνον ἔχοντα* Hesych. quod Cuperus in Apoth. Hom. p. 146. T. II. Thes. Pol. recte accipit de nodis arte factis. Clavos vocat Alciphro III. Ep. 59. *βακτηρία χαλκοῖς ἥλοις ἐμπεπαρμένη*, et Homerus ipse *σκῆπτρον χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον*, cui Athenaeus XI. 488. B. comparat Nestoris poculum *δέπας χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον*, atque hos clavos dicit *ἔξωθεν ἐμπείρεσθαι τῷ ἐκπώματι κατὰ τὸν τῆς ἐμπαιστικῆς* [2] *τρόπον*, quod non video quomodo Schneiderus in Lex. de opere malleato (*getriebene Arbeit*) interpretetur; nam hoc in vasis cavis intelligi potest, in baculis nullo modo. His impingebantur clavorum simulacra non secus quam calceorum fulmentis, *ἧλοι ἑλικοειδῶς ἐγκατακεκρουσμένοι* Clemens Paed. II. 11. p. 240. Neque aliter statui potest de

[1] [Gratius Cyn. 403. *sacris consecta monilia conchis*, id est porcellanis Veneriis, quas Apulejus *sumta de mari spuria* dicere videtur ab ea parte corporis, quae *χοῖρος* et *σπόρος* vocatur.]

[2] Porsonus Adv. p. 129. nomen hoc a verbo *ἐμπαίξειν* repetit propter Virgilianum *illusas auro vestes*, sed hoc poeticum est verbum, minime technicum; *incusa auro dona* Pers. II. 52. graece dici possunt *ἐμπαιστά*.

Parrhasii pictoris bacillo *χρυσᾶς ἕλικας ἐμπεπαισμένῳ* Athen.
374 XII. 543. F. id clavulos *ἑλικοειδῶς ἐγκεκρουσμένους* habuisse.
Sed poculum sane sigillatum vel asperum pluribus modis confici poterat, vel caelo vel malleo vel per emblemata extrinsecus affixa (*ἐνήλωσιν* vocat Athen. V. 205. B.) aut ferruminata. Atque caelo debetur *ἡ ἐγκόλαπτος ἱστορία*, ut nunc legitur Athen. XI. 781. E. (p. 1035. Dind.) idque artificium ad Homerum transfert XI. 488. C. *πεπάρθαι λέγεται τοὺς ἥλους οὐχ ὅτι ἔξωθεν πρόςκεινται ἀλλ' ὅτι ἐμπεπαρμένοις ἐοίκασιν* etc. Malleo elaboratum crederes Sphingis *ἔκκρουστον δέμας* in scuto Parthenopaei Sept. 527. nisi obstarent clara poetae verba *προςμεμηχανημένον γόμφοις*, quibus emblema significatur. Illa in poculis *τραχύσματα κερχνοειδῆ* Athen. XI. 475. B. et clavuli in margine scuti, de quibus Schol. Eur. Phoenn. 1386. *κέγχρον καλοῦσι τὸν περὶ τὴν ἴτυν τῆς ἀσπίδος κόσμον· μικροὶ δὲ ἧλοι ἦσαν οἳ ἐκ χρυσοῦ ἐγένοντο*, ad unum idemque genus pertinere ac bullatum vel stellatum quiddam significare videntur. [*Ocreae tuberatae* Festus.] Et inter varia nominis *φάλου* interpretamenta hoc quoque affertur: *Φάλος ὁ λαμπρὸς τῆς περικεφαλαίας ἧλος* Apollon. Lex. s. h. v. et planius *φάλοι, ὀμφαλοὶ, ἀσπίσι μικραῖς παραπλήσιοι· καὶ κεῖνται κατὰ τὸ μέτωπον ἀποσκιάζοντες τὴν τοῦ ἡλίου αὐγὴν, οἷαι τῶν Παλλαδίων καὶ Κορυβάντων αἱ κόρυθες* Schol. Il. *K*. 258. Eustath. p. 803.[1]) quod nescio an hoc modo intelligi debeat, galearum margini, qua fronti imminent, crepidinem additam eamque bullis distinctam esse, quorum nomen *φάλοι* ad projecturam ipsam traduci; de Corybantibus autem quod addit, nobis in memoriam revocat *τρικόρυθας Κορύβαντας* Eur. Bacch. 123. qui fortasse ita appellati sunt quod crepido triplex trium galearum sibi superimpositarum speciem referret. Sed idem ornamentum alio nomine designant Etym. M. et Hesychius *Γλαινοὶ, τὰ λαμπρύσματα τῶν περικεφαλαιῶν*, quod nihil aliud est quam *γλῆναι* vel *γλήνη*, ocellatum quiddam significans,
375 bullato vel baccato non absimile, ut apparet ex eo quod
ἕρματα τρίγληνα in Schol. Od. *N*. 297. exponuntur *τρίκορα κόσμια, ἐνώτια* (sic emendavi in Addend. pro *ἐν ᾧ τὰ*) *τριόφθαλμα, τρίκοκκα*, ut *margarita tribacca* Petron. c. LV. v. Wernsdorf. ad Poett. Minn. T. III. 68. et *ἥλους εὐγλήνους* dixit P. Silentiarius Ecphr. Soph. II. 467. Jam paullum aliquid addam de capulorum ornamentis. Vulgaris usus ferebat manubria cultellorum ossea Juven. XI. 133. Acinacis

---

[1]) In Graecitate, quae dicitur, vulgari, *κορυβάντιον* nihil aliud significat atque *κυρβασία*. Lex. Octateuchi in Fabric. Bibl. Gr. T. VI. 645. et Gloss. Steph. *Κορυβάντιον περίθεμα κεφαλῆς* cf. Agloaph. 1144.

manubrium σμαράγδινον τοὺς ὄζους memorat Philostratus Imagg. II. 9. 825. μαχαίριον ἀργυρόῃλον Clemens. Alex. Paed. II. p. 189. ἐλεφαντοκώπους ξιφομαχαίρας Poll. X. 145. ἐλεφαντίνην λαβὴν ξίφους Alcaeus Fr. LXVII. atque adeo τυρόκνηστιν ἐλεφαντόκωπον Schol. Arist. Lys. 237. cujusmodi instrumenta breviter ἐλεφάντινα καὶ κεράτινα dicuntur Poll. X. 89. ut et Plinius H. N. XXII. 47. (23.) succineas novaculas. Eustathius ad Dion. v. 305. ἤλεκτρος λίθος τις χρυσοειδής, ἐξ οὗ καὶ λαβαὶ μαχαίραις γίνονται, quas nihil vetat λιθοκώπους appellare. Atque hoc nomen restituendum videtur Phaniae Anth. Pal. VI. n. 307.

Καὶ ψήκτραν δονακῖτιν ἀπέπτυσε καὶ λιποκόπτους
φασγανίδας καὶ τὰς συλονύχους στόνυχας.

ubi Toupius λιποκώπους corrigit, Jacobsius τυλοκόπτους; utrique praeferam λιθοκώπους. Strabo L. XII. 540 memorat λίθον λευκόν, ἐξ οὗ τὰ λαβία τοῖς μαχαιρίοις κατεσκεύαζον. Postremo, quia semel evagatus sum, Euripidis locum supra allatum illustrabo Bacch. v. 109.

στεφανοῦσθε κισσῷ καὶ καταβακχιοῦσθε δρυὸς
ἢ ἐλάτας κλάδοισι
στικτῶν δ' ἐνδυτὸν νεβρίδων
στέφετε λευκοτρίχων πλοκάμων μαλλοῖς.

Significatur, nisi fallor, μάλλωσις sive insertio penicillorum diversicolorum, quibus hodieque pelliones mastrucas distinguere solent. Tacitus Germ. c. XXVII. *eligunt feras et detracta velamina spargunt maculis pellibusque ferarum, quas exterior pontus gignit.* Hic Ernestius, *ars est*, inquit, *pelles v. c. albas nigris maculis variegare, quod hodie quoque fieri apud nos vidi; istis rudibus temporibus forte factum assutis* 376
coloris segmentis. Atque hoc artificium, (quod Bernhardy ad Dion. p. 745. multo doctius explicuisset, si collibuisset modo) significare videtur Schol. Phoenn. 791. οἱ βακχευταὶ τὸ δέρμα τῶν ἐλάφων κατατέμνοντες ποικίλον αὐτὸ ποιοῦσι. Delicatior autem νεβρὶς χρυσόπαστος Plut. Symp. IV. 5, 672. et *Erythraeis intexta gemmis* Claud. de IV. Cons. Hon. v. 228. Praeterea καταβακχιοῦσθαι non bacchari significat sed coronari; Hesychius Βακχᾶν ἐστεφανῶσθαι. Etym. M. Βάκχος ὁ κλάδος ὁ ἐν ταῖς τελέταις, ἢ στέφανος, quo loco olim κλαύδιος legebatur pro κλάδος. Idem nomen mendose scribitur in Leonidae Tar. Epigr. XIV. ὁππόσα γὰρ κλάδοισι πεπαίνομεν, ἄλλος ἐφέλκει, scrib. κλαδίοισι. Dioscor. Eup. I. 129. p. 159. πτελέας φύλλα ἢ κλάδια. Liban. Decl. T. I. 502. κλαδίοις ἐλαιῶν, eoque nomine etiam Eustathius utitur p. 1875, 42. et Zonaras T. I. p. 1164. ubi adhaesit Tittmannus. Ed. Pr.

V. 850. 851. *Ἦ που — πόλει.* Affert Suidas s. *Δύστηνος* et *Κλύει*, verba *τήνδ' — φάτιν* s. *Φάτις.*

V. 852. 853. *Ἀλλ' οὐδὲν — τάχει.* Idem s. *Ἔργον εἰπεῖν.* In v. 855. Harl. *μολὼν* pro *ξυνών.*

V. 856. *Σὲ δ' ὦ φαεννῆς.* Mosq. B. *φαεινῆς*, Jen. *φαείνας.*

V. 859. *Ἱερὸν οἰκείας πέδον.* Dindorfius hic et El. 281. Trach. 607. Oed. T. 1379. *ἱρόν* edidit alibi raris codd. vestigiis ductus, hic nullis.

V. 863. *Χαίρετ' ὦ τροφῆς.* Codd. omnes *τροφεῖς* praeter *ΓΔ.* si quidem Dindorfii silentium recte interpretor; illud reposuit Brunckius. In seq. versu cod. *Γ. ἔσχατον θροεῖ.* Quod olim splendidissimi carminis admiratione commotus pronunciavi, cum Ajacis morte ipsam quoque fabulam quodammodo emori et flaccescere, maximeque postremam partem a v. 1040. usque ad clausulam languere prae illis, quae antegressa sunt, id quomodo intelligi voluerim, dicam in Annot. ad illum ipsum versum; hoc autem loco, quae de Ajacis morte antiquitus tradita sunt, referre aggrediar. Ajacem igitur vim vitae suae attulisse communis fuit antiquitatis fama incertum an ab Homero, certe a Cyclicis suscepta, et dein-
377 ceps a Lyricis Pind. Nem. VII. 35. Tragicisque propagata, a quibus pauci dissentire ausi sunt; *οἱ μὲν γὰρ φασιν ὅτι ὑπὸ Πάριδος τρωθεὶς ἀπέθανεν, οἱ δὲ ὅτι χρησμὸς ἐδόθη Τρωσὶν πηλὸν κατ' αὐτοῦ βαλεῖν, σιδήρῳ γὰρ οὐκ ἦν τρωτὸς, καὶ οὕτω τελευτᾷ* Argum. in Aj. quod aliter tradit Eustathius p. 995, 6. eum *ἀποσεισάμενον τὸν πηλὸν δύο ποιῆσαι κολωνούς.* Hinc intelligitur in Sophronis testimonio ap. Demetrium Phal. c. CXLVII. *θᾶσαι ὅσα φύλλα καὶ κάρφεα τοὶ παῖδες τοὺς ἄνδρας βαλλίζοντι, οἷονπερ φαντὶ φιλάτας Τρῶας τὸν Αἴαντα τῷ παλῷ* multum errasse qui pro *τῷ παλῷ* substituerunt *ῥοπάλῳ* (sequutus est Blomfieldius in Fragm. XXVII.). Paridis sagitta Ajacem periisse tradidit Anticlides Schol. ad Lyc. 464. cui consentit Dares p. 189. ac fuisse etiam, qui Ulixem hujus facinoris reum agerent, apparet ex Ciceronis verbis de Inv. I. 8. *quid factum sit, potest quaeri hoc modo, occideritne Ajacem Ulysses*, quod e Tragicorum fabulis derivatum esse testatum facit Quintilianus IV. 2, 13. *ut in tragoediis quum Teucer Ulixem reum facit Ajacis occisi, dicens inventum eum in solitudine juxta exanime corpus inimici cum gladio cruento.* Suidas s. *Παλλάδιον* auctor est orta inter utrumque de Palladio lite Ajacem noctu interemtum, Ulixem in suspicionem caedis vocatum esse v. Dictys II. 139. IV. 114. Dio autem Chrys. ab Hectore in pugna occisum fabulatur Or. XI. p. 352. Ne cremaretur mortuus, obstitit deorum interpres

Calchas Philostr. Heroicc. XI. 3, 721. cujus fabulae satis an-
tiquus auctor est Lesches ap. Eustath. p. 285, 38. *μηδὲ καυ-
θῆναι συνήθως τὸν Αἴαντα, τεθῆναι δὲ οὕτως ἐν σορῷ διὰ
τὴν ὀργὴν τοῦ βασιλέως*, quo fundamento superstructum est
commentum de erutis ossibus Paus. I. 35. Sepultus autem
est in litore Rhoeteo Quint. Cal. V. 654. apposita posthac
statua, quam quum abstulisset Antonius, Rhoeteensibus ultro
reddidit Caesar Augustus Strab. XIII. 890. C. Eustath.
p. 666, 52. ubi pessime *Ἄρατος* scribitur pro *Αὔγουστος* vel
Σεβαστός. Idemque Eustathius p. 313, 30. Ajacis *μνῆμα
καὶ ἱερόν* in Rhoeteo memorat. Sed jam prius inferias ei
attulit Alexander Diod. XVII. 7. virtutem viri admiratus ab
ipsis diis testatam, quorum voluntate factum est, ut Achillis 378
arma Ulixi naufrago erepta tempestate ad Ajacis tumulum
deferrentur v. Phot. Bibl. C. CXC. 249. et Epigr. *Ἀδεσπ.*
CCCXL. et ex ipsius sanguine flos pullularet lugubris, quem
Euphorio ap. Eust. l. c. et Schol. Theocr. XX. 28. (v. Meinek.
p. 89.) multique praeterea alii celebrarunt, sed de genere
plantae discrepant v. Linnaei Specc. Plant. p. 718. Omitto
quae de Neoptolemi somnio Tertull. de An. XXVI. p. 565.
et de spectro Ajacis in Epigr. *Ἀδεσπ.* CCCCLVI. 215. me-
moriae prodita sunt ab auctoribus novitiis. Sed illud animad-
versione dignius, quam sapienter his copiis usus sit Sophocles,
nihilque adsciverit nisi quod proposito aptum et conveniens
erat. Quum igitur communis fama esset et ab Aeschylo ipso
in armorum judicio confirmata v. ad v. 833. Ajacem hoc
prae ceteris mortalium praecipuum et cum fratre patrueli,
Achille, commune habuisse, ut in magna corporis sui parte
vulnerari non posset v. Plat. Symp. p. 219. C. Juncus Stob.
T. CXVII. 9. p. 448. Liban. Epp. CLXXII. 83. Sophocles
hoc non magis significavit quam Homerus, miraculorum hujus-
modi parcissimus, qui etsi nullum Ajacis vulnus memorat,
tamen recte veteres affirmant *ὅτι οὐκ ἄτρωτος καθ' Ὅμηρον
ὁ Αἴας* v. Schol. Ven. ad XIV. 406. XXIII. 821. Deinde
quum non Cyclici solum sed etiam Homerus Od. XI. 546.
Trojanos captivos judicii arbitros fecisset, id quoque poeta
sciens prudensque praetermisit, ne culpa de Graecorum duci-
bus ablata Ajaci justam irascendi causam adimeret. Neque
decorum judicavit Minervam his immiscere controversiis, quam
Ulixi litiganti velificatam esse Orpheus refert Lith. XVIII. 34.
suspiciosum illum Homeri versum sequutus. Quam vero in-
sulsum videtur, quod parvae Iliadis scriptor narrat ap. Schol.
Arist. Eqq. 1065. exorta Ajacem inter et Ulixem de armis
Achillis contentione Nestorem auctorem fuisse Graecis, ut
mitterent aliquos sub Trojae moenia *ὠτακουστήσοντας περὶ*

τῆς ἀνδρείας τῶν ἡρώων· τοὺς δὲ πεμφθέντας ἀκοῦσαι παρθένων διαφερομένων πρὸς ἀλλήλας, ὧν τὴν μὲν λέγειν, ὁ Αἴας πολὺ κρείττων ἐστὶ τοῦ Ὀδυσσέως, διερχομένην οὕτως

379 *Αἴας μὲν γὰρ ἄειρε παὶ ἔκφερε δηϊοτῆτος*
ἥρω Πηλείδην, οὐδ' ἤθελε δῖος Ὀδυσσεύς.

τὴν δὲ ἑτέραν εἰπεῖν Ἀθηνᾶς προνοίᾳ

Πῶς ἐπεφωνήσω, πῶς οὐ κατὰ κόσμον ἔειπες
Ψῦθος;

Prudens mehercule consilium et vere *νεστόρειον!* Illam in tuendo Achillis corpore pietatem ceteraque sua merita Ajax litigator ambitiosius quam virum agendo quam dicendo promtiorem decebat, praedicat apud Ovidium Met. XIII. 5. sq. Antisthenem Decl. p. 53. T. VIII. Libanium Decl. p. 1041. T. IV. Quintum V. 180—292. et Malelam p. 45. Sophocleus vero heros neque mortui a se defensi meminit neque jus affinitatis ab Homero praetermissae praetendere dignatur, sicut ille quem Attius in armorum judicio sic loquentem inducit (Fragm. XIX. p. 180. ed. Both.)

nam me aequom est frui
fraternis armis mihique adjudicarier,
vel quod propinquus vel quod virtute aemulus.

sed arma Achillis tanquam debitum virtuti suae praemium sibi deposcit v. 441. Verum illud longum et verbosum jurgium, quo Teucer primum paullo remissius cum Menelao, deinde fortissime cum Agamemnone contendit, totaque illa, quam mihi displicere dixi, causidicina, saltem excusatur exemplo eorum, qui primi hanc fabulam ad similitudinem altercationum forensium traduxerunt partibus inter Ajacem et Teucrum ita divisis, ut ille pro armis, hic pro fratre mortuo adversus Ulixem ejusque fautores contenderet. Ex Aeschyli tragoedia quae Schol. ad v. 190. profert

Ἀλλ' Ἀντικλείας ἆσσον ἦλθε Σίσυφος,
τῆς σῆς λέγω τοι μητρὸς, ἥ σ' ἐγείνατο

multaque circa eundem sensum in Attii et Pacuvii reliquiis, in armorum judicio ultro citroque jactata esse apparet. Ex eodem genere sunt quae Aristoteles ex Theodectis Ajace profert Rhet. II. 23. p. 788. D. *ὅτι ὁ Διομήδης προείλετο* (in Dolonia) *τὸν Ὀδυσσέα οὐ τιμῶν ἀλλὰ ἵνα ἥττων ᾖ ὁ ἀκολουθῶν*, quod ita argute dictum est ut facile tragicum Sophistam agnoscas. Idem p. 789. D. *ἐν τῷ Αἴαντι τοῦ*
380 *Θεοδέκτου Ὀδυσσεὺς λέγει πρὸς τὸν Αἴαντα διότι ἀνδρειότερος ὢν τοῦ Αἴαντος οὐ δοκεῖ.* Ex quo et ex Antisthenis Libaniique declamationibus intelligitur hanc causam in ludis Sophistarum etiam atque etiam decantatam heroique simplicissimo personam gnavi caussidici impositam esse. Hinc con-

jecturam fecimus, quod in Vespae judicio Coci et Pistoris v. 85. nominatur *lingulus Ajax*, hoc epitheton, si lingulacam significet, illi propter has declamationes tribui, neque ob aliud a Juvenale VII. 115. *caussidicus Ajax* pro quovis litigatore dici. Sophocles vero, qui actionem judicio jam transacto exorsus est, Teucrum facit pro honore fratris cum utroque Atridarum conflictantem. Sed fuisse etiam, qui in hac fabulae parte simulacrum actionum forensium insererent Teucroque accusatoris partes tribuerent, Ulixi rei, Quintiliani verba declarant, quae paullo ante apposui. Verum haec hactenus. Sequitur *ἐπιπάροδας* et *Διχορία*. Ed. Pr. [1])

V. 866. *Πόνος πόνῳ πόνον φέρει.* Dresd. B. *πόνον πόνῳ.* Quanquam eadem verba a Suida s. *Πόνος* proferuntur, Musgravius tamen pro *πόνος* vel *πάθος* scribendum esse censuit vel *πλάνος*, offensus perinde ut Bothius ejusdem verbi iteratione, cujus exemplum simillimum est Aesch. Pers. 1035. *δόσιν κακὰν κακῶν κακοῖς* [Hippocr. ap. Galen. T. XVII. 2, 99. *πόνος πόνῳ*] sed creber usus in pronominalibus. Plato Menex. p. 249. C. *πᾶσαν πάντων παρὰ πάντα ἐπιμέλειαν ποιουμένη.* Demosth. p. 800, 13. *ἅπαντας ἅπασι πάντα τἀγαθὰ εὔχεσθαι.* Synes. Prov. II. 116. A. *πάντα πανταχοῦ πάντων κακῶν ἔμπλεα ἦν.* Gorgias Hel. Enc. p. 95. T. VIII. *ὅσοι δὲ ὅσους περὶ ὅσων ἔπεισαν.* et p. 100. *πολλὰ δὲ πολλοῖς πολλῶν ἔρωτα ἐργάζεται*, ut Lucret. I. 814. *multimodis communia multis multarum rerum in rebus primordia multa.* Plato Parm. 160. B. *οὐδενὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς οὐδεμίαν κοινωνίαν ἔχει.* cf. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 199. ac nonnunquam in etymologica constructione *ὃν ἐνδίκως ἡ δίκη δικά-* 381
σασα κατεδίκασε Anonymus Suidae s. *Διονυσίων.* sed nullus Graecorum tum effuse hac parechesi usus est, quam Comici Latini *optume optumo operam dant optumam, mala malae male monstrant* etc. Ed. Pr.

V. 867. *Πᾷ, πᾷ — ἐγώ.* Adverbium plerique ter, Dresd. B. bis scriptum exhibent, pars sine iota, ut Lecapenus, qui haec verba affert in Gramm. p. 73.

V. 869. *Κοὐδεὶς ἐπίσταταί με συμμαθεῖν τόπος.* Transscripsit h. v. Suidas s. *Κοὐδείς*, [idemque affertur in Bachmanni Anecd. T. II. 352.] In Schol. Rom. duplex affertur interpretatio: *οὐδείς με οἶδε τόπος μεμαθηκότα τὸ γεγονός, — τὸ συμμαθεῖν ἀντὶ τοῦ διδάξαι.* Prius sine controversia re-

---

[1]) Quare viris doctissimis *ἡμιχόρια* vocare placeat, quae ante *ἡμίχοροι* inscribebantur, minus pervideo; certe *ἡμίχορος*, sive adjectivum est *ᾠδήν* significans, sive substantivum quale *ἡμίκυκλος*, analogiae non adversatur. v. Append.

jectum est, alterum probarunt Brunckius et Abreschius in Misc. Amst. Vol. IX. 433. et Auctar. Dilucc. p. 237. qui licet certa incertis misceat, tamen illud persuadet, *συμμαθεῖν* habere docendi significationem. Ed. Pr. Aliam viam instituit Triclinius: *τὸ συμμαθεῖν ἀντὶ τοῦ γνῶναι, οὐδεὶς τόπος ἔχει τὸν Αἴαντα ὥςτε ἐν τούτῳ εὑρεῖν με κείμενον.* a quo nihil discrepat Elmsleji ratio: *μὲ συμμαθεῖν idem est quod ὥςτε συμμαθεῖν, cujus constructionis exempla apud Tragicos reperiuntur singulis paginis et in hac ipsa fabula non minus tria* v. 672. 804. 1060. [1]) Haec igitur tam crebra exempla, tamque in promtu posita, neminem priorum attendisse credemus? Ego potius vereor ne parum similia crediderint. Primum Sophoclea ista *ἡ νὺξ ἐξίσταται τῇ ἡμέρᾳ φέγγος φλέγειν, σπεύσατε Τεῦκρον μολεῖν* etc. prorsus nihil distant a latinis: ***Introiit videre quid agat, Non venimus vestros populare penates,*** quibus nemo efficiet item latine dici posse ***nescio hoc te scire*** pro ***nescio hoc, ideoque te docere non possum.*** Ergo igitur oportet aliquid interesse. Interest autem hoc, quod in omnibus locis, quos Elmslejus aut attulit aut afferre potuit, cum verbo, cui infinitivus adhaeret, notio consilii, quo agitur, aut copiae et opportunitatis, quae consequitur, arcte conjuncta est, ut *ἡ θύρα ἡ ἐμὴ ἀνέῳκτο εἰςιέναι τῷ δεομένῳ* Xen. Hell. V. 1, 14. *αὐτόματοι ποταμοὶ ζωμοῦ ῥεύσονται σφῶν ἀρύτεσθαι*
382 Pherecr. Athen. VI. 269. D. *κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχναις* Eur. Erechth. Fr. III. et vulgare illud *προκείσθω πᾶσι σκοπεῖν*, quibus in omnibus natura rei ipsa nobis subjicit illud *ὥςτε* vel *θελικόν* vel *ἀποβατικόν.* Denique largiar dici posse *οὐδεὶς ἐνταῦθα πλουτεῖ ἡμᾶς συνευπορεῖν*, quanquam alienarum divitiarum non tam promta est participatio quam aquae ex profluente haustus vel per januam apertam introitus. Sed multo durius est *οὐδεὶς ἐπίσταταί με ταῦτα συμμαθεῖν* vel *ὁ φίλος ἀλγεῖ με συνάχθεσθαι*, propterea quod verbis sciendi et dolendi nulla actio subjecta est, cui vel propositum vel consequens sit ut alii idem sciant aut doleant, quod *ὁ δεῖνα.* Quod si constructionis, quam Elmslejus praeoptavit non ut magis speciosam sed ut unice veram, nullum geminum exemplum sed tantummodo simulacra quaedam proferri possunt, quidni iis, qui verbum *συμμαθεῖν* pro condocefacere accipiunt, itidem ad similia provocare liceat? Jam vero sermo graecus abundat verbis ambiguae potestatis, quae significationem transitivam vel intransitivam cum factitiva con-

---

[1]) [Ellendtii T. I. 661. haec est interpretatio *nec ullus locus me sibi conscium esse scit*, id est, cum ipse solus sciat, me conscium arcani expertus non est; quod sententiae aptum sed paullo operosius dictum videtur.]

junctam habent. Ac de primitivis quidem hujus generis quum
ad v. 40. dictum sit, hoc loco de paragogis dicetur. Horum
ea, quae cum *μανθάνω* communem terminationem sortita sunt,
unius significationis terminis contineri solent, sive transitiva
sunt ut *θηγάνω*, *λιμπάνω*, sive intransitiva ut *ὀλισθάνω*,
δαρθάνω, sive factitiva ut *οἰδάνω*, *ληθάνω*, quanquam fieri
potest ut postremum aliquando diversas significationes, quae
cum *λήθω*, *ἐπιλήθω*, *λέλαθον*, conjunctae sunt, uno vinculo
complexum sit. Quae autem verbo, de quo quaestio est, si-
millima videntur, *αὐξάνω καὶ βλαστάνω* [1]) ea jam prius signi-
ficavi cum verbis crescendi consocianda videri, quae quum 383
plerumque transitiva sint, reflexione ad subjectum speciem
neutralium sibi induunt. Hinc progredimur ad verba in *αινω*,
quorum unum *ὀσφραίνω*, sicut correlata *γεύω* et *πιπίσκω*,
factitivae potestatis terminos non egreditur [2]), cetera pleraque
modo intransitiva sunt, modo factitiva: *δειμαίνω* [Plat. Civ.
XI. 933. C.] *κυμαίνω*, *οἰδαίνω*, *ὀργαίνω*, [*ἐρείπω* i. e. *κατα-
βάλλω* Schol. Il. XIV. 15. Apollon. Synt. 280.] v. Matthiae
ad Eur. Alc. 1116. ac maxime verba ab adjectivis propagata
inter utrumque nutant, *ἀγριαίνω* [3]) *αὐαίνω* [4]) *γλυκαίνω* [5])

---

[1]) *Θεὸς ἄμπελον ἐβλάστησε* Nonn. XXXVI. 356. *Ῥείη Κορυβάντων ἐκ χθονὸς ἀνεβλάστησε γενέθλην* XIV. 26. *σίδηρος Ἀθήνην πατρῴων ἀνεβλάστησε καρήνων* Coluth. 180. *δύναμις πάντα αὔξει καὶ τρέφει καὶ βλαστάνει* Hippocr. de Alim. p. 25. T. II. Si vero res, quae ipsae germinant, aliquid ex se germinare dicuntur, ut Aretae. Cur. Ac. II. 3, 266. *ἡ αἴσθησις ἐξεβλάστησε τὴν φυήν*, Hippocr. l. c. p. 17. *ἡ τροφὴ ἐξεβλάστησε τὴν ἰδίην ἰδέην*, Themist. Stob. Flor. I. 87. p. 84. *τὰ πάθη παραβλαστάνει τὰς κακίας*, tum non necesse est huic verbo factitivam tribuere potestatem, sed accusativus additur *κατὰ τὸ σημαινόμενον*. Illa enim non proprie dicta sunt sed per translationem: *floris instar* vel *quasi efflorescens profert* cf. Adnot. v. 376. Neque magis huc pertinent quae actionis intransitivae effectum significant, *Θήβας ἀνωλόλυξα* Eur. Bacch. 24. *jubilando excitavi*, non ut *ἀναχορεύειν τινά* Orest. 582. nam simplicia ipsa discrepant, sed ut nos dicimus *einen aufschreien*, *auflärmen*, et Graeci *συμβοᾶν* pro convocare.

[2]) *Γλήχωνι αὐτὸν ἀποσφραίνει* Lucill. Epigr. XCVIII. *μήκωνος φύλλα ὄσφραινε (αὐτοὺς) καὶ ὑπνώσονται* Galen. Comp. Med. sec. Loc. IV. 795. T. XII. *τοὺς βουλιμιῶντας ἀνακτησώμεθα ὄξει ὀσφραίνοντες* Eupor. I. 10, 374. T. XIV. *ἐὰν κόριον προσοσφραίνῃς αὐτόν* Geopp. XIX. 2. *κόρεις θλάσας προσόσφραινε τῷ ζώῳ* XIII. 17.

[3]) Utriusque significationis exempla exhibent Lexicographi, sed intransitiva, quam ut secundariam transitivae postponunt, multo est frequentior.

[4]) Hippocr. de Morb. Mul. I. 630. T. II. *δεῖ τὰς ὑστέρας ἀναστομῶσαι καὶ αὐαίνειν*, mox vero *ὑστέρας αὐαινούσας* dixit intransitive p. 639. Idem *λορδαίνειν* et *ἀπομυλλαίνειν* absolute usurpavit.

[5]) Herodian. Epimm. p. 80. *τὴν πηγὴν πικρὰν οὖσαν ἐγλύκανεν ὁ Μωυσῆς.* Hippocr. de Nat. Puer. I. 413. *τὴν ἰκμάδα ὁ ἥλιος γλυκαίνει.* [Theophr. p. 422. *ἡ ὑδρεία γλυκαίνει τὰς ῥόας.*]

λορδαίνω, *ὑγιαίνω* [1]) *χωλαίνω*, postremo *λευκαίνω* et *μελαίνω* [2])
384 quibus hoc cum quibusdam aliis verbis colorem significantibus commune est, *ἐρεύθω* [3]), *πορφύρω*, *φοινίσσω*, *nigro*, *purpuro*, *rutilo* etc. Neque abest haec ambiguitas a ceteris verborum terminationibus, *ἀνιάζειν*, *θηλάζειν*, *συμβιβάζειν* [4]), *στασιάζειν*, *συνουσιάζειν* [5]), *γνωρίζειν* [6]), *ἑλληνίζειν* [7]), *ἐλπίζειν* [8]), *ἁρμόζειν*, [*ἀπαρτίζειν* [9])], *θαρσύνειν* [10]), *πληθύνειν* [11]), *σκληρύ-*

---

[1]) Hipp. de Morb. Mul. I. 625. et 655. et de Nat. Mul. p. 541. *μελεδαινομένη ἐν τάχει ὑγιαίνει.* Philostr. V. Ap. I. 10, 11. *ὑγιάνας sanatus.* Artemid. III. 39, 180. *οὐδὲ τῷ ὑγιαίνοντι λέγει τις, ἀναῤῥώσεις* (*ἀναῤῥώσει*) *καὶ ὑγιανεῖς*, sed active Dicaearch. Descr. Pelii p. 30. Huds. *ὁ φλοιὸς τοὺς κοιλιακοὺς ὑγιαίνει,* et Clemens Cohort. I. 8.

[2]) *Μελαίνει nigret* vel *nigrescit* Plat. Tim. p. 83. A. Theophr. de Ign. 50, 123. Philodem. Ep. XV. Plutarch. de prim. frig. XIII. 109. T. XIII. [*ὑπομελαίνει* Paus. II. 10, 6.] sed *μελαίνουσι denigrant* Aelian. H. Ann. XV. 11. Galen. de Comp. Med. Locc. I. 3, 439. T. XII. De homerico *μελάνει* disceptant veteres, utrum valeat *μελαίνεται* an, ut Aristarchus voluit, *μελανοῖ.* Quin praesens sit, nemo dubitavit, neque illis suboluit, quod Buttmanno ad Arat. 836. qui statuit a *μέλας* nullum verbum nisi circumflexum duci posse; quum vero praeter *μέλας, μέγας* et *τάλας* nullum extet adjectivum in *ᾱς* mobile, atque horum trium unum *μέλας* verbo ortum dederit, quomodo affirmari potest a *μέλας* non *μελάνω* sed *μελανέω* oriri? Bernhardy contra ad Dionys. p. 820. *μελανέω* repudiat, soliusque participii usum, *τὸν μελανεῦντα, ἡ μελανεῦσα*, poetis Alexandrinis concedit, quin hoc *μελανεῦσα* cum *παιδοῦσα* et *τεκνοῦσα* comparat, inconvenientia jungens. Pro *χλωρὸν καὶ μέλαν ἐὸν* Hipp. Progn. p. 90. T. I. Galenus in Gloss. s. h. v. *μελανέον* in quibusdam libris legi testatur; *φύλλα μελανοῦντα* Theophr. de Ign. 50, 723. *ὦτα μελανοῦντα* Geopp. XIX. 2, 1211. *τὰς μελανούσας τρίχας* Xenocrat. V. 35, 19. qui crebrior participii usus non plus mirationis habet quam quod *gemmans*, *stellans*, *radians*, *viridans* pro adjectivis saepissime usurpantur, raro alia tempora modique. [*κυανέω* Dionys. Per. 1111.]

[3]) *Τὸ πρόσωπον ἐρεύθει* Hippocr. de Morb. Mul. p. 302. T. II. *φύσει ἐρυθρὸς ὢν ἐρευθεῖ* (sic) *μᾶλλον* Lucian. Neron. §. 7.

[4]) Photius et Timaeus *Συμβιβάσαι, εἰς συμβίβασιν καὶ ὁμολογίαν ἐλθεῖν*, sed auctor non extat v. Rudolph. ad Ocell. p. 277. Schneider. ad Plat. Civ. T. II. 214.

[5]) Xenoph. Eph. II. 9. *τὴν Ἀνθίαν τῷ οἰκέτῃ συνουσιάζειν ἐνενόει,* sed suspectum Hemsterhusio, cui non succurrebat Theophylact. Simoc. Hist. IV. 6, 98. *περόνας πυρὶ συνιουσιάσας.*

[6]) Vid. Toup. ad Longin. p. 278.

[7]) Thomas M. *ἑλληνίζω οὐ μόνον ἐγὼ ἀλλὰ καὶ ἄλλον.* Pindarum *ἐρίξαι* dixisse pro *εἰς ἔριν κινῆσαι* Eustathius refert Opusc. X. 56, 95.

[8]) Grammaticus Hermanni p. 350. *ἐλπίζω ἀμετάβατον καὶ ἐλπίζω ἀντὶ τοῦ εἰς ἐλπίδα ἄγω.* Thomas *Ἐλπίζω οὐ μόνον τὸ προσδοκῶ ἀλλὰ καὶ τὸ εἰς ἐλπίδας ἐμβάλλω*, sed apud auctores, quibus nituntur, *ἔλπω* legitur et *ἐπελπίζω*, quod ut *ἀπελπίζω* lege compositorum utramque significationem complectitur v. Ellendt. ad Arrian. T. I. p. 89.

[9]) [*Ἀπαρτίξειν πρός τι* neutrale Aristot. Polit. V. 8, 22.]

[10]) *Ἀναθαρσύνειν* neutraliter Plutarch. V. Lucull. XIV. 296. Idem videtur V. Cat. Maj. XX. 416. *τὰ δινώδη καὶ τραχύνοντα τοῦ ποταμοῦ* pro *ταραχώδη* posuisse.

[11]) Ap. Dion. Cass. VI. 2. p. 809, 22. *τὴν πατρίδα συμπληθύνετε* Stur-

νειν[1]), *ἀληθεύειν*[2]), *βακχεύειν*[3]), [*εἰρηνεύειν*[4])], *βασιλεύειν*[5]), 385
δημοσιεύειν, *στρατεύειν*[6]), *χωλεύειν*, *φυγαδεύειν*[7]) cum com-
posito *ἀπεχθαίρειν*, de quo supra diximus. Ex ceteris clas-
sibus huc pertinent *ἀχλύω*[8]), *ἠνύω*[9]), *βριάω*, *γανάω*[10]), *θοι-*
νάω[11]), *λωφάω*, *ἐνδιάω*, *ἀλγέω*[12]), *ἀρθμέω*, *ἐρωέω*, *θαμβέω*[13]), 386

---

zius correxit *συμπληθύνετε* scriptoris usum sequens; sed *συμπληθύειν* transitivum est apud Herodotum. v. Toup. ad Longin. p. 356.

[1]) *Σκληρύνει* Hippocrates in Epidem. et Aphorr. saepius pro *σκληροῖ*, semel pro *σκληρύνεται* ut videtur, usurpavit, *ἡ γαστὴρ ἐπαίρεται καὶ σκληρύνει* de M. M. II. 767. sed quod paucis interjectis sequitur, *ἢν μηκύνῃ ταῦτα πάντα*, et p. 784. *ἢν ὁ χρόνος μηκύνῃ* hoc verbum etsi absolute positum est, tamen a transitiva significatione nihil remittit sed dicitur ut *μὴ μηκύνω* v. Bos. Ell. p. 255. Schaefer. ad Dion. p. 368. et latinum *ne longum faciam.*

[2]) Lucian. Adv. Ind. §. 20. *ὡς ἀληθεύοις τοὺς ἐπαίνους αὐτῶν.* Saturn. §. 9. *τὴν παροιμίαν ἐπαληθεύσαιμι ἄν.* Sic et Philostr. Jun. Imagg. VIII. 874. saepiusque Thucydides.

[3]) Procl. H. II. 11. *βακχεύσατέ με.* cf. Wernsdorf. ad Himer. Ecl. X. 6, 180.

[4]) [De *εἰρηνεύειν* pacificare dixit Reiskius ad Const. p. 144. cf. p. 140. *κοινωνεῖν* interdum pro *κοινοῦν* valere ostendi in Aglaoph. p. 18.]

[5]) Grammaticus Hermanni p. 392. *βασιλεύω ἀντὶ τοῦ βασιλέα ποιῶ*, quod unde sumtum sit, apparet ex Syntaxi adjuncta Etym. Gud. p. 589. *τὸν υἱὸν Κὶς ἐβασίλευσεν ἀντὶ τοῦ βασιλέα ἐποίησε.* Sed Ctesiam c. XIII. ita loquutum esse ex eclogis Photii editores falso colligunt. [V. Reiskium ad Const. l. c.]

[6]) Synes. de Regn. p. 5. *σὲ μὲν στρατεύει τὸ βασιλεύειν.* Dionys. Rhetor. VI. 336. T. V. *ζητεῖ αὐτοὺς ἐκστρατεῦσαι.* Orig. c. Cels. VIII. 797. C. *οὐ δήπου τοὺς ἱερέας στρατεύετε.* Schol. ad Philostr. Her. p. 391. *ἐστράτευσε τοὺς ἐν ἡλικίᾳ.* Appian. Civ. I. 42. *τοὺς δούλους ἐστράτευε* cf. Schweighaeuser. ad L. II. 141. Idem L. III. 45. *τὴν ἴλην πρὸ τοῦ ἄστεος στρατοπεδεύσας.* [Verborum *στρατεύειν* et *στρατοπεδεύειν* significationem factitivum copiosius comprobavit Wannowski de Synt. Anacol. p. 245.]

[7]) *Φυγαδεύειν* exulem esse significat Hippocr. Epid. VI. 631. T. III. Polyb. X. 25.

[8]) Nonn. IV. 368. *ἤχλυσεν αἴγλην.* Themist. Or. XI. 144. C. *οὐδ' ἂν ὁ θυμὸς αὐτοὺς ἐπαχλύσειε.* Sext. c. Rhet. p. 213. *ἐπήχλυσε τὴν συμβουλίαν.* Gregor. Naz. Carm. XIII. p. 87. C.

[9]) Transitivam significationem tuentur veteres Grammatici et vulgata lectio oraculi Paus. X. 9, 5. quo accedit homericum *ὑπεμνήμυκε* et primitivum *μύω* cf. Wernick. ad Tryph. p. 35. sq.

[10]) V. Voss. ad Arat. v. 189.

[11]) Eur. Ion. 982. *οὐ πατὴρ θοινᾷ φίλους.*

[12]) V. Schneideri Lex. Gr. Suppl.

[13]) Hoc nititur admodum incerta lectione versuum Ibyci Athen. XIII. 601. B. Sed auxiliatur Hesychius *Θαμβεῖ ἐκπλήττει*, et passivum *θαμβεῖσθαι*, et nomen *θαμβήτειρα terrificam* significans. [*καταδεῖσαι*, terrere, Phalar. Ep. 84. 262.]

θαρσέω, *ἠχέω* [1]), *πονέω* [2]), *ταλαιπωρέω* [3]). Non retuli in hoc numero composita, velut *ἐπελπίζω*, *καταμεθύω* [4]) et cetera ob eam rationem quam ad v. 40. attuli. Item praetermisi ex simplicibus *ἀλεαίνω* [5]), *πελάζω*, *ἐθίζω*, *ἐγγίζω*, *δεδίσσομαι*, *ὁρμέω*, aliaque, quae si accusativum regunt, suam et propriam vim obtinere, si vero absolute posita sunt, ad subjectum suum reflecti videntur; quod idem de aliis nonnullis suspicari licet; velut *λωφάω*, si proprie significat desinere, verbis ambiguis recte a nobis adnumeratum est, si vero propriam et nativam habet liberandi significationem, reflexivis adscribi oportebit. Denique non diffiteor, quod caput est
387 hujus quaestionis, utra sit in quoque verbo notio principatior, transitiva an contraria, id plerumque nullis rationibus demonstrari posse sed exemplis nos duci ad suspicandum plerumque paucis aut novitiis aut controversis. Nam terminatio ipsa indicium nullum praebet; *ἐπιβάσκειν* factitivum est, *διαβάσκειν* et *περιβάσκειν* neutralia, *ποάζειν* res diversissimas, herbescere et herbas evellere significat, *νωτίζειν* dorso onus subire, dorsum tegere, fugere, fugare, *μαθητεύειν* discipulum esse et discipulis erudiendis operam dare, sicut *λοχεύειν* parere et puerperam curare, *νοσηλεύειν* aegrotum curare [6]). Sed si ta-

---

[1]) Theocr. II. 36. *τὸ χαλκίον ὡς τάχος ἄχει, fac sonare*, cui Kiesslingius ad h. l. et Heldius ad Plut. Tim. 435. propere apponunt tanquam similia *κόσσυφοι ἠχοῦσιν ποικιλότραυλα μέλη, dulce sonant tenui gutture carmen aves*, neque animadvertunt aves ipsas sonum edere, sed mulierem Theocriteam, quae rhombum aeneum impellere jubetur, ipsam non sonare. Non magis huc pertinet Nonn. XVI. 371. *πηγὴ λευκὸν ὕδωρ κελάρυξε*, et quae in Adn. ad h. v. prima attuli; sed conferri poterit *δουπήσεις κώπην* Joann. Ep. X. Anall. III. 13. *remum cum strepitu ages*.

[2]) *Πονεῖ* pro *πονεῖν ποιεῖ* legitur apud Pindarum, Anacreontem et saepius ap. Hippocratem, *μὴ διάῤῥοια πονήσῃ μιν* de M. M. I. 658. *πάντα μιν μᾶλλον πονήσει* p. 621. 625. 665.

[3]) V. Priscian. Inst. XVIII. 28. p. 257. Thomas M. s. v. eademque significatione *καταταλαιπωρεῖν τινα δεσμοῖς* Theophyl. Sim. Hist. V. 1, 120. C. Incertiora sunt *θεωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα* Soph. Oed. C. 1083. *ταρβήσουσα βροτούς* Lycophr. 1177. ubi Bentlejus *ταρμύσσουσα*, Hermannus ad Hec. p. 140. *ταρβήσσουσα* corrigit. Ob eandem causam omisi Aesch. Suppl. 901. *οὔ μ᾽ ἐγήρασαν τροφῇ*.

[4]) Thomas *Μεθύω ἀμεταβάτως, καταμεθύω δὲ ἕτερον*. Pro passivo *μεθύσκειν* in Alcaei Fragm. IV. 14. jam Buttmannus *μεθύσθην* correxerat; sed *ὁ ἀνὴρ μὴ μεθυσκέτω* Hippocr. *περὶ ἀφορ.* p. 12. T. III. *μεθύσας* ebrius Nonn. XXVIII. 211. pro *μεθύων*, et Galen. Comm. III. in Prorrh. I. 123. p. 776. T. XVI. *ὃς ἐμέθυσε* perperam pro *ἐμέθυε* scriptum. De *ἀναβιοῦν* v. Suid. s. v. et Jacobs. ad Aelian. p. 77. de *ἀναζωπυρεῖν* Corais et alii apud Heldium ad Plut. Timol. p. 444.

[5]) v. Jacobs. ad Aelian. p. 306.

[6]) Si quis modo verborum *νοθεύειν, τυμβεύειν, νυμφεύειν, πρεσβεύειν, χερσεύειν*, significationes consideret, fixos a Grammaticis terminos (v. Buttmann. Gramm. §. 119, 2.) nulli usui esse reperiet.

men in unam aliquam partem exempla plurima propendent et luculentissima, in ea verbum ipsum quasi natum dicimus, et proinde illas actionis vicissitudines et conversiones, quantum fieri potest, nominum varietate distinguimus, transitivas, intransitivas, retransitivas, factitivas vocitantes. Jam ut ad propositum me referam, postremi generis exempla non admodum multa sunt, *ὀσφραίνω*, *πιπίσκω*, aliaque in *ισκω* et *υσκω*; plurima vero, ut supra ostendimus, factitivam et intransitivam complexa eaque omnes fere terminationes pervagata, *αινω*, *υνω*, *αζω*, *ιζω*, *αω*, *εω*, *ευω*, praeter *ανω*, quod fortuitum videri potest. Si quis tamen verbo *μανθάνω* hanc licentiam concedere vereatur ob eam causam quod, quum ipsum tritissimum sit, tamen nusquam aliud quam discere significet, equidem fieri posse arbitror, ut poeta in vocabulorum usu multiplex et varius significationem illi attribuerit propriae et usitatae ita affinem, ut in plerisque linguis docendi et discendi notio aut eodem aut consimili notetur sono. Ac ne huc quidem confugerem, si ceterarum hujus loci interpretationum una esset ita confirmata, ut nihil dubitationis relinqueret. Elmslejanam illam, quae eadem Tricliniana est, Hermannus quoque sequitur sed correctione quadam adhibita, verba poetae ita explicanda dicens *οὐδεὶς τόπος ἐπιστάμενος ποιεῖ με συμμαθεῖν*. Neque ego rejicio, sed exemplis istis parum con- 388
firmari arbitror.

V. 870. *Ἰδοὺ, ἰδοὺ, δοῦπον αὖ κλύω τινά.* Hermannus *ἰδού* semel scribendum esse docuit, quo hic versus adaequatur ei, qui hujus hemichorii secundus est *πᾷ, πᾷ.* Pro *δοῦπον γὰρ αὖ*, quod Turnebus cum codd. novitiis edidit, Brunckius revocavit Aldinam lectionem *δοῦπον αὖ*.

V. 872. *Κοινόπλουν ὁμιλίαν.* Jen. *παῤῥησίαν*, quod videtur indicium esse diversae lectionis *παρουσίαν* ex El. 1104. *κοινόπουν παρουσίαν.* Accusativus pendet a notione verbi *ὁρῶμεν*, quae imperativum *ἰδοῦ* sponte consequitur. Male Elmslejus in Add. ad Heracl. 693. post *ἡμῶν γε* comma posuit, poetam a genitivo ad accusativum transivisse existimans. *Νηός* Aug. C. quod probatur minus v. Elmslej. ad Med. 510. Ex seqq. verba *τί οὖν δὴ πᾶν ἐστίβηται* excerpta sunt in Anecd. Bachm. T. II. 357.

V. 876. *Πόνου γε πλῆθος.* Jen. et Mosq. B. *πόνων γε.*

V. 877. *Ἀλλ' οὐδ' ἐμοὶ δὴ τὴν ἀφ' ἡλίου βολῶν.* La. Lb. *ΓΔ.* Dresd. A. Aug. B. *ἀλλ' οὐδὲ μὲν δή*, quod placet Elmslejo. In cod. *Γ.* super *μέν* scriptum est *μοι.* Pro *βολῶν*, quod in Anecd. l. c. legitur, La. *βολῆς*, altero superscripto; *μολῶν Δ.* Dresdd. et Ald. *μολών* Triclin. quod Schol.

Jen. interpretatur ἐλθών. Eur. Or. 1263. τρίβον τὴν πρὸς ἡλίου βολάς. Joseph. Antt. XV. 11. 782. κατὰ ἡλίου βολάς, *orientem versus*; τετράφθαι πρὸς ἀκτῖνα Philostr. V. Ap. VI. 4, 233. quod Suidas interpretatur πρὸς ἀνατολήν. Dionysius v. 231. ἐς αὐγάς, *ad radios* Priscian. Perieg. 526. Id vulgo dicitur πρὸς ἀνίσχοντος ἡλίου, ut opposita regio πρὸς δυσμῶν, cum contraria praepositione οἱ ἀφ' ἡλίου Αἰθίοπες Herodo. VII. 10. sine praepositione Homerus οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος [quod Bernhardy Synt. p. 137. permixte cum dissimilibus tractat]. Ed. Pr.

V. 879. Τίς ἂν δῆτά μοι. Sic Hermannus scripsit; codd. τίς ἂν δή μοι, unde Brunckius δή ejecit.

V. 880. Ἁλιαδᾶν. Bar. AB. Mosq. B. Dresd. B. Δ. ἁλιαδῶν. Codex Gregorii Dial. dor. §. 32. p. 226. τὰς γενικὰς τὰς εἰς ων ληγούσας διὰ τοῦ αν προφέρουσι, καὶ Σο-
389 φοκλῆς ἐν Αἴαντι ἁλιαδᾶν. Etym. M. Ἁλιάδες, ἔναλοι, οἱ διὰ θαλάσσης πλέοντες, cujus parapegmatis pars posterior ad Ἁλιάδαι pertinet. Hesychius Ἁλιάδων, ἐνάλων, quod si ex hoc fabulae nostrae loco sumtum est, recte faciunt qui ἁλιαδῶν corrigunt. Eodem errore Ἀσκληπιάδων scribitur in Photii Epist. CLXX. Ῥωμυλίδων in Thalli Epigr. II. 150. T. II. Ἀλωάδων Philostr. Heroicc. p. 36. Boiss. Ἡφαιστιάδων Diog. La. III. 41. cujusmodi vitia alia sustulit Berglerus ad Alciphr. I. Ep. 2. neque ea defendi licet lectione aliquot codicum in Dionys. Per. 1039. πυλέων μὲν ὑπαὶ πόδα Κασπιαδάων, aut ea quam Heinsius Ausonio inseruit Griph. v. 30. *et lyrici vates numero sunt Mnemonidarum.* In contrariam partem peccant Αἰακιδῶν νήσων Steph. s. Οἰνώνη, et ap. Basilium de Mirac. Thecl. L. I. 140. τῶν κητιδίων (scr. Κητιδείων) τούτων καὶ εὐπατριδῶν γυναικῶν. Neque enim, si Procopius Hist. Arc. XVI. p. 47. (p. 120. Orell.) praedicato diversum a subjecto genus tribuit: λογισαμένη εἰ εὐπατρίδης ἡ γυνὴ καὶ βασιλὶς εἴη, idem licuit facere epitheto. Vitiosa est notatio τὰς εὐπατρίδας Dio Cass. XLVI. 45. p. 482. et τῆς εὐπατρίδος Νηρηΐδος Eur. Iph. A. 1064. quod apparet ex κακόπατρις, ὁμόπατρις (addendo Lexicis ex Eust. p. 471, 18.) et ex regula ipsa v. Etym. M. s. Ἔλπις. Redeo ad Sophoclem. Scholiastes: ἁλιάδαι οἱ παῖδες τῶν ἁλιέων ἤγουν οἱ ἁλιεῖς ὡς Ἀσκληπιάδαι οἱ ἰατροί, quod aptum foret exemplum si medici Ἀσκληπιοί vocarentur. Quod autem Grammatici praecipiunt οὐ ποιοῦσιν ἀπὸ προσηγορικοῦ πατρωνυμικά Etym. M. 554, 40. id, si ad formam patronymicorum referimus, poetas non servasse multis constat exemplis, quorum prima reperiuntur apud Lyricos. Alcaeus Fragm. VI. p. 16. Pittacum ζοφοδορπίδαν vocavit, quod alibi ζοφοδορπίας scri-

bitur ut *σπουδαρχίδης* et *σπουδαρχίας* Anecd. p. 63. Pindarus Neptunum *ἐννοσίδαν* Pyth. IV. 58. et 307. cui nihil simile est praeter ludicrum nomen *ὀφρυανασπασίδης* Epigr. *Ἀδεσπ.* CX. neque tamen iccirco a nomine *δᾶ* insolita Graecis ratione compositum dicam. *Συκοτραγίδης* ex Hipponacte et Archilocho affert Eustathius p. 1828, 12. eamque terminationem Grammatici dialecto aeolicae adscribunt: *Αἰολέων ἴδιον* 390
τὰ ἐπίθετα πατρωνυμικῷ τύπῳ φράζειν Schol. Acharn. 602. cui apprime convenit *ῥεθομαλίδαι* [v. Schol. Il. XXII. 68.] ab aeolico *ῥέθος* compositum v. Hemsterh. ad Hes. s. *Ἰδομαλίδαι.* Laconica sunt *πολυχαρίδης* ap. Aristophanem, *Ὀδοντίδας πολυφάγος* et *Κρονίδαρ πολυέτης* ap. Hesychium. Sed manavit haec consuetudo longius. Apud Tragicos praeter *ἁλιάδης* legitur *κοιρανίδης* Antig. 940. et *θεοὶ οὐρανίδαι* Eur. [Hec. 148.] Phoenn. 837. quo loco non Coeligenae, qui ab Hesiodo dicuntur, sed coelicolae significantur, oppositi inferis. His succedunt Comici; Pherecrates, qui nomen *κλεπτίδης* fabricatus est Poll. VIII. 34. et Aristophanes, qui plurima hujus notae procudit: *σπουδαρχίδης* [1]), *μισθαρχίδης*, *στρατωνίδης*, quibus addatur *ὁ παρὰ Μενάνδρῳ βοΐδης, ὅ ἐστι πρᾶος καὶ εὐήθης* Fragm. p. 295. Ex iisdem fortasse fontibus derivatum *βουλοκοπίδαι* Anecd. p. 221. quemadmodum Solonis familiares *χρεωκοπίδαι* dicti sunt Plut. V. Sol. c. XV. Alcibiadis *Ἑρμοκοπίδαι*, ac nescio an Philoxeni cognomen *Ὑπερτονίδης* Poll. IV. 65. et *φθειροκομίδης φθειρῶν γέμων* Hesych. indidem fluxerint; *λοπαδαρχίδης* extat in Epigr. unde *ὀφρυανασπασίδης* protuli; *γραμμοδιδασκαλίδης* in Timonis versibus Athen. XIII. 588. B. *σταφυλοκλοπίδης* Anth. Pal. IX. n. 348. *δραπετίδης* Mosch. Id. I. 3. *οἱ φιλογαστορίδαι* Gregor. Naz. Carm. CCXXI. 412. T. IV. Bibl. Gall. Atque haec quidem joci et opprobrii causa ficta sunt; nec sine contumelia Syracusis delatores, quos Hiero induxit, *προςαγωγίδαι* vocati [2]). Sed hac nota carent deorum epitheta, Herculis *Βοαγίδας* Lycophr. 652. Liberi Patris *Ἡμερίδης*, quod Vossius ad Arat. 1138. minus recte interpretatur; *Οὐρανὸς ἀκμονίδης* id est *ἀκάματος* Antimach. Fragm. 391

[1]) Hinc sumserunt Liban. Epist. CCCXCIV. p. 201. Gregorius Naz. de V. S. p. 23. (ubi adscripta est glossa marginalis *φιλαρχίδης*) et Eustath. p. 199.

[2]) Plutarchi auctoritate motus Schneiderus in Arist. Pol. V. 11. (9, 3.) *αἱ ποταγωγίδες καλούμεναι* in *οἱ ποταγωγίδαι καλούμενοι* mutavit Comm. p. 348. assentiente Boeckhio Nott. Crit. ad Pind. p. 449. Neuter adhibuit Photii glossam *Ποταγωγίδες φάνται ἢ μηνυταί*, quae si accurata est interpretatio, sequitur sane viros huic negotio delegatos sed opprobrii causa feminine appellatos esse *lenas*.

XXIV. idemque deus εὐφρονίδης Append. Epigr. CCLXXXI. cui contrariam habet potestatem δυςμενίδης Aelian. V. H. III. 7. Στρατηγὸς ἡγεμονίδης II. Macc. XIII. 24. ἡσυχίδας δόμος Synes. H. VIII. 31. πενθερίδης socer Epiphan. de Pond. et Mens. p. 170. D. [Βασιλίδαι *regum posteri* Suid. βοαγίδης Hercules Lycophr. 652. κενταυρίδαι equi Anecd. Bachm. II. ἐντομίδαι Suid.] Alia ex ignotis loculis promunt Grammatici; αἰολίδας τοὺς ποικίλους Anecd. p. 361. qui alibi αἰολίαι vocantur; γηγυρίδαι, οἰκτροί Hesych. quo loco νηνυρίδαι scribendum videtur, ut infra νηνυρίζοντα, θρηνοῦντα, idemque Ἐμμορίδαι, μέτοικοι, qui vel propter ἔγκτησιν ita dicuntur vel ut coloni partiarii id est ἐπίμορτοι, et Πραξιεργίδαι οἱ τὸ ἕδος τῆς Ἀθηνᾶς ἀμφιεννύντες, quod restituendum est Jo. Lydo de Mens. III. 21, 118. πραξιεργίαι ἐκαλοῦντο οἱ ποντίφικες ὡςανεὶ τελεσταί. Latina hujus generis vocabula continentur Satyrographorum et Comicorum finibus, *stoicida*, *rapacida*, *oculicrepida*, *plagipatida*, *pultiphagonides*, et ceteri sales Plautini. Terminationis αδης unum est exemplum communi usu tritum γεννάδας, dorice signatum neque omnium casuum particeps, cetera aut glossematica ut γυγάδης insolentius a nomine proprio ductum v. Wernsdorf. ad Himer. XIX. 267. ῥηχιάδαι ἢ ῥηχάδαι οἱ τοὺς καταδίκους εἰς ῥαχίας βάλλοντες Phot. a quibus non multum distant qui ῥαχισταί vulgo nominantur: γαιάδας ὁ δῆμος ὑπὸ Λακώνων Hesych., aut ludicra, ut ζηταρετησιάδης Anthol. ἀλωπεκάδης πανοῦργος Etym. M. ἀρχογλυπτάδης idem et Eust. p. 211, 2. ῥακιοσυῤῥαπτάδης et στωμυλιοσυλλεκτάδης Arist. Rann. 849. [1] quibus assimilatum est proprium Μαριλάδης Acharn. 629. [2] Hinc levi declinatione distant vocabula plebeja in αδους, ἐμπληκταδοῦς, τηθελαδοῦς, de quibus dixi ad
392 Phryn. p. 299. (add. Herodian. π. Μον. p. 21.) patronymicum Μαιαδεύς et patronymici simile Ἐργαδεῖς, una antiquarum tribuum Ionicarum, qua, ut Strabo et Plutarchus ajunt, τὸ ἐργατικόν continebatur. His si addidero nomina affinitatium υἱδοῦς, θυγατριδοῦς, ἀδελφιδοῦς, ἀνεψιαδοῦς, et quae in ιδευς exeunt partim eadem significatione ut υἱδεύς, pars

[1]) Hesychius Ληϊάδης αἰχμάλωτος, nisi ληϊάδες, αἰχμάλωτοι scripsit. Idem Πατρόθεν πορδικάδαι, ὅτι πατέρων εἰσὶν ὄνων οἱ ἡμίονοι, scr. πορδακίδαι.

[2]) Homericum Δεξιάδης nonnulli perperam pro δεξιός acceperunt v. Schol. Il. VII. 15. parique errore Ἁρμονίδης pro patronymico, ut Phemius Τερπιάδης, Polyneus Τεκτονίδης. Sed illud andronymicum est ab Homero ex tempore fictum, ut Ναυβολίδης Od. VIII. 116. et Φιλομηλείδης, de quo in Dissert. de Praecc. Euphon. dicetur.

animantium patronymica ut *γαλιδεύς*, *λεοντιδεύς*, deinde patronymicorum hypocorismata *Αἰακιδεύς* Etym. M. s. v. *Μαιαδεὺς ἢ Μαιάδης τῆς Μαίας υἱός* Nicomach. ap. Phot. Bibl. CLXXXVII. p. 239. cf. Corais ad Isocr. p. 317. *Ἐρωτιδεύς*, *Χαιριδεύς*, postremo gentilicia et localia *Ἰλιάδης* Eurip. *Σικελίδης* Theocr. *Ἰταλίδης* Callim. *Maenalidae* Avien. Descr. v. 311. et quae Stephanus subministrat, *Ἠλιάδαι* et *Ἰδηΐδαι* pro *Ἠλεῖοι*, *Ἰδαῖοι*, haec igitur omnia si quis perlustret ex ordine collocata, clare perspiciet hac terminatione gentilitates, affinitates, nativasque similitudines declarari, sed ita, ut diversae rerum species vocalium vicissitudine inter se distinguantur. Sed quia hujus formationis initia a Lyricis repetivimus, adjiciendum est, quod e Schol. ad Il. *Ρ.* 324. discimus, fuisse qui hanc patronymicam appellativorum formam Homero ipsi tribuerent: *τὸ κήρυκι Ἠπυτίδῃ τινὲς πατρωνυμικῶς·* (adde *οὐκ εὖ·*) *ἀπὸ τοῦ Ἠπύτης γὰρ Ἠπυτάδης ὤφειλεν. Ἔστιν οὖν παραγωγὸν ἀπὸ τοῦ ἠπύτα κῆρυξ.* Cur igitur noluerunt ab *Ἤπυτος* arcessere, ut Passovius, et ut Virgilius ipse? Primum quia meminerant homerici *ἠπύτα κῆρυξ*, deinde quod *Ἤπυτος* nec legitur apud poetam, nec ut cetera andronymica in *τος*, *Αἴπυτος*, *Ἔλατος*, *Εὔρυτος*, *Ἔχετος*, *Ἴφιτος*, *Κτέατος*, *Λήϊτος*, *Νήριτος* etc. etymon evidens habet; quae rationes ut nobis angustiores videantur, apud severos illos ne dicam superstitiosos homerici sermonis exactores certe plurimum valuerunt; his satis fecisset *Ἠπυτάδης·* nam sic terminari solent patronymica a nominibus in *ης*, *εας*, *ευς*, *ιος*, *ων* profecta[1]) v. Etym. M. 554, 58. Gudian. p. 465, 56. Sed quum *ἠπυτίδης* praeferunt, *δραπετίδης* et similia spe- 393
ctantes, certe versuram faciunt; nam haec paragoge Homero inusitata est. Ed. Pr.

V. 880. *Ἔχων ἀΰπνους ἄγρας.* Schol. Rom. *γράφεται ἕδρας*, quod legitur in Ald. *Δ.* Aug. C. aliisque nonnullis et superscriptum est in Membr. sed merito spernitur.

V. 882. *Ὀλυμπιάδων θεῶν.* Hermannus existimat *Ὀλυμπιάδες θεοί* dici pro *Ὀλύμπιοι*, ut *Ἑλλὰς ἀνήρ*, pro quo si *Δηλιὰς ἀνήρ*, *Ἀχαιὰς ἀνήρ* vel aliud hujus terminationis afferri posset masculine positum, dubitationis foret minus.

---

[1]) *Ἀργεάδης*, *Ἱπποτάδης*, *Κεάδης*, *Μεγάδης*, cujus origo est *Μέγης*, et quae propter longam penultimam producta sunt *Ἀγχισιάδης*, *Θυεστιάδης*, *Λαερτιάδης*, quod Eustathius et Matthiae Gramm. T. I. §. 99. perperam ad nomen *Λαέρτιος* Homero ignotum referunt. Ab iis quae in *ος* purum exeunt, propagata sunt *Ἀρκεισιάδης*, *Ἀσιάδης*, *Ἀτυμνιάδης*, *Θαλυσιάδης*, a tritoclitis *Λαομεδοντιάδης*, *Μηκιστιάδης*, *Τελαμωνιάδης*. [*Μέγας*, *άδης* Cramer. An. Ox. I. 258. 274. *Ἱππότης*, *άδης*. *Βούτης*, *άδης*. *Κέας*, *άδης*. *Γράδης*.]

Elmslejo Ὀλυμπιαδῶν scribendum videtur, quod quum jam Musgravius proposuisset, negavi Ὀλυμπιάδης unquam in usu fuisse; neque Elmslejus exemplum afferre dignatus est. Praeterea chorus vix sperare potuit, Caelicolarum aliquem sibi in hac excursione obviam futurum esse. Itaque etiamnunc sic statuo, Oreades Dryadesque montis Olympi invocari, quem Tragicos ἀγεωγραφήτους cum Ida confundere rebusque Trojanis immiscere Strabo conqueritur L. X. 186. T. IV. Nec de nihilo in codd. La. Lb. *Γ*. *ϑεᾶν* scriptum videtur.

V. 884. *Βοσπορίων ποταμῶν ἴδρις*, hoc est accola sive deus sive homo. Nonnus L. XXVI. 174. *Κιῤῥαῖοι δεδαῶτες ἁλίκτυπον ἄντυγα νήσων*. *Gens conscia Nilo* Lucan. I. 20. ut et *noscere* dicitur pro *habitare* v. Burmann. ad Calpurn. Ecl. VII. 42. Drakenborch. ad Silium XVII. 22. Ed. Pr. Nomen *ἴδρις*, quod in Mosq. AB. omissum, ab Erfurdt. et Dind. ejectum est, Hermannus non accolam sed, ut Schol. Rom., incolam Naidem significare statuit et ab eo regi accusativum *τὸν ὠμόϑυμον*. Auctor Lexici *περὶ Πνευμ*. p. 227. (cf. Moschopul. Epit. p. 36.) nonnunquam *ἴδρις* dicit notari spiritu aspero, cujus vestigia hodie fortasse nulla supersunt praeterquam in digamma verbi *ἰδεῖν*, *videre*; *οὐκ ἴδρις* Eur. Thes. Fr. V. 1.

394 V. 885. *Τὸν ὠμόϑυμον εἴ ποϑι πλαζόμενον λεύσσων ἀπύοι*. Sic omnes codd. et editt. vett. Flagitiose Triclinius *τὸν ὠμόϑυμόν γε, εἴ ποϑι πλάζοιτ' ἂν, προςβλέπων ἀπύοι*. Brunckius *εἴ πού ποτε πλαζόμενον ἀπύοι*, quod Schaeferus recepit. Veriora nos docuit Hermannus *εἴ ποϑι* esse alicubi, ut *εἴ ποτε* et latinum *si quando* pro *aliquando* valet. Oppian. Hal. III. 165. *φεύγουσι καὶ φῶτα καὶ εἴ ποϑι καρτερόν ἰχϑύν*. Synes. de Regn. p. 16. D. *αἱ σαῦραι μόλις εἴ πῃ ἐκκύπτουσαι*. Arrian. Alex. IV. 17, 5. *προστάξας χειμάζειν τῆς φυλακῆς ἕνεκα καὶ εἴ πῃ Σπιταμένην συνεδρεύσοντας*, ubi alia attulit Ellendtius. Plutarchus V. Cic. c. VIII. *σωφρόνως διῆγε σπάνιον εἴ ποτε πρὸ δυσμῶν ἡλίου κατακλινόμενος*. Heliodor. II. 35, 105. *λόγων ἱερῶν εἴ τί ποτε ἐπύϑετο*. Dio Chr. Or. V. 190. *τοὺς ναυηγοὺς καὶ εἴ τινας τῶν Λιβύων ἥρπαζε*. Ad eandem ellipsin pertinent *εἴπερ ἄρα* et similia, *πλὴν εἰ ἄρα φελλοῦ* Theophr. Hist. Pl. IV. 15, 1. *πλὴν εἴ τινων ὀλίγων* II. 2, 2. *ὅπου δὴ φαινομένη* Heliod. II. 33, 101. *ὅ, τι δὴ ἐξαμαρτών* Herod. III. 145. v. Wyttenbach. ad Plut. T. I. 980. *ἀπολύσασϑαι διαβολὰς ὅϑεν δὴ κράτιστος* Plat. Phaedr. 267. D. etc.

V. 887. *Σχέτλια γὰρ ἐμέ γε τὸν μακρῶν ἀλάταν πόνων*. Verba *σχέτλια γὰρ ἐμέ γε* affert Eustathius p. 59, 29. Codd. Tricl. *σχέτλια γὰρ ἐμοὶ τῶν μακρῶν πόνων*. Brun-

ckius auctore Heathio verba *ἐμέ γε τόν* delevit et in seq. versu scripsit *ἐμὲ δ' ἀμενηνόν*. Bothius *σχέτλια γὰρ μακρῶν μ' ἀλάταν πόνων*. Lb. *τῶν μακρῶν*. *ΔΘ. τὸν μακρῶν* ut ceteri, cod. *Γ. τὸν μακρόν*. Glossa cod. Aug. *τὸν διὰ μακρῶν πόνων ἀλήτην*, quo supplemento non utimur. *Μακρῶν πόνων ἀλήτης* dicitur ut Eur. Andr. 307. *πόνους οὓς ἀλάλητο δεκέτεις*. *Ἀθλητὴς τῶν καλῶν ἔργων*, quod cod. Guelph. in Xenoph. Cyr. I. 5, 11. pro *ἀσκήτης* praebet, confirmat Pseudodemosthenis imitatio haec ipsa verba repetentis Or. I. c. Arist. 799, 14. *ἀθληταὶ τοῦ μεγίστου ἀγῶνος* Plat. Rep. III. 403. Plut. V. Pomp. c. XVII. *ἀγωνιστὴς πολέμων* Dionys. Antt. VIII. 67. cf. Boissonad. ad Philostr. p. 438.

V. 889. *Οὐρίῳ μὴ πελάσαι δρόμῳ*. Suidas s. *Οὔριος* 395
minus accurate *οὐρίῳ πελάσας δρόμῳ, τουτέστιν εὐθυδρομήσας*. Idem est quo Eustathius utitur p. 1452, 45. *ἀποκατασtῆναι εἰς οὔριον*. Perperam Bothius *πελάσαι αὐτῷ, τῷ Αἴαντι*.

V. 890. *Ἀλλ' ἀμενηνὸν ἄνδρα μὴ λεύσσειν ὅπου*. Bothius *ἀλλ'* et *ἄνδρα* omitti, Musgravius *μεμηνότ'* scribi vult, quod ipsum praebet cod. *Δ*. Scholiastes *ἀμενηνὸν ἄνδρα* ad chorum refert *ἐμὲ τὸν ἐξησθενηκότα τῷ κόπῳ*, Hermannus rectius ad Ajacem. Sed quod idem *ἀμένηνος* scribit, equidem non sustineo vocabuli pervulgati mutare notationem non solum exemplis plurimis sed etiam Grammaticorum testimonio nixam v. Herodian. Epimm. p. 175. et Lehrs. de Aristarch. p. 311. nec me movet accentus, quem conjugatorum multa non retrahunt [1]) atque adeo duo a praepositionibus loquelaribus composita, *ἀβληχρός* et *δαφοινός*, quae ipsa mobilia sunt pariter atque *ἀμενηνή* Hipp. de Morb. Mul. I. p. 734. T. VII. Chart. p. 620. T. II. Kuehn. Aristot. Probl. XI. c. 6. Lucian. Gall. §. 5. 297. T. VII. Plotin. Enn. [III. *α*. VI. 310.] VI. L. VI. 18, 690. C. Adverbium *ἀμενηνῶς* legitur Galen. de dign. puls. IV. 2, 159. T. VIII. Proparoxytonum *ἀμένηνος* nusquam legi praeter Themist. Or. IV. 60. C. XXI. 263. C. sed hoc a Dindorfio tacite introductum est.

V. 892. *Τίνος βοὴ πάραυλος ἐξέβη νάπους*. Hunc. v. affert Suidas s. *Πάραυλος*. Eustathius p. 1157, 54. *βοὴν πάραυλον — τὴν ἐξισουμένην αὐλῷ ἢ κατὰ θρηνῳδίαν ἢ διὰ τὸ τρανὲς*, illud quia tibiae sonus lugubris Paus. X. 7, 3. hoc quia, ut Horatius ait, acris. Sed ab *αὐλός* si compositum esset *πάραυλος*, dissonum potius significaret, ut *παράχορδος*,

---

[1]) *Χηλαργός* etiamnunc legitur Soph. El. 861. quanquam repugnat *πόδαργος* et *κνήμαργος*. *Γαλαθηνὸν ἦτορ* Simonid. Fr. VII. simplex esse videtur; Grammatici tamen compositis adnumerant.

παράμουσος, eumque intellectum habet *πάραυλα μέλη* apud Athenaeum, et verbum *παραυλεῖν*, quod Lexicographi nescio quo auctore *accinere* interpretantur. Scholiastae partim, ut
396 ille, *τὴν θρηνητικήν*, partim *τὴν ἐγγύς*, quae significatio obtinet in Oed. C. 786. — Nominum *ἡ νάπη* et *τὸ νάπος*, quae Schneiderus a Xenophonte ita distingui dicit, ut hoc silva, illo vallis significetur, perdifficilis est, ne dicam nulla, apud Tragicos distinctio. Euripides quidem illum Idae clivum, ubi deae a Paride judicatae sunt, in Androm. 275. primum *Ἰδαίαν νάπην*, paullo post v. 279. *ὑλόκομον νάπος* vacat; atque eundem soli delphici locum Pindarus utroque genere appellat v. Boeckh. Expl. p. 286. Nec discernit Xenophon junior v. Ellendt. ad Arrian. T. I. p. 14. [*Νάπος* Coloni Soph. O. C. 158. *νάπος* Dionys. Antt. T. I. 203. eadem *νάπη* ib. p. 211.]

V. 895. *Οἴκτῳ τῷδε.* Schol. Jen. *γράφεται καὶ οἴτῳ.* Male quidem. Hos versus cod. Jen. semichorio secundo tribuit, praecedentem *τινὸς βοή* primo.

V. 896. *Οἴχωκ', ὄλωλα, διαπεπόρθημαι.* — Similis congeries verborum idem demonstrantium Plaut. Cist. II. 1, 5. *exanimor, feror, differor.* [*Οἴχομ' Ἔρωτες, ὄλωλα, διοίχομαι* Anthol. Pal. V. 162.] Herodianus apud Koenium ad Greg. p. 66. illa mendose scripta *ᾤχωκα καὶ ὄλωλα διαπεπόρθημαι, φίλε*, Euripidi tribuit; sed *οἴχωκ' ὄλωλα* hinc repetit Suidas s. v. et Moschopulus ad Il. I. 218. Altera perfecti forma *ᾤχωκα*, quam Etym. M. 662, 42. una cum *ᾤχηκα* ab eodem themate ducit, reperitur in Aesch. Pers. 13. et Sophoclis Tham. Fr. I. sed neutro loco constanter scripta; nam et Aeschyli codd. *οἴχωκε* praebent et apud Athen. IV. 175. F. ubi Sophoclis verba afferuntur, non *ᾤχωκε* legitur sed *οἴχωκε*, eamque scripturam Dorotheus Schol. Ven. *K.* 252. ut ionicam vulgari *ᾤχηκε* praefert. Apud Herodotum VIII. 73. *παροιχώκεε*, mox autem *ᾠχωκυῖα* c. 108. *ᾠχώκει* c. 126. vulgatum est. *Ὤιχηκας, ἀπόλωλας* Dionys. Antt. IV. 82, 833. ubi e cod. Vat. *οἴχη* revocatum est; *χρόνου διωχηκότος* Niceph. Brev. rer. post Maur. p. 42. C. — Eodem modo *μέμβλωκα* dici Hesychius refert: *Μεμβλοκανιάζω, οἴχομαι, ἔξω τοῦ βίου εἰμί* scrib. *μέμβλωκα, ἀνιάζω*, quae interpretatio ad *μέμβληκα* pertinet, altera ad *μεμόληκα.* Similiter *ire* dicitur pro interire; ac fortasse *οἶτος* (interitus) nihil est aliud quam *itus, φοῖτος.*

V. 898. *Ἀρτίως νεοσφαγής.* Schol. Jen. *ἐκ παραλλήλου.* Haec ipsa verba leguntur Trach. 1130. et *ἀρτίως νεογενής*
397 Plat. Legg. VII. 792. E. quo evertitur Wakefieldii correctio *ἀθλίως νεοσφαγής* Silv. T. III. 152. Ed. Pr. Sequentia

κρυφαίῳ φασγάνῳ περιπτυχής profert Suidas s. *Περιπτυχής*, quod nomen *δυςμετάβλητον* sibi esse fatetur Schol. Rom. *τινὲς δὲ περικεκυλισμένος.*

V. 900. *Ὤ μοι ἐμῶν νόστων.* Cod. *Γ.* et plerique alii cum Ald. *ἰώ μοι.* Dresd. B. *ἰώ μοί μοι*, ut Brunck. et Bothius; *ὤ μοι* Herm. *οἴ μοι* Elmsl.

V. 901. *Ὤ μοι κατέπεφνες ἄναξ.* Codd. *ΓΔΘ.* et plerique alii *ἰώ μοι.* Post *ἄναξ* Hermannus *καί* excidisse putat.

V. 902. *Τόνδε συνναύταν.* Dresd. A. *τόνδε σόν.* In seqq. Ald. et codd. plerique *ἰὼ τάλας, ὦ ταλαίφρων*, Lb. *ΓΔ.* Par. C. *ταλαῖφρον*, quod reducendum videtur Mehlhornio ad Anacr. IX. p. 59. Oppianus Hal. III. 40. Homeri exemplo *ταλάφρων* scripsit; *ταλαίφρων*, quod Hesychius *καρτερικός* interpretatur, ter apud Sophoclem, semel apud Euripidem et in Append. Epigr. N. 257. consentientibus libris omnibus legitur; Eustathius p. 1736, 46. *ταλαίπωρος, ταλαίμοχθος καὶ τὰ τοιαῦτα* tribuit *τοῖς ὕστερον*, sic et *ταλαιπαθής* Anth. Pal. I. n. 32. et *ταλαπαθής* Suid. *τανάχαλκος*, et *ταναιμύκης*, cui *κραταίβιος, κραταίβολος, κραταίπιλος* Anecd. Ind. aliaque ad Phryn. p. 648. congesta comparari possunt; sed *κρατάβολος*, quod Lexicographi proponunt ut a *κράς* compositum, expungendum est.

V. 905. *Τίνος ποτ' ἆρ' ἔπραξε.* Bothius, ut versum antistrophae exaequaret, *ἄρα πρᾶξε* scripsit, Hermannus *ἆρ' ἔρξε*, quo aoristo Aeschylus saepius usus est, ubique cum spiritu leni, *πήματ' ἔρξαντες* etc. eodemque modo Sophocles, nisi quod Philoct. 684. *οὔθ' ἔρξας* alicubi legitur pro *οὔτ' ἔρξας*. Schol. Arist. Ach. 330. *τὸ ἔρξας δασέως ἀναγινώσκομεν, ὅταν τὸ πράξας δηλοῖ.* Lexicon *περὶ Πνευμ.* p. 218. *τὸ ἔρδω ἐν τοῖς τοῦ Ἰωάννου δασυνόμενον εὗρον, ἔνιοι δὲ ψιλοῦσι.* Sic scribitur *ἔρξαι* apud Homerum et Hesiodum, sed *τόν θ' ἔρξαντα* in versu cyclici poetae ap. Plat. Euthyphr. p. 12. A. *ἔρδῃ* Simonid. in Protag. 345. D. apud Herodotum modo 398
ἔρδειν modo *ἔρδειν* sed *ἀπέρξας* (al. *ἀπάρξας*) IV. 62.

V. 906. *Αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ.* Mosq. B. Dresd. B. non adspiratum *αὐτοῦ* contra Matthiaei praeceptum Addend. ad Iph. A. 368. p. 508. quod Hermannus ratum habet ad El. 277. [v. Ellendt. Lex. Soph. I. 227.] firmatque pars major exemplorum: *αὐτὸς καθ' αὑτοῦ* Sept. 391. Oed. T. 227. *αὐτὴ καθ' αὑτήν* Ion. 610. *αὐτὴ δ' ὑφ' αὑτῆς* Hipp. 396. *αὐτοὶ δ' ὑφ' αὑτῶν* Sept. 177. ubi, quia prima persona intelligitur, Elmslejus ad Heracl. 144. non adspiratum *ὑπ'*, quod Vict. praebet, praeferre videtur; *αὐτὰς καθ' αὑτάς* Demosth. 347, 18. qui loci a Matthiaeo omissi propter consonae praecedentis adspirationem ad probandum ceteris locupletiores videri

debent. Eo ordine, quo hic verba collocata sunt, *αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ* vel *αὐτῆς*, leguntur saepius Antig. 1177. Trach. 893. et 1134. Oed. T. 1237. Androm. 1143. Prom. 762. ubi cod. mutat *πρὸς αὐτὸς αὐτοῦ*, ut *ἐπ' αὐτὸς αὐτῷ* 921. *ἐξ αὐτὸς αὐτοῦ* Chilo ap. Diog. I. 73. saepissimeque articulus a pronomine suo disjungitur *τοῖς αὐτὸς ἑαυτοῦ* Aristid. T. I. 498. *τὸν αὐτὸς αὐτοῦ* Aeschin. c. Ctes. 462. [Phot. 242, 573. *τῆς αὐτὸς αὐτοῦ* Aristid. XLVI. 148. T. II. v. Iacobs. ad Philostr. Imagg. II. 10. 827.] etc. v. Matthiaei Gramm. §. 468, 6. Posteriores pronomine integro utuntur *ὑπὲρ τῶν αὐτὸς ἐμαυτοῦ παιδικῶν* Synes. de Regn. p. 31. C. Epist. 100. p. 239. D. [v. Schaefer. ad Aesop. p. 128.]

V. 907. *Πηκτὸν τόδ' ἔγχος περιπετές.* Hesychius *Πηκτὸς θάνατος ὁ τοῦ σαλαμινίου Αἴαντος τοῦ μανέντος, ὃς τῷ ξίφει ἐπιπεσὼν ἀπέθανε.* Photius p. 315. *Πηκτὸς θάνατος ὁ τοῦ Αἴαντος· περιεπάγη γὰρ τῷ ξίφει*, audacter sane quicunque sic loquutus est nec tamen sine exemplo v. ad v. 254. Pro *περιπετές*, quod Suidas *περιπεπηγός* interpretatur, Musgravius emendat *περιπετοῦς*, quia non ensis Ajaci sed Ajax ensi inciderit. Melius Eustathius p. 644, 47. *Σοφοκλῆς ἔγχος περιπετὲς εἰπεῖν ἐτόλμησεν, ᾧ περιπέπτωκεν Αἴας.* Similiter *ἄγκιστρα περιπαγέντα τοῖς ἰχθύσι* Aelian. H. Ann. XV. c. 10. *ὀδόντες τῇ δείρῃ περιπείρονται* Liban. Decl. T. IV. p. 1081. *ἑαυτῷ τὸ ξίφος περιέπειρε* Chrysost. Opp. T. III. 85. A. Ceterum et hic versus et quae antea v. 821. de ense terrae curiose infixo dicta sunt verbis pluribus, eo pertinent ut specta-
399 tores intelligant unde Tecmessa cognoverit Ajacem sponte gladio incubuisse neque ab alio quodam occisum esse; quae propter infestum Atridarum animum facile subrepere poterat suspicio, si praesertim jam prius de Ulixe tradita erant, quae supra ad v. 861. retuli. Nam ad caedem patrandam tam operosa machinatione opus non fuisse, ostendit vel Othonis exemplum, qui *τὸ ξίφος ὑποστήσας ὀρθὸν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ περιέπεσεν ἄνωθεν* Plutarch. V. Oth. c. XVII. Ed. Pr.

V. 909. *Ὤ μοι ἐμᾶς ἄτας, οἷος ἄρ' αἱμάχθης ἄφρακτος φίλων.* Codd. *Δ Θ.* et alii *ἰώ μοι.* Pro *αἱμάχθης* Paris. E. *Δ.* Bar. AB. Aug. C. Dresd. B. *ἡμάχθης.* *Ἄφρακτος φίλων* ex h. l. affert Suidas; Turnebus e codd. Triclinianis inseruit *τῶν.* Hesychius *Ἄφρακτος, ἀφύλακτος Σοφοκλῆς Αἴαντι μαστιγοφόρῳ.* Philostratus V. Ap. V. 35, 219. *φίλων δεῖ πλειόνων, οὐδὲ ἀφράκτους χρὴ ταῦτα πράττειν.* Quae sequuntur *ἐγὼ δ' — ἄϊδρις* excerpsit Suidas s. *Ἄϊδρις.* Ed. Pr.

V. 913. *Κεῖται ὁ δυςτράπελος, δυςώνυμος Αἴας.* Lege-

batur ὁ δυςώνυμος. Articulum omittunt Bar. B. Harl. Mosq. uterque et cod. Suidae, qui s. Δυςτράπελος haec verba apponit; eum deleri jussit Porsonus ad Orest. 1297. Tria prima verba affert Zonaras T. I. 678. subjecto scholio, in quo ὄργημα scribendum pro ὄρυγμα v. ad Schol. Σοφοκλῆς δυςώνυμον τὸν Αἴαντά φησι Eustath. p. 640, 34. Ex eodem fonte hausit Plutarchus Symp. IX. 6, 410. ἀφεὶς τὸν δυςτράπελον Αἴαντα καὶ δυςώνυμον, ὥς φησι Σοφοκλῆς, γενοῦ μεθ᾽ ἡμῶν. Ed. Pr.

V. 915. Περιπτυχεῖ φάρει καλύψω. Schol. Rom. περιλαμβάνοντι ἐνδύματι. Jen. περιπτυχῆ cum glossa περικεκαλυμμένον, et Schol. alter καλύψω τῷ φάρει περιπτυχῆ ποιήσασα, quae si antiquitus tradita esset lectio, redargui non posset. Adverbium παμπήδην, quo usi sunt Theognis v. 615. Aeschylus Pers. 126. Nicander Alex. v. 526. et ignoti versificatores ap. Plutarch. de Aud. Poet. p. 17. T. II. B. ac Proculum V. Plot. fin. scholiastes Nicandri πανταχοῦ Sophocleus παντελῶς, ut Suidas et Hesychius, interpretatur, idemque a
πᾶν, πάμπαν, propagatum putat, consentientibus Schol. Ven. 400
III. 213. Etym. M. 367, 10. et Grammatico in Anecd. Ind. s. Ἀμφικελεμνίς, ubi paraschematista παμπηδόν et παμπηδονίς afferuntur. Apud Eustathium vero p. 1502, 49. οἱ παλαιοὶ (Philoxenus fortasse vel alius quis monosyllaborum venator) ἀπὸ τοῦ πῶ τοῦ κτῶμαι καὶ τὸ πῶϋ καὶ παμπήδην καὶ παμπησία, ut a simili principio στήδην, βλήδην, κλήδην etc. Etym. M. p. 363, 42. ἐπιῤῥήδην ἀπὸ τοῦ ῥῶ τὸ λέγω, ὡς παρὰ τὸ τμῶ, τμήδην. Verbi πάομαι tempora nonnulla extant; alterius testis est Suidas Τμώμενος, τεμνόμενος. Ed. Pr.

V. 917. Οὐδεὶς ἂν ὅςτις καὶ φίλος τλαίη βλέπειν. Brunckius, *major*, inquit, *fortasse videretur vis sententiae si legeretur ὅςτις κοὐ φίλος*. Rectius sentit Scholiastes: ὑπερβολικῶς, ἐπεὶ οὐκ εἰκὸς ἐν τοῖς δεινοῖς τοὺς φίλους μαλακίζεσθαι. Quid enim miserabilius eo, cujus adspectum ne amici quidem ferre possunt? Ed. Pr.

V. 918. Φυσῶντ᾽ ἄνω πρὸς ῥῖνας. Vauvillierius et Wakefieldius Silv. I. 104. πρὸς ῥινός, scribi jubent adhibito Statii testimonio Theb. III. 90. *corruit extremisque animae singultibus errans alternus nunc ore venit nunc vulnere sanguis.* Nihil mutatione opus est; nam sanguis priusquam naribus effundatur, πρὸς ῥῖνας suffletur necesse est. Ed. Pr. Huc quoque convenit illud, *graeca res est nihil velare*, ne exspirantium quidem cruentos singultus. Homerus Od. XXII. 18. αὐλὸς ἀνὰ ῥῖνας παχὺς ἦλθεν αἵματος ἀνδρομέοιο. Sophocles Ant. 1239. καὶ φυσιῶν ὀξεῖαν ἐκβάλλει πνοὴν λευκῇ παρειᾷ

φοινίου σταλάγματος, cui loco simillimus est Aesch. Ag. 1393. *κἀκφυσιῶν ὀξεῖαν αἵματος σφαγὴν βάλλει μ' ἐρεμνῇ ψακάδι φοινίας δρόσου*, nisi quod hic cruentus halitus sive ut Virgilius ait *purpurea anima* Aen. IX. 349. audaciore metonymia *σφαγή* dicitur, quo nomine proprie usus est Dionysius Antt. XI. 37, 2252. *ἀνάμεστος αἵματος, ὃ προσεφύσησεν αὐτῷ ἡ σφαγὴ τῆς κόρης.*

V. 920. *Τίς σε βαστάσει.* Membr. Θ. et alii nonnulli *βαστάσῃ*, quod requirit Scholiastes: *τὰ ἀπορηματικὰ ὑποτακτικῶς γράφεται.*

V. 921. *Ποῦ Τεῦκρος, ὡς ἀκμαῖος, εἰ βαίη, μόλοι.* Hunc
401 versum affert Suidas s. *Ἀκμαῖος*, verba *ὡς ἀκμαῖος — συγκαθαρμόσαι* Moschopulus ad Il. II. 322. Brunckius *ὡς ἂν ἀκμαῖος* corrigit, Wakefieldius Silv. T. II. 127. *ὡς ἀκμαῖ' ἄν*, probante Hermanno ad Vig. p. 784. [et Porsono ap. Kiddium p. 220.] Ed. Pr. Hoc si quis anteponit, praesto sunt *φανεὶς ἄελπτα* Phoenn. 317. pro quo substantivo uti poterat ut Soph. El. 1273. *φιλτάτην ὁδὸν φανείς*, aliaque prius allata. Sed *ἄν* non esse necessarium Elmslejus statuit, quia *ὡς* utinam significet, *si venit, utinam tempori veniat*; Hermannus *utinam tempori, si veniat, adsit.* in quo offendit abundanter adjectum *si veniat*; nam Teucrum ab excursione aliquando rediturum esse certissimum erat; ac desidero exemplum optativi *ὡς* cum dubitativo *εἰ* conjuncti, quale foret: *ὡς, εἰ κομίσαιο, ταχέως κομίσαιο.* Matthiae in Gramm. §. 633. p. 1304. duas constructiones confusas putat; *quam opportunus veniret, utinam vero veniat.* Mihi unum illud aptum videtur *ὡς ἀκμαῖος* sive *ἀκμαῖ' ἂν μόλοι, εἰ (νῦν) βαίη.*

V. 922. *Πεπτῶτ' — συγκαθαρμόσαι*, transscripsit Moschopul. ad Il. II. 312. partem priorem Eustath. p. 229, 11.

V. 923. *Ὦ δύσμορ' Αἴας* — Hunc et seq. versum, quos Jen. choro tribuit, affert Suidas s. *Οἶος* et *Ὦ δύσμορ'*, quo utroque loco *Αἴαν* (sic) legitur Mosq. B. *ἐχθρῶν*. Plutarch. V. Demetr. XLVII. *ἀνδρὸς λαβεῖν οἶκτον ἄξια καὶ πολεμίοις συναλγῆσαι πεπονθότος.*

V. 925. *Ἔμελλες τάλας, ἔμελλες χρόνῳ στερεόφρων ἄρ' ἐξανύσειν.* Triclinius *ἔμελλες δὴ τάλας ποτὲ χρόνῳ*, quod Brunckius recepit ejecto *δή*. Suidas s. *Ἔμελλες* hoc modo: *ἔμελλες, ἔμελλες τάλας.* Pro *στερεόφρων* Jen. Mosq. B. Aug. B. et Ald. *στερεόφρον*, cod. Γ. *στεῤῥόφρον γρ. στεῤῥόφρυν* (sic). Hermannus edidit ex Erfurdtii conjectura *ἄρ' ὧδ'*, Neuius *ἄρ' ἐξανύσσειν.* Nihil immutant Bothius et Dindorfius.

V. 930. *Πάννυχα καὶ φαέθοντ' ἀνεστέναζες.* Elmslejus post *φαέθοντ'* inserit *ἄναξ*, Reisigius in Ephem. Jen.

anni 1818. n. 204. *ἀεί*, Hermannus *ἄρα*, cujus vestigium superesse in scriptura codd. Jen. et Mosq. B. *ἄρ' ἐστέναζες.* Idem quod Sophocles sed minus periculose dixit scriptor Epigrammatis Anth. P. Append. N. 225. *νυκτὶ καὶ ἠελίῳ μέγα* 402
πένθος ἔχουσι.

V. 931. *Ὠμόφρων ἐχθοδόπ' Ἀτρείδαις.* Lb. Dresd. A. Aug. C. *ὠμόφρον,* unde Elmslejus *ὠμόφρον'* expiscatus est. Perspicue scholiastes: *ὠμόφρων μέγα ἀττικῶς· οὕτω καὶ ὦ δύςμορ' Αἴας* v. 923. *Ἐχθοδοπός* Timaeus et Hesychius interpretantur *ἐχθροποιός*, nec dubitasse videntur, quin haec sit origo nominis ab *ἐχθοποιός*, sed correpta ultima ut *βοηθός, χείμαῤῥος*, reduplicata secunda, quo modo verbum *κυδοιδοπᾷν* a *κῦδος* (*κυδοιμός*) et *ὄψ* (*φωνή*) compositum volunt adhibito anadiplasiasmo attico Schol. Arist. Nubb. 618. Eustathius vero p. 106, 25. *ἐν τῷ οὐτιδανὸς πλεονασμός ἐστι τοῦ δ ὥςπερ καὶ ἐν τῷ ἐχθοδοπὸς, ὅπερ ἐκ τοῦ ἔχθω καὶ τοῦ ὄπτω*, quod si verum est, *ἐχθοδοπός* in usum venit pro *ἐχθρωπός* hoc latiore significatu, quo *ἀῤῥενωπός* dicitur pro *ἀνδρεῖος, κελαινώπης* pro *κελαινός*. Comprobat hanc sententiam Buttmannus in Lexil. I. 126. atque in exemplum affert *ἀλλοδαπός·* id enim ex *ἀλλο-δ-απο-ς* conflatum putat interposito delta euphonico, quod Latini syllabis quibusdam in vocalem exeuntibus addere soleant. Ac persuasit Fritzschio ad Marc. XIII. 554. Verum ea nimis calida hariolatio est; quis enim vidit unquam vocabulum graecum latinumve praepostero ordine in praepositionem desinens? [*Σκιάδιον σκιὰν διά, καρδία διὰ κῆρ* Eustath. 951, 4.] *Δρομιάμφιον* quidem nemo opponet. Nec permittunt veteres; Etym. M. p. 756, 44. *τηλεδαπὸς — οὐκ ἔγκειται τὸ ἔδαφος, ἀλλὰ παραγωγόν ἐστι διὰ τοῦ δαπος.* et Apollonius de Pron. p. 38. C. de Synt. II. 31. 188. sq. *ἡμεδαπός* et *ὑμεδαπός* simplicia esse argumentatur ex accentu non retracto, ex motione et ex eo quod pronomina primae et secundae personae omnino non componantur; quam patris subtilissimi sententiam vereor ne injuria deseruerit doctior filius v. Schol. *Ἰλ. Ω.* 657. Ergo res redit ad *ἐχθοδοπός*, quod ipsum accentum simplicium habet neque ex uno illo Platonis loco satis constat minus mobile esse. Si quis vero ab *ὄπτω* compositum mavult, Graecos delta euphonico usos esse ostendat necesse est. Quam in rem quae afferri possunt, ea omnia controversa sunt; primum ista homerica *ἀκηχέδαται, ἐληλάδατο*
et *ἐῤῥάδατο*, de quibus jam diu disceptatur [1]), deinde *ἐνδίεσαν*, 403

---

[1]) *Κεχύδαται* codd. Arch. et Vindob. Herodo. II. 75. *διακεκρίδαται* Dio Cass. XLII. 5. Hesychius *Ἀπεσπάδατο, ἀπέστησαν*, ex quo apparet *ἐῤῥάδατο* non opus esse a *ῥάζω* repeti. Mirabilius est ejusdem *Ἐσταλάδατο,*

quod Ptolemaeus pro *ἐνίεσαν* accipiebat sed exploditur a Schol. ad Il. Σ. 584. tertium *πολυδίψιον Ἄργος*. Sed ecquaenam religio est, adjectivis *ἀλλοδαπός* et *ἐχθοδοπός* paragogas concedere bisyllabas, quibus abundat latinus sermo *timus*, *tinus*, *bundus*, *cundus*, *lentus*, neque caret graecus, *ἀγρότερος*, *δημότερος*, quae terminatio in comparativis quoque et in correlativis (*δεξιτερός*, *sinister*) apparet, *ἀμφίδυμος*, *τετράδυμος*, *ἑπτάδυμος*, *γηθόσυνος*, *κηδόσυνος*, *οὐτιδανός* [1]), *πευκεδανός* [2]), *τυφεδανός*, *ληθεδανός*, *τηκεδανός*, quorum pleraque a sub-
404 stantivis in *δων*, *τηκεδών*, *ληθεδών*, *τυφεδών* [3]) propagata

---

ἐστολισμένοι ἦσαν, ubi non audeam hesiodium *ἐστάλατο* Scut. 288. substituere, neque ordo literarum patitur *ἐστολίδατο*, quod Herodoto tribuit Valckenarius, Eustathius autem in vulgato *ἐσταλάδατο* pleonasmum syllabae *δᾱ* agnoscit. In prioribus non dubito quin delta interpositum sit, idemque de nomine attico *Θούδιππος* suspicor, [v. ad Plutarch. T. VIII. p. 123.] Saepius ad concilianda asymploca assumitur, *ἀνδρός*, *σινδρός*, *χόνδρος*, quibus conferenda *γαμβρός*, *μέμβλεται*, *Κίμβροι*, saepissime in formatione *δείδω*, *ὕδωρ*, *χλιδή*, maxime post consonam, *μόλιβδος*, *μέλδω*, *ἄλδω* (alo), *ἀμαλδύνω*, *μελδόμενος* pro *μελόμενος* Tzetz. Anteh. 403. *ἀμελδῆσαι*, *ἀφροντιστῆσαι* Hesych. quibus omissis Apollonius de Conj. p. 525. Etym. M. p. 107, 48. Eustath. p. 106, 27. minus apta attulerunt. [Stephanus s. *Ἀρκάς — ἔλεγον δ' αὐτοὺς καὶ Ἀρκαδιώνδας τοῦ δ̄ πλεονάσαντος*. Herodianus Etym. M. *Ἁλκυών*, *ἁλκυδών* (halcedo), *πλεονασμῷ τοῦ δ̄· καὶ ἔστι μονῆρες*. Sed illi non imputabo quod paullo post proponitur *Ἀλοσύδνη — ἀντὶ τοῦ ἁλοσύνη ὡς γηθοσύνη*, cui assimilatum *Ὑδατοσύδνη*. Nec certius est quod de *κροκοδίλη* dicunt.] [*ἄχερδος*, *ἀχράς*, v. Welcker. Cycl. p. 365.]

[1]) Etym. M. 643, 4. ex feminina positione *οὐτιδανή* et *μηδαμινή* colligit, haec parasyntheta esse, illud ab *οὖτις*, *οὔτιδος*, alterum a *μηδαμός*. Huic similia sunt *κριθάμινος*, *πυράμινος*, quae facile distinguuntur a substantivis macroparalectis, *κυκλάμινος*, *συκάμινος*.

[2]) Arcadius p. 64, 16. *τὰ ἀπὸ (διὰ) τοῦ δανος ὀξύνεται, ἡδανὸς (ἑδανὸς) ὁ ἡδὺς, οὐτιδανὸς, ἑλλεδανὸς, ὁ συστρέφων*, quod nomen etsi substantivi significationem (*ὁ οὐλοδέτης*) accepit, tamen accentum non mutavit, ut et *νωτιδανός* piscis nomen, qui et *ἐπινωτιδεύς* dicitur Athen. VII. 294. D. sed substantivum *πευκέδανον* ab adjectivo *πευκεδανόν* accentu distinguit Eustathius p. 786, 28. vulgoque ita scribuntur nomina stirpium; quare mendosa videntur oxytona *πευκεδανόν* Hipp. de Morb. Mul. I. 737. Nat. Mul. p. 554. T. II. Galen. de Antid. II. 14, 190. T. XIV. Paul. Aeg. VII. 3, 250. *μυρτιδανόν* Hipp. Morb. Mul. II. 870. *ἐρευθεδανόν* in Theophrasti libris. In Sibyllae versu, quem Lexicographi afferunt s. *Τηλεδανός* scribendum est *τηκεδανῷ — νόσῳ*.

[3]) Adde *ἀκηχεδών*, quod cum *ἀκηχέδαται* congruit, *λακεδών*, *μελεδών*, *πυθεδών*, *σηπεδών*, *στρευγεδών*, *ψηκεδών*, quae omnia originem a verbis habent, ut et *σπαδών*, *φλεδών*, *κληδών*, *πρηδών*, *ἐδηδών*, *ἑρπηδών* (*ἑρπυδών* Lexicis eximendum), *ἀχθηδών*, *ἀλγηδών*, *χαιρηδών* (*ἀπὸ τοῦ ἀλγήσω*, *χαιρήσω* Schol. Arist. Ach. 4.) *ἰηδών*, *τερηδών*, *σπερηδών*, *σταληδών*, *Κηληδών*, excepto Hippocrateo *ὑγρηδών*, nisi hoc a verbo *ὑγράω* (ut *φαλακράω*, *μυδάω*) derivatum est; nam *ὑγρέω*, quod Passovius supponit, non videtur admitti posse. Sed *κοτυληδών* recte Athenaeus XI. 479. B. a *κοτυλή* repetit, et a similibus principiis *ἑλικηδών* Hesych. *μυρμηδὼν ὁ μύρμος* sive *μύρμηξ*,

videri possunt, sed neutiquam *οὐτιδανός, μυρτίδανον, ἐρευθέδανον*, ac vix etiam *μηκεδανός, ῥιγεδανός, ἠπεδανός* [1]) et huic assimilatum *νηπεδανός*, quae fortasse aliquis dicat vi et vertigine synecdromae in alienum tramitem traducta aut ex *ῥιγεδνός, μηκεδνός*, dilatata esse. *Νοσακερός* autem et *διψακερός*, *λεπτακινός* et *φυζακινός*, perinde ut *κυδάλιμος, πευκάλιμος*, dubitari non potest quin conjunctu syllabae formativae $\overline{\alpha\kappa}$ cum consueta terminatione $\overline{\epsilon\rho o\varsigma}$ ad hanc magnitudinem excreverint: *λεπτ — ακ — ινος, κυδ — αλ — ιμος*. Et quae Passovius paragogis adnumerat, *ὑλακόμωρος, ἐγχεσίμωρος, ἰόμωρος, σινάμωρος*, in his mihi idem nomen agnoscere videor, unde *μεμψίμοιρος, χαρίμοιρος, θεύμορος, φρενομόρως* composita sunt, neque viro praestantissimo assentior *εὐθύωρος* magis ad simplicia pertinere quam *νεωρής, νέορτος, παλίνωρος* [2]), quanquam reperiuntur paragogae bisyllabae a vocali inductae, *ἀπηνής, προςηνής, στενυγρός*, quod Galenus Comm. I. in L. de Artic. c. 64. p. 411. T. XVIII. P. I. conjugatum esse negat, *λήθαργος, γλώσσαργος, στόμαργος, λίταργος* 405 (*λέπαργος*?), *κνήμαργος* Hesych. quas terminationes si quis significabiles esse demonstret, haud invitus numerum complementorum polysyllaborum minui patiar. Sed donec illa stabunt, quae supra attuli, plurima et inexpugnabilia, *ἐχθοδοπός* quoque paragogorum in numero duci licebit; neque obstat, quod terminationes $\overline{\delta\alpha\pi o\varsigma}$, $\overline{\sigma\upsilon\nu o\varsigma}$, et ceterae multis communes, *ἐχθοδοπός* vero sui generis unicum est; nam et aliae terminationes formativae tantummodo uni, ad summum duobus adhaerescunt nominibus, *νεόγιλος, ὑπερφίαλος* [3]), nisi haec ab

---

ἀνθηδών, ἀνθρηδών (ἀνθρήνη), πεμφρηδών, τενθρηδών (τενθρήνη), σειρηδών, alcedo, et a *βεμβράς, βεμβραδών*.

[1]) Hoc non proxime ab *ἤπιος* sed a themate verbi *ἠπήσασθαι* i. q. *ἀκέσασθαι* descendere videtur. Cur *μηκεδανός*, quo Nonnus utitur Paraphr. VI. 36. Dion. XXXV. 329. [XL. 95.] et P. Silent. Ecphr. Soph. II. 445. Joann. Gaz. Ecphr. II. 24. Buttmanno suspectum sit, non intelligo. Nec placet Wyttenbachii de adjectivis in $\overline{\delta\alpha\nu o\varsigma}$ disputatio ad Plut. T. I. p. 226. qui *σφεδανός, ἀλαπαδνός*, aliaque admiscet, quorum delta thematicum esse videtur.

[2]) *Θεωρός* fortasse non ut *νεωρός* compositum sed paragogum est ut *κνέωρος* sive *κνέωρον* herba, quae alio nomine *κνῆστρον* dicitur v. Galen. Exeg. p. 502. Hesych. s. *Κνητόν*. [*Κόπος ἀρείφατος* Eurip. Rhes. 124. *ἡμίφατος* pro *ἥμισυς, κλάγγουρος* pro *κρακτικός, ὑλήωρος silvestris. Μεμψιβολέω, κερασβόλος. Πεδίων μιλτοπαρήων* Oppian. Cyn. III. 509.]

[3]) Proximum a vero abesse videntur veterum grammaticorum ii, qui ab *ὑπερφυής* productum putant. Iidem *ταλαύρινος* et *μελιηδής* paragogis adnumerant v. Lehrs. de Aristarch. p. 321. aliaque multa: *χαλκοπάρῃος παραγώγως· οὐ πρόςκειται γὰρ τὸ παρήϊον* Schol. Ven. *M.* 183. *ταλάφρονα — τινὲς παραγωγὸν καὶ μὴ ἐγκεῖσθαι τὴν φρένα* Id *N.* 299. *μελάνδετον ὡς*

obsoletis stirpibus composita sunt, *μελάγχιμος* (nam *δύςχιμος* syntheton videri potest) *δύςκολος* et *εὔκολος*, *αὐτόματος* et *ἠλέματος*. Si quis tamen nominis *ἐχθοδοπός* terminationem non *δοπος* sed *οπος* esse statuat, suffragatorem habebit Pseudoherodianum Epim. p. 208. qui illud cum *μαστροπός* (lenae hypocorisma ut *μάστρυς*, *μάτρυλλα* matercula Eust. 308, 2.) *χαροπός*, *χεδροπός*[1]) componit; quanquam *τὰ χέδροπα* sive *κέδροπα* plerumque proparoxytonum est, ut *κάρδοπος*[2]). Sed horum etyma non extant, neque magis de *ἠπεροπεύω*, *κλοτοπεύω*, *ἀπεροπός*, *ὀρσόλοπος*, quidquam constat, quod ad hanc quaestionem solvendam adhiberi possit.

406 V. 935. *Μέγας ἄρ᾿ ἦν.* Lips. AB. *ἄρ᾿ ἦν*, Jen. *ἦν ἄρ᾿*. Proxima verba *ἄρχων — πημάτων* affert Suidas s. *Ἀρχός*, et *ἀριστόχειρ ἀγών* s. *Ἀριστόχειρ*. Adjectiva, quale hoc est, a superlativo composita latinus sermo respuit, poetae graeci frequentant: *ἀριστόπολις*, *μεγιστότιμος*, *πλειστόμβροτος*, *πλειστοφόρος* Theophr. H. Pl. III. 7, 6. *πλειστοδυναμεῖν* Galen. de Diff. Puls. IV. 10. p. 95. T. VIII. quod dubiorum numero eximendum.

V. 936. *Ὅπλων ἔκειτ᾿ ἀγὼν πέρι.* Brunckius ante *ὅπλων* interposuit *Ἀχιλλέως*, Triclinii commentum, Musgravius *χρυσοδέτων*, Elmslejus *ἐν Δαναοῖς*, Hermannus lacunae signum. *Κεῖται ἀγών* Anthol. Pal. VI. n. 391. — In v. 937. cod. *Γ.* *οἴμοι μοι.*

V. 939. *Χωρεῖ πρὸς ἧπαρ, οἶδα, γενναία δύη.* Barocc. AB. *Δ.* et Harl. *ἤδε*, Boissonadio probatum ad Nicet. Eug. p. 166. et ad Aristaen. p. 652. ubi Burgessii conjecturas affert parum opportunas. Xenoph. Hell. V. 4, 11. *ὁ ἄνεμος πολλὰ γενναῖα ἐποίησε.*

V. 941. *Τοιοῦδ᾿ ἀποβλαφθεῖσαν ἀρτίως φίλου.* Hunc versum afferunt Suidas s. *Ἀρτίως* et Eustathius p. 853, 31. et p. 623, 31. *ἀποβληθεῖσαν* scriptum in *Δ.* et Aug. C. *ἀρτίου* super lineam in La. quam lectionem spectat Schol. Laur.

κελαινεφὲς, οὐ γὰρ ἔγκειται τὸ νέφος Schol. Eur. Or. 809. sed plerumque paragogae nomine hoc tantummodo significare videntur, quod nos dicimus, compositi partem alteram quiescere: id quod de Aristarcho demonstravit Lehrsius.

[1]) [*Χεδροπῶν* bis ap. Plutarch. T. IX. 195. de Is. c. 68.]

[2]) Paucissima horum attigit Arcadius p. 67. *τὰ εἰς πος ὑπερδισύλλαβα ἀρσενικὰ ὄντα* (propter *μαστροπός?*) *καὶ ἐπιθετικὰ* (imo *προσηγορικὰ*) *εἰ μὴ παραλήγοιτο τῷ ω̄, προπαροξύνεται, ἄροπος* (scrib. *Ἀέροπος*), *ἀστέροπος, Χάροπος τὸ κύριον, χαροπὸς δὲ τὸ ἐπιθετικόν.* Itaque illud *Ἀστέροπος* scribendum ut nomen proprium, cujus femininum extat *Ἀστερόπη;* adjectivum est in Achaei versibus Schol. Eur. 373. *τῆς ἀστεροποῦ Ζηνὸς θυσίας*, quo Jupiter *ἀστραπαῖος* significari videtur.

ἀρτίως, γνησίου· οὐ γάρ ἐστι χρονικόν, quod et Ammonius negat sed falso. Sequentem v. affert Suid. s. *Δόξαν*.

V. 946—948. *Ὦ μοι ἀναλγήτων — τῷδ' ἄχει.* Sic *ΓΔΘ.* et plerique cum Suida s. *Ἀνάλγητος.* La. *ἰώ μοι*, ut Brunck. et Bothius. Dresd. A. *ἄνανδόν γ' Ἀτρειδῶν ἔργον.* Suidas *Δ.* Mosq. B. Aug. B. item *Ἀτρειδῶν.* Musgravius *ἀναιδῶν γ'* pro *ἄνανδον.* Bothius transposuit *ἔργον ἄνανδον.*

V. 951. *Ἄγαν γ' ὑπερβριθὲς ἄχθος.* Sic Hermannus cum Lb. *ΔΘ.* Harl. Mosq. B. Dresd. B. Lipss. AB. Jen. Heidelb. Ald. Sed Membr. *ἄγαν δ' ὑπερβριθές.* Cod. *Γ.* *ἄγαν ὑπερβριθές τε*, ceteri *ἄγαν ὑπερβριθές*, ut Dindorfius edidit. Triclinius *καὶ μὴν ἄγαν ὑπερβριθές* — Brunck. *ἄγαν δ' ὑπερβριθὲς τόδ'* — Porsonus Dobr. p. 43. *ἄγαν ἐμβριθές* — Elmslejus *ἄγαν ὑπερβ. γάρ* — Verba *ὑπερβριθὲς ἄχθος* affert Suidas. Pro *ἤνυσαν*, quod Schol. ad Ajacis adversarios, Her- 407
mannus aptius ad proximum *θεοί* refert, Jen. et Mosq. B. *ἤνυσας* cum glossa *ἐτελείωσας.*

V. 952. *Ἡ δεινὴ θεός* — hinc memorat Eustathius p. 330, 44. *Θεά* scriptum est in Dresd. B. — *Δοκεῖς μοι ξυμφυτεῦσαι τοὔργον* Oed. T. 343.

V. 955. *Κελαινώπαν θυμὸν ἐφυβρίζει.* Duo prima verba affert Tzetzes Chil. XII. 575. Aliam lectionem sequutus Eustathius p. 72, 3. *ὁ Τραγικός*, inquit, *εἰπὼν κελαινῶπα θυμὸν τὴν βαθεῖαν ψυχήν, ἑτεροίαν οἶδεν εὐθεῖαν καὶ οὐδὲ βαρύτονον κατὰ τὸ Κύκλωψ ἀλλ' ὀξύτονον.* Hoc *κελαινῶπα* in uno *Δ.* clare apparet, sed idem apud Suidan, qui verba *κελαινῶπαν — ἀνήρ* retulit, accentus dispar indicare videtur. In Hesychii scriptura *Κελαινοπάθιμον, τὸν μὴ φανερὸν, τὸν δόλιον καὶ τῇ ψυχῇ δύςνουν*, aut illud aut *κελαίνοπα* continetur. Jam de hisce tribus formis *κελαίνοψ, κελαινώψ* et *κελαινώπης* et cujusque accentu paullo curatius quam in Ed. Pr. agam. Eustathius igitur p. 1388, 62. et p. 768, 44. nominibus ab *ὤψ* compositis quinque terminationes assignat, duas ab ipso nominativo ductas sed accentu discretas, unam oxytonam *γλαυκώψ, εὐώψ, λιπαρώψ*, alteram barytonam *Κύκλωψ, Κέρκωψ*, tres genitivum sequentes, primam in *ος* barytonam *Μελάνωπος, ἄνθρωπος*, alteram pariter in *ος* exeuntem sed ultima erecta, *σκυθρωπός*, tertiam in *ης*, inter duas declinationes divisam, *ὀξυώπης, κυνώπης, γλαυκώπης*, quorum primum tertiae declinationi adscribit, secundum et tertium primae; id quod colligit ex vocativis *ὦ κυνῶπα* [*ὦ χαριτῶπα* Orph. H. XVI. 5.] et ex femininis *γλαυκῶπις*, [*κελαινῶπις, πυρῶπις, θεμερῶπις, τηλῶπις* etc.] Hinc patet accusativum *τὸν κελαινώπην* nihil offensionis habuisse, quanquam exempla

aut hujus casus aut genitivi et dativi nulla reperi praeter proprium *τὸν Γοργῶπαν* Demosth. c. Lept. 479, 26. Xenoph. Hell. VI. 1, 5. cui geminum videtur *Οἰνώπας* Athen. XIV. 638. B. *Λυκώπας* Theocr. V. 62. [1]) sed apud Hesychium
408 *Τριώπην*, *τριόφθαλμον*, literarum ordo *τριόπην* poscit, et Eustathio p. 1412, 32. pro *ἀῤῥενώπαν* restituendum est quod p. 827, 29. legitur *ἀῤῥενῶπα*. Nominativi autem *στυγερώπης* Hesiod. Opp. 194. *ὀξυώπης* Athen. VI. 249. F. ambigui sunt, nam hoc Eustathius ipse propter comparativum *ὀξυωπέστερος* ad tertiam refert, neque accentus obstat, qui in tritoclitis quoque nutat, *ἐριώπεα* Maxim. v. 545. *κοιλώπεες*, *λιθώπεες*, *πυρώπεες* etc. v. Wernick. ad Tryphiod. v. 69. quae multo crebriora sunt quam *προνωπής*, quod a simplicis *πρηνής* significatione nihil distat, *νεωπής* (Hesych. *Νεωπούς*, *νεοβλέπους ἢ νέας*, mendosis accentibus), *ὀξυωπής* Poll. II. 51. *ὀξυωπές* Etym. M. p. 284, 10. *περιωπέα* Orph. Arg. 14. *ἀντωπέα* Maneth. IV. 336. pro quo recte nunc scribitur *ἀντώπια*. Si vero poeta *κελαινώψ* praetulit, id acuendum esse Eustathio cum Arcadio convenit, qui p. 94. de nominibus in *ωψ* exeuntibus ita praecipit, gravari propria et appellativa *Ἴωψ*, *μώλωψ*, excepto — *ὥς τινές φασιν* — *Εὐρυώψ*, adjectiva acui, *μονώψ*, *κελαινώψ*, cum exceptione *τῶν ὑποπεπτωκότων κυρίοις ἢ τῶν ἰδιαζόντων*, quibus nominibus significantur, puto, *κέρκωψ ὁ δόλιος*, *κύκλωψ* (*κύκλωπος σελήνης* Parmenid. Fragm. v. 130.), *μύωψ ὁ μυωπός* homotonum substantivo, et *ἑλίκωψ*, quanquam hoc disceptatur; Schol. Ven. IX. 502. *παραβλῶπες ὡς τυφλῶπες· ἀπὸ γὰρ ὀξυνομένης εὐθείας ἐγένετο· τὰ δὲ τοιαῦτα καὶ ὀξυνόμενα καὶ βαρυνόμενα εὑρέθη ὥςπερ τὸ ἑλικῶπες καὶ Κύκλωπες.* [V. Etym. s. *ἤνοψ*.] Priorem regulae partem confirmant *Ἄλμωψ* Stephani s. *Ἀλμωπία*, *Ἴνωψ* et *Φαίνωψ*, quae Suidas suggerit, posterius sine interpretatione; *Κέρκωψ* Milesius, et appellativa *κώνωψ*, *κύνωψ* sive *ἀχύνωψ*, *κνύζωψ*, *ὕδρωψ*, *αἱμάλωψ*, *αἰγίλωψ*, *ἀγχίλωψ*, *θυμάλωψ*, *νυκτάλωψ* [2]) de quorum plerisque dubitari solet num ab *ὤψ* sint composita. Alteram sequitur adjectivorum pars maxima *τὴν ἀλαῶπα* Synes. Hy. III. v.
409 383. *τὸν γλαυκῶπα* Pind. P. IV. 444. Julian. Or. IV. 149. C. *τὴν εὐῶπα* Soph. Ant. 530. *τὴν λιπαρῶπα* Philoxen. ap. Athen. IV. 146. F. *ἀμβλῶπες* Eur. Rhes. 737. *γοργῶπες* bis

---

[1]) Genitivum proparoxytonum *Λυκώπεος* (vulgo *Λυκωπέος*) Theocr. VII. 4. Scholiastes ab aeolico *Λυκώπευς* repetit. *Λυκωπεύς* vulgo scribitur v. Wesseling. ad Diod. IV. 65. [*Λυκωπέα* Schol. Eur. Phoen. 417. *τῷ Λυκώπῃ* Herodo. III. 55. *Λυκωπεύς* Oenai cognatus Schol. *Ἰλ. Ξ.* 114. *Βλοσυρώπεε* Oppian. Cyn. I. 144.]

[2]) Nondum explanata sunt, quae Hesychius apposuit: *ὑσταλωπιᾷ*, *νυστάζει*, et *κυνάλωψ*, *κυνοφθόρῳ* (sic).

apud eundem, *μονῶπες* idem et Aesch., *κυνῶπες* Hesych.
φοβερῶπες Orph. H. LXXIX. 9. etc. sed non pauca desciscunt;
εὔωψ Tzetz. Posth. 377. *οἴνωπι* Nonn. Paraphr. XIII. 110.
(cod. *οἰνωπῇ*) *τὴν πολύωπα* Anth. Pal. VI. n. 65.[1]) *ἐρίωπα*
Maxim. v. 32. *κεράωπα* v. 337. *οἴνωπα* in plerisque codd.
Soph. O. C. 674. *μόνωπες* Eur. Cycl. 21. Ac si haec facile
in quadrum redigi possunt, tamen dubitationis nonnihil relin-
quitur de illis quae natura adjectiva, usu substantiva sunt;
βόωψ quidem et *ἴωψ* piscium nomina Athen. VII. 287. B.
300. F. habent substantivorum notationem; habet etiam
τύφλωψ serpentis cognomentum Aelian. H. Animm. VIII.
13. sed idem *τυφλώψ* (*τυφλῶπες*) scribitur Nicand. Ther.
492. adjectivi instar; epitheton *ὑδρώψ* Dioscorides ap. Galen.
Gloss. s. h. v. hoc accentu a substantivo *ὕδρωψ* distingui
voluit, sed in Hippocratis libris nunc utrumque gravatur, ac
sive de morbo dicitur sive de aegroto, item ut *ὑδροφόρος*,
adjectivum esse videtur colorem aquaticum significans, neu-
tiquam simplex ut Schneidero visum. Tertia forma erat
κελαίνοψ, *αἴθοψ*, *δόλοψ*, id est *κατάσκοπος* Hesych. *κύκλοψ*,
νώροψ, (*ἤνοψ*) *οἴνοψ*, *στέροψ*, quorum postrema syllaba quin
sit *ὄψ species*, vix dubitari potest; *ἔλλοψ* vero paraschema-
tismum nominis *ἐλλός* esse credo, sicut *σκόλοψ* cum *σκῶλος*
cognatum videtur, *κόλλοψ*, *callosum* v. Niclas. ad Geopp.
XIX. 6, 3. cum *κόλλα*, gluten, quod ex callosis coriorum
partibus excoquitur v. Hesych. s. *Κόλλεα* (scr. *κολλαῖα*).
Πάνοψ herois attici nomen *πανόπτην* interpretari licet vel
πανομφαῖον, sed in proprio *Κέκροψ* Strabo VII. 321. bar-
barum quiddam recinere judicat neque Graecis hoc nomen
post decursum fabulosae aetatis usitatum sed Maurus quidam 410
Κέκροψ vocatus est Zosim. I. 38. Pariter *ἀνετυμολόγητα*
sunt avium nomina *ἀέροψ*, *δρύοψ*, *ἔποψ*, *μέροψ*, *πηνέλοψ*,
πάρνοψ sive *κόρνοψ*, quorum ab analogia recedunt *κόρνωψ*
et *χηνέλωψ*. Adjectivorum autem, quae paullo ante memo-
ravi, nominativi perrari sunt, *στέροψ λιγνύς* Sophocleum,
οὐρανὸς ἤνοψ veteris poetae ap. Suid. s. *Ἤνοψ*, quo factum
est ut Lexicographi nostri nonnullis alienam tribuerint ter-
minationem: *μήλωψ* ex homerico *μήλοπα καρπόν*, *φαίνωψ*
ex Manethonis loco ubi *φαίνοπι* legitur, *αἴθρωψ* ex ejus-
dem L. IV. 166. ubi codd. praebent *αἴθρωπα κέλευθα*, in
solo accentu mendosi; adjectivum *χάρωψ* unde sumtum sit,

---

[1]) Hoc loco et in P. Silent. Ecphr. Soph. II. 412. *multiforus* significatur, quod Oppianus Hal. III. 579. Homeri exemplo *πολυωπόν* dicit, Nicander Al. 323. *πολυωπές*. Herodianus Epim. 208. *πολυοπὸς ὡς χαροπός*, Suidas *πολυωπὸν δίκτυον, πολυοπὸν δὲ ἱμάτιον*. cf. Zonar. p. 1567. et Jacobs. ad Parall. p. 97. Ita distinguitur a *πολύοπος*, *succulentus*.

nondum exploravi; *Χάρωψ* nomen hominis Epirotae est apud Polybium et Diodorum, Aeginetae Lucian. Jup. Confut. §. 16. *Ἡρακλῆς Χάροψ* a Boeotis cognominatus Paus. IX. 34, 4. quam formam Suidae pro *Χάρωψ* reddendam esse significat ordo literarum; nam legitur hoc ante *Χάρων*. Idem affert *Μελάνοψ κύριον*, ac s. *Εὐρύοπα* — *ἡ εὐϑεῖα εὐρύωψ* scribendum est *εὐρύοψ* ut ap. Etym. M. legitur.[1]). Ad idem principium revocari oportet nominum propriorum casus obliquos: *Ἤνοπος* Il. XXIII. 634. *Χάροπα* XI. 426. *Φαίνοπι* XVII. 583. *Οἴνοπος* Od. XXI. 144. Aesch. Sept. 488. unde *Οἰνοπίων* et *Οἰνοπίδης*, *Ἴοπος* Pausan. III. 12, 4. In contrarium aberrasse dixerim librarios *ὕδροψ* scribentes pro *ὕδρωψ* Galen. T. XVIII. P. I. 82. aliisque locis a Schneidero indicatis. Illius nominis proprii *Χάροψ* extat altera forma *Χάροπος* (ut *Μόψοπος* Strab. IX. 397.) v. Wesseling. ad Diod. V. 53. accentu distincta ab adjectivo, et tertia *Χαρωπός*, quae ubi andronymica est, *Χάρωπος* scribi debet ut *Λύκωπος* Polyb. XXII. 8. *Μελάνωπος* Xenoph. Hell. VI. 3, 2. Dem. c. Timocr. p. 703, 21. Aristot. Rhet. I. 1, 15. Aeschin. Ep. VII. Paus. I. 29, 4. Plutarch. V. Demosth. c. XII. Athen. p. 609. A. Herodo. V. Hom. c. I. et femininum *Μελανώπη* [*Χαρώπη* Alciphr. III. Ep. 2.] ex quo redarguitur oxytonum *Μελανωπός* ap. Harpocr. et Suidan Kuesteri, contrarium illud Arcadii praecepto, qui nomina propria, quae
411 antepenultimam longam habent, acui docet, *Ὠρωπός, Ἰνωπός*[2]), *Ἀσωπός*, uno excepto *Αἴσωπος* quae vero brevem, proparoxytona esse ut *κρίτωπος* scrib. *Κρότωπος*, quod modo sic scribitur Conon. XIX. modo aliter v. Siebelis ad Paus. T. I. 200. et Etym. M. s. *Κάνωπος*, eodemque modo notari appellativum *ἄνϑρωπος*, cujus accentum retinet proprium *Ἄνϑρωπος* Olympionicae nomen v. Interpp. ad Aristot. Nicom. VII. c. 4. adjectiva autem rursus oxytona sunt, etiam si substantivorum loco ponantur, ut *ἡ στενωπός* et *ὁ χρυσωπός* piscis nomen Plut. de Soll. Anim. c. XXVI. 185. T. XIII. maleque *μόνωπος* in Callim. Fragm. LXXVI. *ἀμφίςωπος* Etym. M. s. h. v. et in Lexicis nostris *εἴςωπος* scribitur. Tam multa nobis dicenda fuerunt, ut pateret primum ex quinque formis, quas nomina hujusmodi induere solent, *οψ, ωψ, ωπης, ωπος, οπος*, Sophoclem elegisse rarissimam *κελαινώπης*, neque

---

1) [*Αἰϑίοψ, μέροψ, καλαύροψ, ὄψ* sola in *οψ* apud Homerum nomina, v. Steph. s. *Αἰϑίοψ*. *Βροτὸς μέροψ* Cram. An. Oxon. I. 91. 93.]

2) Vitiose editum *οἰνωπός*, quod etiam codd. nonnulli Strab. X. 485. pro illo exhibent, nec recte scribitur in H. H. in Ap. 18. *Ἴνωπος* proparoxytonos.

tamen metri necessitate, ut Wernickius putat ad Tryph. 69. huc redactum esse; deinde multa hoc modo terminata ad paragogae speciem tam prope accedere, ut persaepe dubitatio existat, compositane sint an simplicia, similiterque hoc loco *κελαινώπης θυμός* pro simplici *κελαινός* valere, ut *αἴθοψ ἀνήρ* pro ingenio fervido, *φιλώψ* pro amico Hesych. *δολῶπις* pro *δολερά* Trachinn. 1050. *τηλωπὸς ἰωή* Philoct. 216. pro *τηλέπορος*, ipsaque motio *ἀῤῥενωπή*, *χαρωπή* sive *χαροπή* v. ad Phryn. p. 106. simplicium speciem praebet. *Θυμός* autem *κελαινός* dicitur ut *μέλαινα φρήν* Solon. Fragm. XXXI. (al. XXVI.) *μέλαν ἦθος* M. Antonin. V. 18. et 28. *μέλανες ἄνθρωποι διὰ κακοήθειαν* Plutarch. de Educ. c. XVII. p. 97. T. VII. *δαίμων μελανόφρων* Nonn. Paraphr. VIII. 143.

V. 955. *Θυμὸν ἐφυβρίζει.* Hermannus pro *ἔχει ἐφυβρίζων* dictum putat. Schol. Rom. *ἔξωθεν ἡ κατά*, ut *θυμὸν ἀλύει*, *τὸν νοῦν ἀγριάνας* Aelian. H. Ann. XIV. 28, 25. [*μαίνεται θυμόν* Quint. Cal. XIV. 299.]

V. 956. *Πολύτλας ἀνήρ.* Barocc. A. Bodl. Laud. *ὁ* 412
πουλύτλας, ceteri et Suidas l. c. *ὁ πολύτλας*. Articulum delevi auctore Porsono ad Or. 1297. In sequenti versu La. *ΓΔΘ.* et ceteri *τοῖς*, Triclin. *τοῖσι*, ut Brunckius edidit; Hermannus *τοῖςδε* recepit ab Elmslejo propositum.

V. 959. *Ξύν τε διπλοῖ βασιλῆς.* Dresd. A. omittit *τέ*. Plerique *βασιλῆες*, pauci *βασιλέες*, Paris. D. *βασιλῇς* iota subscripto.

V. 961. *Οἵδ' οὖν γελώντων.* Affert hunc versum cum duobus sequentibus Suidas s. *Βλέποντες*, ubi in cod. Leid. *οἱ δ' αὖ* scribitur; Hermannus *οἱ δ' οὖν*. In secundo Jen. *ἴσως τ' εἰ καί* — Vulgatam servat Suidas, qui verba *Ἴσως τοι* — *δορός* apponit s. *Δορός*.

V. 964. 965. *Τἀγαθὸν χεροῖν ἔχοντες, οὐκ ἴσασι πρίν τις ἐκβάλῃ.* Hos versus transscripserunt Suidas s. *Ἴσασι*, et Stobaeus Tit. IV. 23. Plauti locum Captiv. I. 2. *tum denique homines nostra intelligimus bona, quum quae in potestate habuimus ea amisimus* jam Stolbergius apposuit. Adde Liban. Epist. MDCCCIV. 684. *κείμενον ἐν χεροῖν οὐκ εἰδὼς, ὃ γνώσεται ἀπελθόν.* Plato Rep. IV. 432. D. *ὥςπερ οἱ ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες ζητοῦσιν ἐνίοτε ὃ ἔχουσι.* Sic etiam hoc loco *τἀγάθ' ἐν χεροῖν*, ut Reiskius conjecit, inventum est in Mosq. B. et uno Brunckiano. Ed. Pr. Elmslejus positam post *ἔχοντες* virgulam tolli jubet connectique *οὐκ ἴσασιν ἔχοντες* *nesciunt se habere.* Si nihil aliud spectamus nisi verba, saltem ambigua est constructio, ut *ἠπίστει κατέχουσα* Heliod. I. 2. tam hoc significare potest quam illud. Sed ad sententiam multo aptius est, quomodo Hermannus interpretatur,

quum habent, se habere nesciunt; ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὐκ ἐςορῶσι Pythag. Carm. Aur. 55. Pro ἐκβάλῃ cod. *Γ.* ἐκβάλοι.

V. 966. Ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν ἢ κείνοις γλυκύς. La. pr. ἢ, Suidas s. Γλεῦκος et Eustathius p. 1521, 40. versum ut vulgo legitur referunt; Elmslejus εἰ pro ἢ supponere conatus est, quod jure repudiat Hermannus. Nitzschius ad Plat. Ion. p. 69. comparativum μᾶλλον, cujus omissione ille offendebatur, ne intelligi quidem hoc loco statuit, neque ἢ
413 comparativum esse sed disjunctivum; *mihi acerba sive illis dulcis ejus mors acciderit, ipsi vero felix fuit*; et momentum sententiae versari in copula δέ, αὑτῷ δὲ τερπνός.

V. 969. Πῶς δῆτα τοῦδ' ἐπεγγελῷεν ἂν κάτα. Hunc et quatuor sequentes versus codd. nonnulli choro assignant. Τί δῆτα Membr. duo Pariss. Harl. *ΓΔ*. Ald. ceteri πῶς δῆτα. Wakefieldius Silv. T. III. p. 67. corrigit τοῦ δῆτα τῷδ' ἐπεγγελῷεν, Porsonus Praef. ad Hec. p. XXXI. τί δῆτα τοῦδε γ' ἐγγελῷεν [Elmslejus in Cens. Hec. p. 73. πῶς δῆτα τοῦδ' ἂν ἐγγελῷεν ἄν] quorum nihil probatum est. Philoct. 328. τί δῆτα ἐγκαλῶν κατ' αὐτῶν. Oed. C. 1339. κοινῇ καθ' ἡμῶν ἐγγελῶν. Electr. 835. κατ' ἐμοῦ μᾶλλον ἐπεμβήσει. Ed. Pr.

V. 970. Θεοῖς τέθνηκεν οὗτος, οὐ κείνοισιν, οὔ. Affert h. v. Suidas omisso οὔ. Elmslejus, qui ad Ach. 428. κείνοισιν οὖν scribi voluit, hanc emendationem tacite reprobans negationem saepe iterari docet, id quod multi ante eum v. Matthiae Gramm. §. 608. p. 1443, 6. not. f.

V. 971—973. Πρὸς ταῦτ' — Primum versum affert Suidas s. Κενεόν, duos insequentes idem s. Ἀνία et Draco p. 13. Omnes tres choro tribuit Triclinius et in postremo ἀνίας τε scripsit. Consimilis dictio Trach. 41. πλὴν ἐμοὶ πικρὰς ὠδῖνας αὐτοῦ προςβαλὼν ἀποίχεται.

V. 974. Ἰώ μοί μοι. Quinque codd. ἰώ, ἰώ.

V. 976. Ἄτης τῆςδ' ἐπίσκοπον μέλος — producit Suidas s. Ἐπίσκοπος. Hermannus hoc adjectivum ἐπιμελητικόν interpretatur, quia et substantivum custodem, curatorem, denotet. Mea sententia fuit, Diodorum Excc. Legg. c. XXVII. quum diceret οἰκείαν τῆς περιστάσεως φωνὴν προιέμενος, aliis verbis dixisse idem, atque ἐπίσκοπον h. l. nihil significare nisi συνῳδόν sive, ut Scholiastes loquitur, ἐστοχασμένον. Proprie ἐπίσκοπος dicitur ὁ ἐπὶ σκόπον βάλλων, ut τοξότης ἐπίσκοπος et ἐπίσκοποι οἰστοί Themist. XVIII. 217. B. v. Wernsdorf. ad Himer. Ecl. XIV. 3. Wyttenbach. ad Julian. p. 161. sq. Jacobs. ad Achill. p. 573. unde non incommode transferri videtur ad ea, quae cum aliqua re congruunt eique consentanea sunt. Idque adjectivum syntheton est ut ἐπί-

τοκος, *ἔφορμος* etc. parasyntheton vero substantivum, quod 414
iisdem omnibus literis scribitur, *ὁ ἐπισκεπτόμενος*, *ὁ ἔφορος*.

V. 978. *Ἆρ' ἠμπόληκας* — citat Suidas s. h. v. cum Scholio *ἐπώλησας, ἐκέρδανας· λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ φαύλου τροπικῶς ἀντὶ τοῦ περιπεποίηκας*. Schol. minor: *ἀπημπόληκας, πέπρακας ἤγουν προδέδωκας ἡμᾶς*. Schol. Jen. *πολῶ τὸ ἀναστρέφομαι· ἐκ τούτου λέγει, ἆρα ἀνεστράφης ἐπὶ τούτοις, ἤγουν ἐποίησας ταῦτα οὕτως ὥςπερ ἔχει ἡ φήμη;* ductus ille recordatione verbi *ἐμπολεῖν*, quod neque pro *ἀναστρέφεσθαι* dicitur, neque omnino veteribus usitatum est v. ad Phryn. 584. Illud, quod primo loco posui, a vero proxime abest; nam quum *ἐμπολᾷν* proprie significet *τὸ ἐμπορεύεσθαι* sive *πραγματεύεσθαι*, facillima hinc fuit transgressio ad id, quod hoc loco denotatur, *ἆρα πέπραγας ὥςπερ ἡ φάτις κρατεῖ;* Eodem exemplo Hippocrates de Morb. IV. 12. p. 608. E. T. VII. p. 353. T. II. (ed. Kuehn.) *ἢν τοῦ ἀποπάτου μὴ διαχωρέοντος κρατέῃ μία τῶν ἄλλων ἰκμὰς, κάλλιον ἐμπολήσει ὁ ἄνθρωπος*, ***melius esse habebit***, quod alibi dicit *βέλτιον ἀπαλλάσσει* Epidem. VI. 716. 719. T. III. Neque aliud intelligi videtur Aesch. Eum. 622. *τὰ πλεῖστ' ἀμείνον' ἠμποληκώς*. Prorsus autem intolerabilis est Musgravii conjectura *ἠμπόληκας — κράτη*, id est, *res praeclare gestas*. Ed. Pr. Hermannus ait *ἐμπολᾷν* significare non solum negotiari sed etiam negotium transigere ac deinceps perficere, defungi, id est mori. Id improbans Matthiae ad Cycl. 254. *ἆρ' ἠμπόληκας* interpretatur *an lucrum fecisti*, id est, adeptus es id quod optabas et in lucro ponebas. Sententiam non muto.

V. 982. *Ὦ περισπερχὲς πάθος*. Hesychius *Περισπερχὴς, περιώδυνος*. Suidas *Περισπερχὲς, βαρὺ, ὡς περισπερχὲς πάθος*. Eustathius p. 442, 9. *ἀσπερχὲς τὸ πολυσπούδαστον, ὃ περισπερχὲς λέγει ὁ Σοφοκλῆς*. Cum *πικρὸς καὶ ἀπαραίτητος* conjungit Plutarchus Quom. Adul. ab am. c. 24. p. 95. T. II. v. Valcken. ad Adon. p. 228. Ed. Pr.

V. 985. *Ὅσον τάχος δῆτ' αὐτὸν ἄξεις*. Schol. Ven. IV. 193. *ὅσον τάχος Ἀττικοὶ, ἡ δὲ συνήθεια ὡς τάχος*. Apud 415
Tragicos utrumque legitur. Pro *δῆτ' αὐτόν* Elmslejus *δεῦρ' αὐτόν* scribi jubet, ne *δῆτα* in principio versus collocetur, quod quam recte fiat, declarat Hermannus. Eur. Andr. 514. *ὤ μοί μοι, τί πάθω τάλας — δῆτ' ἐγὼ σύ τε, μᾶτερ*.

V. 987. *Ὡς κενῆς σκύμνον λεαίνης*. Tuetur hanc lectionem Suidas s. *Κενῆς*. Johnsonus *κενόν* jubet, Musgravius hypallagen in auxilium vocat, cujus hic et ad Or. 687. Cycl. 504. affert exempla commenticia. Verum quidem est, nomen *κενός* orbis magis convenire quam viduis ut Bion. Id. I. 59. *χήρα δ' ἁ Κυθέρεια, κενοὶ δ' ἀνὰ δώματ' Ἔρωτες*, neque

tamen negabit quispiam leaenam conjuge peremto *κενήν* dici posse, id est *μεμονωμένην*, ac si ea vel sola partum tueri valet eoque plurimum differt a Tecmessa ad tuendum filiolum invalidissima, tamen haec dissimilitudo audientium animos ante praeterlabitur quam percepta est, quippe quibus verba ipsa nihil praeter vinduitatis et orbitatis notionem subjiciant, sic ut hoc solum in cogitatione haereat et obversetur *mater a marito destituta, filius fortissimo patre orbatus. Κενὸν λεαίνης σκύμνον* poeta dicere non potuit, quoniam is, qui cum pullo leonino comparatur, patre orbatus erat, non matre; neque magis vel *κενοῦ λέοντος* scribi vel epitheton illud plane omitti licuit. Has ob rationes vereor viri praestantissimi subscribere sententiae, qui *κενῆς* reddit *relictae*, sic ut sejunctio tantum ac separatio catuli et leaenae indicetur. Illud certum est verbi *κενοῦν* objecta varie inter se permutari, neque solum de loco et persona dici, unde aliquid eximitur, sed etiam de re quae eximitur, ut *θυμὸν ἐξεκένωσαν ἐς σχεδίαν Ἀχέροντος* Theocr. XVI. 40. et *ὄφρα κενώσειεν θανάτῳ βάρος*, *ut onus demeret* Cyprior. Fragm. I. fere ut *evacuare* et *vacuefacere* apud scriptores ecclesiasticos et vulgo *καθαίρειν* (*τοὺς λῃστάς*) et *expurgare* dicitur pro tollere et abrogare [1]).

416 — De accentu quod praecipiunt Grammatici, *σκύμνος λέοντος, σκυμνὸς δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων* Etym. M. s. v. Schol. Ven. Σ. 319. non solet servari; *σκύμνοι* ursarum Aristot. H. Ann. VIII. 17, 1. Philostr. V. Ap. II. 14, 64. luporum Synes. de Regn. p. 22. A. echini Plut. de Soll. Ann. XVI. 170. crocodili ib. XXXIV. 197. aliorumque multorum animalium v. Aelian. H. Ann. VII. 47. Poll. V. 15. Hesychius *Σκύμνους ἐκγόνους λεόντων καὶ ἄλλων ζώων.* Neque alia nomina, quae quum pluribus communia sint *κατ᾽ ἐξοχήν* tribuuntur uni, ut *αὐλή* (regia), *θαλλός, κάλυξ*, mutant accentum. — In seq. v. *σύγκαμνε* Ven. et Edd. vett.

V. 989. *Τοῖς θανοῦσι — κειμένοις ἐπεγγελᾶν*, proverbii speciem habet; *ἐπεμβαίνειν, ὃ δὴ λέγεται, κειμένοις* Aristid. p. quatuorv. T. II. 265. Philostr. V. Soph. I. 32, 625. *τοῖς πεπτωκόσιν ἐπεμβαίνειν* Liban. Decl. T. IV. 178. Ed. Pr.

V. 991. *Ὥςπερ οὖν μέλει.* Aug. B. *αὖ* pro *οὖν* Δ. *μέλλεις*.

V. 994. *Ὁδὸς θ᾽ ὁδῶν πασῶν ἀνιάσασα δή.* Sic ple-

---

[1]) Nec *κενῶσαι* [Theocr. XVI. 40.] solum de loco dicitur pro *καταλιπεῖν*, ut Hermannus docet, sed etiam *ἐρημῶσαι* Plat. Legg. IX. 865. E. Dionys. Antt. III. 30. p. 500. *Spoliant subsellia* pro relinquunt Coripp. de Laud. Justin. II. 361. *χηρῶσαι αὐγὰς ἡλίου* in Aristotelis paeane; *ἀπονοσφίζειν* Schol. Oed. T. 480. interpretatur *φεύγειν*. [*Λόχμην κενώσας* Eur. Bacch. 730. *πλήσασα κλιμακτῆρας* id. Hel. 1570. *κενοῦν ebibere* Phot. 94, 132.]

rique codd. et Ald. sed *ΓΔ*. La. Lb. *ἀπασῶν*. Bar. B. et Laud. *ὁδός τ' ἀνιάσασα δὴ πασῶν ὁδῶν*. Brunckius optat *ὁδῶν θ' ἁπασῶν ὁδός*. — In seq. versu Elmslejus pro *δὴ νῦν* scribit *δή νυν*, cod. *Δ*. *νῦν δή*, quae ubique permutantur v. ad v. 1332. et scriptoribus ipsis promiscua sunt v. c. Galen. de Sanit. tuend. I. 6, 29. T. IV. *ἣν δὴ νῦν πέπαυμαι λέγων*, IV. 2, 236. *εἴρηται νῦν δή* etc. — Hermannus interpunxit *τὸν σόν, ὡς ἐπῃσθόμην, μόρον διώκων*.

V. 996. *Ὦ φίλτατ' Αἴας* — Hoc loco utitur Appollonius de Synt. I. 17. p. 51. iterumque III. 7, 213.

V. 998. *Ὀξεῖα γάρ σου βάξις ὡς θεοῦ τινος*. Pro *σου* Lb. pr. *σοι*, pro *θεοῦ* La. pr. *θεῶν*, quod Elmslejus conjectura quaesierat, quia Graeci *θεῶν τις* potius quam *θεός τις* dicere soleant. Contra veniunt Homerus Od. X. 141. *καί τις θεὸς ἡγεμόνευε*, [XXI. 196. *καί τις θεὸς αὐτὸν* 417
ἐνείκοι,] Pindarus Isthm. VIII. 21. *τὸν Ταντάλου λίθον παρά τις ἔτρεψε θεός*. Apollon. II. 438. *ἦ ἄρα δή τις ἔην θεὸς ὅς σέθεν κήδετο*. Theocr. XX. 20. *ἀρά τις με θεὸς ἄλλον ἔτευξε*. Neque hoc solis poetis concessum: *ἢν μή τις θεὸς βλάπτῃ* Xenoph. Cyr. I. 6, 5. *θεὸς κηδόμενος ὑμῶν τις* Plat. Legg. III. 691. D. *ἔσθ' ὅςτις θεὸς ἔδωκε* I. 647. E. *δαίμων τις ἐδόκει προςάξειν* Plut. V. Brut. XIV. *δαίμων τις εἰςκεκύκληκεν* Arist. Vesp. 1475. *θεοῦ τινος δεήσει* Heliod. II. 9, 64. *κατὰ θεόν τινα ἔτυχον καθήμενος ἐνταῦθα* Plat. Euthyd. 272. E. *σὺν θεῷ τινι καταπέφευγε* Plut. V. Arat. c. II. id est, *forte fortuna*, *κατὰ δαίμονα* Conon. XL. 39. [*κατά τινα δαίμονα* Epict. Diss. I. 19, 18. *μέρος ἔχει θεοῦ τινος* Jambl. Protr. VIII. 138. cf. Blum. ad Lycurg. p. 115. Ellendt. T. I. 795.] Atque hic perinde ut Eur. Iph. A. 411. *Ἑλλὰς κατὰ θεὸν νοσεῖ τινα*, ***divinitus aegrotat***, genitivus pluralis minus convenit, sed plerisque locis utrumque aptum est, usitatius tamen illud praesertim in certis formulis, *θεῶν τινος εὐνοίᾳ* Dem. p. Cor. 278, 11. Aristid. T. I. 448. Diod. V. 83. ubi olim legebatur *θεοῦ* cf. Bast. Ep. Crit. p. 214. Corais ad Plutarch. V. Fab. c. XVII. Matthiae Gramm. §. 230. p. 628. Ad ultimum pro homerico *καί τις θεὸς ἡγεμόνευε* Aristides XXVII. 352. substituit *σαφὲς ἦν τὸ τοῦ Ὁμήρου ὅτι τις θεῶν ἡγεῖτο καὶ ὅςτις γε ὁ θεός*. — *Σοῦ βάξις ὡς θεοῦ τινος* scil. *βάζοντος*, ut Trach. 768. *ἀρτίκολλος ὥςτε τέκτονος* scil. *κολλῶντος*, ***celeriter velut deo divulgante percrebuit mortis tuae fama***. Id enim a Jove deprecatus erat Ajax v. 825. *πέμψον τιν' ἡμῖν ἄγγελον κακὴν φάτιν Τεύκρῳ φέροντα*, precesque illas exauditas esse rumor repentinus testatur, quo non solum Teucer sed etiam Menelaus de obitu Ajacis certior factus et (mirum) in eundem locum quamvis

remotum et dissitum deductus est, haud secus atque Isis, quo mariti reliquiae devenerint, comperisse dicitur πνεύματι δαιμονίῳ φήμης πυθομένη Plutarch. de Is. XV. p. 121. Et quod ad Graecos Mycalen oppugnaturos fama victi eodem die Mardonii pervenit, Herodotus IX. 100. merito refert ad τὰ θεῖα τῶν πρηγμάτων. Nonnus V. 370. φήμην αὐτοδίδακτον dicit.

418 V. 1000. Ἀγὼ κλύων δείλαιος. Sic Membr. duo Pariss. Mosq. A. Dresd. B. δύστηνος La. Lb. ΓΔΘ.

V. 1002. Οἴ μοι — Cod. Γ. ὤ μοι. Sequentia ἴθ' ἐκκάλυψον, ὡς ἴδω τὸ πᾶν κακόν afferunt Schol. Ven. II. 8. XI. 186. et Eustathius p. 165, 41. propter ἴθι ἐπίῤῥημα ἐπικελεύσεως. Scholiastes: ἴθ' ἐκκάλυψον, πρὸς τὸν χορόν φησιν ἤ τινα τῶν θεραπόντων· ἡ γὰρ Τέκμησσα ἐπὶ τὸν παῖδα ἀπῄει. Eur. Med. 1311. ἐκλύεθ' ἁρμοὺς ὡς ἴδω διπλοῦν κακόν. Hipp. 803. ἐκλύσαθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω πικρὰν θέαν.

V. 1004. Ὦ δυςθέατον ὄμμα καὶ τόλμης πικρᾶς. Eustathius p. 409, 46. ὁ Σοφοκλῆς ἐν στίχῳ ἑνὶ οὐκ ὤκνησε διπλόην θέσθαι συντάξεως εἰπὼν ὦ δυςθέατον ὄμμα καὶ τόλμης πικρᾶς. ἔχων γὰρ φάναι, ὦ δυςθέατον ὄμμα καὶ τόλμη πικρά (sic Reiskius pro τόλμῃ πικρᾷ) ὅμως ἐξήλλαξε τὴν φράσιν διὰ τὸ καὶ οὕτω καὶ οὕτω δύνασθαι λέγεσθαι, οἷον, ὦ δυςθεάτου καὶ ὄψεως καὶ τολμήματος, καὶ πάλιν, ὦ δυςθέατος ὄψις καὶ τόλμημα. Sic etiam Theocritus XV. v. 124. interjectionem cum duobus conjunxit casibus diversis: ὢ ἔβενος, ὢ χρυσὸς, ὢ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος αἰετῶ — φέροντος, ut vulgo legitur. Et Tryphiodorus v. 395. ὤ μοι ἐμῶν ἀχέων, ὤ μοι πατρώϊον ἄστυ. Libanius Decl. T. IV. p. 1015. ὢ κάλλους νιέων, ὢ πλοκάμων ὥρα, ὢ προςώπου χάριτες, ὢ στέρνων φιλτάτων, eodem per omnia accentu. Euripides Med. 496. φεῦ δεξιὰ χεὶρ, ἧς σὺ πόλλ' ἐλαμβάνου, καὶ τῶνδε γονάτων, quanquam hoc exemplum deleto post ἐλαμβάνου commate aliorsum verti potest. Ed. Pr. — Brunckio, qui genitivum τόλμης πικρᾶς a nomine ὄμμα pendere statuit, adstipulatur Erfurdtius, ob eam causam quod in exemplis a me allatis praeter quod nunc addidi Euripideum, nullum est in quo diversi casus copula καί conjuncti sunt; repugnat vero Hermannus, non solum durum sed etiam ad sententiam minus aptum fore judicans, si Sophoclis verba ita accipiamus ὦ δεινοῦ θεάματος ὄμμα καὶ τόλμης πικρᾶς. Eodem quo Brunckius inclinat Matthiae Gramm. §. 316. p. 623. καὶ τόλμης πικρᾶς idem valere quod
419 πικρότολμον. Ipsum facinus ἔργον τόλμης πικρᾶς dici posse convenit, sed num adspectus atrocis facinoris ὄμμα τολμηρόν vel πικρότολμον commode dicatur, dubitare cogor.

V. 1005. *Ὅσας ἀνίας* — affert h. v. Suidas s. *Κατασπείρας,* omisso Tricliniano supplemento *ἀνίας γε.*

V. 1006. *Ποῖ γὰρ μολεῖν μοι δυνατὸν, εἰς ποίους βροτοὺς — ἀρήξαντ'* — Apud Suidan s. *Ποῖ*, ubi hic et quinque sequentes vv. extant, pro vulgato *ἐς* legitur *εἰς*, ut in plerisque codd. et Ald. idque Hermannus restituit; *ἢ εἰς* cod. *Δ. ἢ ποίους γρ. εἰς* cod. *Γ.* In eodem Suidae loco *μολεῖν με* editum pro *μοι*, probante Elmslejo ad Heracl. 693. et ad Oed. C. 1435. qui disparia componit, *ὕπεστί μοι θράσος κλύουσαν* et *καλόν μοι κατθανεῖν ἰδόντα*, etsi non ignorabat, prius exemplum, quum nullus infinitivus intercedat ad quem dativus referri possit, a communi consuetudine adeo declinare, ut solis concedatur poetis, alterius autem constructionis usum frequentissimum, rationem exploratissimam esse, quia addito infinitivo nihil interest utrum casus appositionis (*ἰδόντα*) huic accommodetur an praemisso pronomini [1]). Quare merito reprobata est Elmsleji sententia, non hoc solum loco sed et Oed. T. 911. et multis aliis, ubi omnes libri dativum exhibent, accusativum anteponentis v. Matthiae ad Med. 445. et 1227. quod revincitur exemplis plurimis. Soph. El. 679. *μελέσθω σοι βαντὶ φρουρῆσαι*, Arist. Eccl. 679. *σοὶ μελήσει λιπαρῷ χωρεῖν*, et post verba jubendi: *ναυκλήρῳ φράζε κρεμάσαντι καθεύδειν* Arist. Avv. 716. *τῷ ναυτικῷ παρήγγειλε παρασκευασαμένῳ πλεῖν* Thucyd. II. 80. *τῷ Πολυβίῳ ἐπέταξε συναθροίσαντι μένειν* Polyb. XI. 15, 340. *οὗτοι ἦλθον Δερκυλλίδᾳ ἐροῦντες μένοντι ἄρχειν* Xen. Hell. III. 2, 6. *εἴρηται αὐταῖς ἀπαντᾷν βουλευσομέναις* Arist. Lys. 13. *τοῖς αἰσχροῖς* 420
ἐψηφίσθη προτέροις λέγειν Eccl. 705. *συνεβούλευσε παύσασθαι φιλονεικοῦσι* Lys. Or. XXI. 165, 8. et rursus cum quarto casu: *εἴρητο αὐτῷ παραπλέοντα στρατεύεσθαι* Thucyd. VII. 20. *ἐπισκήπτω ὑμῖν ἀκεσαμένους καταστῆναι* Antiph. Or. IV. 128, 7. *συμβουλεύω διορθώσαντα διδόναι* Isocr. Panath. p. 288, 262. Hujus diversitatis centena in promtu sunt exempla, quibus in praesentia omissis hoc tantummodo adnotabo, a Matthiaeo Gramm. §. 536. p. 1053. minus recte componi *τῶν Λυκίων φαμένων Ξανθίων εἶναι* cum *Αἰγινητῶν δεόμεθα τιμωρητήρων γενέσθαι.* Nam pro *Ξανθίων* nullus alius casus substitui potest, quia quod dicitur in recto casu *Ξάνθιος εἶναι φημί* vel *Ξάνθιος εἶναι φάσκων*, id necessario servatur per

---

[1]) Vix hoc annotassem, nisi Matthiae quoque ad Med. 58. et Wellauerus ad Apoll. IV. 1262. illam irrationalem syntaxin *πέπαλταί μοι κέαρ κλύουσαν*, cum usitatissima appositionis constructione comparassent. Appositio illa quoque est Plut. V. Anton. LXVI. *τῶν στρατιωτῶν ἀντιπρώρων συμφέρεσθαι φυλασσομένων*, quo loco accusativus poni poterat ut Thucyd. IV. 30. *τῶν στρατιωτῶν ἀναγκασθέντων — προσίσχοντας ἀριστοποιεῖσθαι.*

omnes: *βουλομένων ὑμῶν προθύμων εἶναι* Thucyd. I. 71. *τῆς ἀμφισβητούσης γνησίας θυγατρὸς εἶναι* Isaeus. Pyrrh. p. 17. *τοῖς χρηστοῖς εἶναι βουλομένοις* Isocr. Evag. p. 206, 76. Paneg. p. 63, 110. *κινδυνευούσης τῆς πόλεως ἀναστάτου γενέσθαι* Dio Chr. Or. XI. 333. Sed Xenophon Hell. I. 5, 2. *τοῦ Κύρου ἐδέοντο ὡς προθυμοτάτου γενέσθαι*, potuisset accusativo uti ut Isocr. Aegin. p. 394, 51. *δέομαι ὑμῶν τοιούτους μοι γενέσθαι δικαστάς*. Hic duo subjecta sunt, illic unum. Neque Kruegerum vellem *De attract.* p. 392. Homeri verba *ἤνωξεν ἑταίροις μῆλα δείραντας κατακῆαι*, cum Aeschyli loco *δός μοι εὐτυχεστέραν γενέσθαι μητρός*, in unum contulisse, quorum tanta inter se differentia est quanta inter haec: *δείρας κατέκαυσα* et *γίγνομαι εὐτυχής*. Et in omni hac quaestione, quae est de attractione, a verbis imperfectae notionis, ut *γίγνεσθαι, εἶναι, δοκεῖν, φαίνεσθαι, καλεῖσθαι* etc. quae sine praedicato intelligi nequeunt, sejuncta habere oportet verba perfecta sive absoluta. Hujus generis exempla paullo ante attuli; in illo dominatur quasi dativus sed non sine rivali [1]).

421 Postremo addam, si cum infinitivo praeter praedicatum conjungitur appositio, modo diversum esse utriusque casum: *ἔδοξεν αὐτοῖς ἐλθοῦσιν — ξυμμάχους γενέσθαι* Thucyd. I. 31. *περιγίγνεται ἡμῖν ἐλθοῦσι μὴ ἀτολμοτέρους φαίνεσθαι* II. 39. ubi codd. variant, *εἰ οἷόν τε τοὺς κινδύνους διαφυγοῦσιν ἀθανάτους εἶναι* Lys. Epit. p. 198, 78. unde patet Plutarchi locum V. Brut. c. XIII. quem Kruegerus affert l. c. p. 395. perperam attentari cf. Hermann. ad Med. 1205. modo eundem utrique assignari, vel accusativum: *οἷς — αὐτοὺς ξυνέβη τοῦτο δεδιότας ἀπιέναι* Thuc. VII. 75. vel dativum: *ἐμοὶ μέγιστον σωθέντι μὴ δοκεῖν κακῷ εἶναι* Andoc. Myst. 8, 56. *ἣν αὐτοῖς μηνύσασιν ἐλευθέροις γίγνεσθαι* Lys. Or. VI. 119, 17.

V. 1008. *Ἦ πού με Τελαμών* — Codd. omnes et Suidas l. c. et s. *Εὐπρόσωπος* exhibent *ἤ που Τελαμών*, ubi Kuesterus addidit pronomen a Brunckio receptum. Idem Suidas *ὁ σὸς πατὴρ ἐμός τ' ἴσως*. Hoc *ἴσως* legitur in La.

---

[1]) *Παρῄνεσεν αὐτοῖς ἑτοίμοις εἶναι* Appian. Civ. I. 57. p. 80. *ταύταις ὁ χρόνος καθέστηκεν αἴτιος ἀφανέσιν εἶναι* Paus. I. 22, 6. *οἷς ἐγχωρεῖ ὑβρισταῖς εἶναι* Lys. Or. XXIV. 169, 15. *τῷ ἐσθλῷ ἐγχωρεῖ κακῷ γενέσθαι* Plat. Protag. p. 344. D. *συμβέβηκεν αὐτοῖς στρατηγοῖς γενέσθαι* Themist. Or. X. 141. B. *ἅπασι συνέπεσεν ἐξ ἀδόξων γενέσθαι λαμπροῖς* Isocr. ad Phil. p. 100, 89. *εἴ τίς τῳ ὀνειδίζει φιλοκερδεῖ εἶναι* Plat. Hipparch. p. 234. E. *εἰ οἱ λόγοι αὐτῇ μαρτυρήσουσι τέχνῃ εἶναι* Phaedr. 260. E. *ᾧ σοφῷ γενέσθαι ἡ Πυθία μάρτυς* Paus. I. 22, 8. (brevius Appian. Civ. V. 39, 763. *ὑμῖν μαρτυρῶ ἑλομένοις τὰ ἀμείνονα*) etc. etc. Cum accusativo: *οὐδέν μοι προσῆκον κακόνουν εἶναι* Lys. Or. XXV. 127, 7. *τοῖς — προσήκει διαφέροντας εἶναι* Isocr. Panath. p. 257, 120. etc.

pr. Lb. *Γ.* et in aliis, qui in seq. versu pro *ἴσως*, quod Hermannus ad Philoct. 758. *aeque* significare statuit, susceperunt *ἅμα.*

V. 1011. *Μηδὲν ἥδιον γελᾷν.* La. *ἵλεων γρ. ἥδιον*, Lb. *ἵλεων.* Musgravius, comparativus, inquit, pro positivo. Sic hodieque loquimur, non quo credamus, quod ante Hermannum multi crediderunt, Graecis licuisse, ubi positivo opus esset, comparativo uti et quidvis pro quovis dicere, sed ad significandum, in hujusmodi oratione non talem esse secundi gradus significationem *τοῦτο ἥδιον ἐκείνου* sed delitescere quodammodo. Homo *ἀγέλαστος* nunquam *ἡδὺ γελᾷ*, sed fieri potest ut aliquando rideat *ἥδιον τοῦ εἰωθότος.*

V. 1015. *Σὲ φίλτατ' Αἴας.* Apud Suidan s. *Κακανδρία*, qui hoc hemistichium cum antecedente versu affert, le- 422
gitur *Αἶαν*, quod Hermannus recepit. [*Αἶαν* a codd. parum auctoritatis habere Ellendtius ostendit T. I. 33.]

V. 1017. *Τοιαῦτ' ἀνὴρ δύςοργος ἐν γήρᾳ βαρύς.* Hunc et proximum versum Suidas s. *Δύςοργος* ad verbum reddit. Sed Zonaras T. I. p. 577. *δύςοργος, Σοφοκλῆς· τοιαῦτ' — ἐρεῖ· γράφεται καὶ δύςεργος, ὀξύχολος.* Hesychius *Δύςοργος, κακόεργος. Σὺν γήρᾳ βαρύς* Oed. T. 17. *βαρὺς ὑπὸ γήρως* Aelian. V. H. IX. 7.

V. 1019. *Ἀποῤῥιφθήσομαι.* Sic vulgo legitur et apud Suidan qui s. *Ἀπωστός* hunc et proximum versum profert; non minores auctores habet *ἀποῤῥιφήσομαι* La. Lb. *ΔΘ.* Bar. Laud. Ven. Dresd. B. Aug. B. Mosq. B. Inter utrumque fluctuant libri Eur. Hec. 335. et Androm. 10. sed concordant in *ἐῤῥίφθην* Aesch. Suppl. 487. Soph. El. 512. nisi quod Suidas hic *ἐῤῥίφην* subrogat, quae forma legitur in Melanipp. Fr. XXVIII. sed syllaba his omnibus in locis indifferens est. *Ἐῤῥίφην* legitur Plat. Phileb. p. 16. C. Legg. XII. 944. B. sed paullo post succedit alter aoristus et utrumque quidem sine ulla codd. dissensione; *ἐκριφέντες* Diod. I. 61. p. 181. cod. *ἐκριφθ.* sed *ῥιφέντος* XIII. 73. p. 356. constanter legitur, eodemque aoristo secundo usi sunt Polyb. IV. 71. p. 168. Plutarch. V. Rom. VI. Lysand. XII. Praecc. Pol. c. XVII. 174. T. XII. Aelian. H. Ann. XIV. 8. Epist. Socr. XVII. 25. Lucian. Amorr. §. 33, 295. T. V. (ubi *ἐῤῥίφθη* affertur) Appian. Mithr. LXXXVIII. 757. Sed iidem primo non abstinent Polyb. VIII. 8, 21. Plut. V. Lucull. XLII. Appian. Mithr. XLII. 700. Maneth. VI. 58. et Strabo VI. 274. utrumque conjunxit *εἰ καταῤῥιφθείη, φθάνοι ἂν διαφθαρὲν πρὶν ἀναῤῥιφῆναι.* Futuro *ῥιφήσεσθε* utitur Liban. Decl. T. I. 517.

V. 1021. *Τοιαῦτα μὲν κατ' οἶκον.* Variavit Euripides Alc. 966. *τὰ μὲν κατ' οἴκους τοιάδ'.*

V. 1022. *Παῦρα δ' ὠφελήσιμα.* Suidas s. *Πολλοί*, duo Aug. et Ald. *παῦροι δ' ὠφελήσιμοι*, reliqui codd. *παῦρα δ' ὠφελήσιμοι*, quod alibi dicitur *πολλὰ χρήσιμος* Demosth. 430, 5. Isocr. Ep. IV. 414, 7. Diod. XIII. c. 41. Dionys. Antt. VIII. 70. p. 1678. [Aristid. XLVI. 259. T. II.] *ἔνια*
423 *χρήσιμος* Menand. Fr. p. 170. *ἄλλο οὐδὲν χρησίμη* Demosth. p. 193, 26. sed hoc loco ineptum est. Utramque lectionem ante oculos habuerunt interpretes graeci. Quod nunc legitur, Brunckius restituit et jam prius Johnsonus.

V. 1023. *Καὶ ταῦτα πάντα.* Codices nihil discrepant nisi quod in *Γ.* legitur *καὶ τοιαῦτα πάντα*, Eustathius vero p. 999, 61. *ἀλλὰ ταῦθ' ἅπαντα εὑρόμην* affert, quem sequutus Brunckius *ταῦθ' ἅπαντα* scripsit. Infra v. 1271. pro *πάντα ταῦτα* codd. aliquot *ταῦτα πάντα,* nec saepius librarii quam in horum nominum collocatione vacillare solent; *ταῦτα πάντα* Oed. T. 252. El. 1033. Iph. A. 1393. Agam. 904. Demosth. p. 23, 29. p. 432, 4. p. 607, 11. p. 641, 29. sine ulla codd. discrepantia legiiur, et inverso ordine *πάντα ταῦτα* Orest. 785. Plat. Legg. II. 661. B. V. 746. E. Demosth. p. 646, 26. p. 692, 9. sed multo saepius libri inter se dissident Antig. 439. Arist. Nubb. 259. Dem. p. 384, 14. p. 441, 21. p. 490, 23. p. 535, 24. p. 629, 15. p. 644, 5. Plat. Phaedr. 235. E. Crit. 46. A. Rep. VII. 534. D. IX. 588. C. [Aristid. T. II. 205. Lucian. Tyrannoct. §. 9. p. 119. T. II.] cf. Boissonad. ad Nicet. Eug. p. 268. Fritzsch. ad Marc. XIII. 559. atque haud scio an Schneiderus, qui ad Civ. T. II. p. 113. id nomen quod gravius sit priore loco ponendum arbitratur, ex hac regula totam controversiam judicari posse recusaturus sit; id quod ipse significat T. III. 226. *Καὶ πάντα ταῦτα* Aesch. Eum. 110. Dionys. Techn. IX. 6, 340. Demosth. 579, 4. et 676, 20. ubi Bekkerus *καὶ ταῦτα πάντα* edidit, quod legitur Plat. Rep. IX. 577. B. Lucian. Hipp. §. 7. Demon. §. 10. de Gymn. §. 28. *ταῦθ' ἅπαντα* Aesch. Prom. 265. *ἅπαντα ταῦτα* Lucian. Hermot. §. 7. Demosth. 237, 28. ubi codd. pariter ut p. 500, 11. dissident et Bekkerus ordinem invertit. In exitu versus *εὑράμην* vitiose cod. *Γ.* Jen. Mosq.

V. 1024. *Πῶς σ' ἀποσπάσω πικροῦ τοῦδ' αἰόλου κνώδοντος.* Choeroboscus in Ind. Anecdd. s. *Λάδων* p. 1395. *παρὰ Σοφοκλεῖ τοῦδ' αἰόλου κνώδοντος ἀντὶ τοῦ ξίφους.* Pro *πικροῦ* ap. Suidan s. *Κνώδοντος* scribitur *πυκνοῦ.* *Αἰόλος κνώδων* Sophocles aut pro cruento dixisse videtur aut ad
424 exemplum homericorum *αἰόλος ζωστήρ, θώρηξ* etc. Scho-

liastes *ὀξὺν* interpretatur, veterem, ut videtur de metalepsi haeresin sequutus, quia *αἰόλος* interdum significat celer, celer autem dicitur *ὠκύς*, huic vero synonymum est *ὀκύς*. Nomen *κνώδων* a verbo *κνῶ* propagatum proprie non gladium (*τὸν σφαγέα κνώδοντα* Nicet. Annal. XV. 5, 302.) sed remoras venabulorum et gladiorum denotat; capuli moras vocat Silius Pun. I. 515. v. Poll. V. 22. Falso Kuesterus huc refert Hesychii glossam *Ἴχθον, ἄστρον, ἐγχειρίδιον ξυλοφάνιον*, quae fortasse sic scribenda *ἰχθύη, ξύστρον*. certe intelligitur scobina sive radula e squatinae cute qua ligna poliri docet Plinius H. N. IX. 12, 4. Hinc *ξυλοφάνιον* dicitur, alias *ξυάλη* (v. Spohn. de extr. Odyss. parte p. 134.). Ceterum hunc locum suis intexuit Lycophro v. 464.

ταῦρος βαρύφρων δυςμενεστάτου ξένου
ἔτυψε δώρῳ σπλάγχνον, ἀρνεύσας λυγρὸν
πήδημα πρὸς κνώδοντος αὐτουργοὺς σφαγάς

cujus singula paene verba ex singulis Sophoclis versibus expressa sunt v. 322. 662. 1032. Ed. Pr.

V. 1025. *Ὑφ' οὗ φονέως ἄρ' ἐξέπνευσας.* Apud Suidan s. *Κνώδοντος* legitur *ἐξέπραξας*, nec displicet Hermanno. Brunckius illa cum prioribus continuat *a fero hoc acuto mucrone, quo occisore animam efflasti.* Adscripsi verba aliter ordinanda videri: *ὦ τάλας ὑφ' οὗ*, *o te miserum, quod tali modo occubuisti gladio dono accepto in perniciem usus.* Erfurdtius obloquitur, hoc si voluisset poeta, *ὑφ' οἵου* scribendum fuisse non *ὑφ' οὗ*. Sed eodem modo Euripides Troad. 501. *οἲ 'γὼ τάλαινα, οἵων ἔτυχον ὧν τε τεύξομαι.* Dio Chr. XXXI. 628. *τὴν Ἑλλάδα ἐλεεῖν εἰς ὃ πέπτωκε* pro *εἰς οἷα.* Eunap. V. Proaer. p. 87. (153.) *τοὺς πατέρας ἠλέει τῆς τῶν παίδων παιδείας, ὑπὸ τίσι παιδεύονται.* Verum tamen Brunckii interpretationem, qua *ὑφ' οὗ φονέως* positum est pro *φονέως ὑφ' οὗ*, confirmavi aliis postpositi relativo nominis exemplis. Alexander Aet. Epigr. IV. 3. Anall. T. I. 419. *υἱὸν Θερσάνδροιο τὸν ᾔνεσαν ἀνέρα σίκλων χιλιάδι.* Christodor. Anth. Pal. VII. n. 697. *Λυχνιδὸν, ἣν φοῖνιξ Κάδμος ἔδειμε πόλιν.* Similiterque adjectiva postponuntur; [Hom. Il. XII. 56. *ὕπερθεν δὲ σκολόπεσσιν ἠρήρει, τοὺς ἔστασαν υἷες Ἀχαιῶν πυκνοὺς καὶ μεγάλους.*] Herod. VIII. 164. *διὰ δικαιοσύνην, τήν οἱ ἄλλην συνήθεε ἔουσαν.* Aristid. T. I. p. 431. *πρὸς* 425 *τὰς ναυμαχίας, ἃς τοσαύτας ἠτυχήσαμεν.* Callim. H. in Ap. 81. *ἄνθεα μὲν φορέουσιν, ἐν εἴαρι τόσσαπερ ὧραι ποικίλ' ἀγινεῦσιν*, ubi Ernestius offendebat. Stephanus s. *Βῆλος — τῶν μήλων ἃ χρύσεα λέγεται Ἡρακλῆς ἐκ τῆς Λιβύης ἀγηοχέναι.*

V. 1027. *Ἔμελλέ σ' — ἀποφθίσειν.* Suidas, qui haec

verba s. *Ἀποφθίμενον* apponit, *ἀποφθίσειν* interpretatur *ἀνελεῖν*, *θανατῶσαι*, ex quo Hermannus conjecturam facit eum *ἀποφθίσαι* scriptum invenisse idque vulgatae praeferre maluit quam *ἀποφθιεῖν* scribere, quod Dindorfius suscepit. Grammatici quidem nostri (v. Matth. §. 181. p. 323.) de futuro attico ita loquuntur ut verba bisyllaba non excludant; sed exemplum dubito an nullum extet; nam *καθιῶ* et *ἀμφιῶ* aliorsum pertinent; *ἵξομαι καὶ κτιῶ* Oenom. ap. Euseb. Praep. VI. 256. A. nihil distat ab *οἰκιῶ*. Et eodem loco velut mirabundi memorant, futuro *ὀμοῦμαι* non convenire *δεσπόσω*, *ἁρμόσω*, perinde ac ratio postulet ut ea sibi conveniant, quorum principia discrepant[1]). Nec magis mirandum est, cur *σκευάσω* discrepet a *σκεδῶ*. Sed illud, quod praecedit, *εἶδες ὡς χρόνῳ* notabile est propter significationem *sciendi*, quam huic aoristo Buttmannus denegabat v. Matthiae ad Bacch. 1298. ad Herc. 1168. Siebelis ad Paus. T. IV. p. 137. Hic *προεῖδες* significatur. Theocritus I. 19. *εἶδες* pro *οἶσθα* posuisse videtur.

V. 1028. *Σκέψασθε πρὸς θεῶν τὴν τύχην δυοῖν βροτοῖν.* Barocc. AB. Laud. Dresd. B. et Ald. articulum omittunt, quem Brunckius sententiae, Porsonus ad Or. 442. etiam aurium gratia necessarium ducit; deest vulgo ap. Suid. s. *Τύχη* sed extat in Codd. Membr. Harl. La. Lb. *Γ.* (*τοῖν*) etc.

V. 1029. *Ὧι δὴ τοῦδ' ἐδωρήθη πάρα.* In Suidae cod. Leid. et Edd. vett. s. *Ἄντυγες* legitur *οὗ δὴ τοῦτ'*, quod Kuesterus in *οὗ δὴ τοῦδ'* mutavit, sed s. *Τύχη* repraesentatur lectio tralaticia, in qua nihil est quod culpari possit. Ceterum
426 si Sophocles hoc finxit, Ajacem et Hectorem suis utrumque donis perisse, utique, ut Itali dicunt, belle inventum est. Si qua vetustior ea de re fama fuit, egregie convenit cum superstitiosa illa fortuitarum *συνεμπτώσεων* observatione, qua prisca gens mortalium duci solebat. Ac ne nos quidem, si relatum legimus aliquem eodem telo peremtum esse quo alium trucidaverit v. Wyttenbach. ad Plut. S. N. V. p. 46. Interpr. ad Dion. Cass. XLVIII. 1. nobis temperare possumus, quin haec et talia fataliter fieri credamus, hodieque valet Plutarchi verbum V. Sertor. c. I. *ἀγαπῶντες ἔνιοι τὰ τοιαῦτα συνάγουσιν ἱστορίᾳ καὶ ἀκοῇ τῶν κατὰ τύχην γεγονότων ὅσα λογισμοῦ καὶ προνοίας ἔργοις ἔοικε.*

V. 1030. *Ζωστῆρι πρισθεὶς ἱππικῶν ἐξ ἀντύγων.* Vulgo post *πρισθείς* interpungitur; retrahenda erat hypodiastole ad versus finem. Proxime enim cohaerent *ἐξ ἀντύγων πρισθείς*,

[1]) Tertia persona *ὀμεῖται* manifestum facit, primam non ab *ὀμόω*, sed *ὄμω* descendere.

quod commodissime interpretatur Scholiastes *δεθείς* et pluribus verbis Suidas: *Πρισθεὶς*, *δεθεὶς*, *ἐξαφθεὶς*, *δεσμευθείς*, quae apparet ad hunc ipsum pertinere locum. His conveniunt glossae veteres *Πρισμοῖς τοῖς βιαίοις κατοχαῖς* Hesych. *Ἐμπρίσαντες*, *συσφίγξαντες*, *προςαρμόσαντες*, Suid. quae redarguunt Musgravii dubitationem, qui se vereri dicit ne illa Scholiastae interpretatio parum graeca sit. Propie quidem *πρίειν* dicuntur *τὰ ὠδοντωμένα*, unde *πρίων ὀδόντων* Crinag. Epigr. XXXVII. 4. *πριστῆρες ὀδόντες* Epigr. *Ἀδεσπ.* CC. *πρῖσις ὀδόντων* Plutarch. de Ira T. II. p. 458. C. quae solet esse irae nota, similiterque Antipater Thess. XLIII. 3. *Ἥρα πριομένη κάλλει Γανυμήδεος*, et Apollon. IV. 1671. *λευγαλέον δ' ἐπί οἱ πρῖεν χόλον*, nec apud Hesychium *Πρίεται*, *φυσοῦται* quidquam novandum praeter *φυσιοῦται*, quod ipsum irati facere solent [v. Meinek. ad Men. p. 278.]. Indidem translata sunt *δάκνειν χόλον* Apollon. III. 1170. [v. Buttm. Lexil. II. 256.] *θυμὸν ὀδὰξ πρίοντες* Oppian. Cyn. IV. 138. et *αὐτόδαξ ὠργισμένοι* Arist. Lysistr. 687. Canis captam feram tenet *ἐμπεπρικὼς τοὺς ὀδόντας* Diodor. XVII. 92. p. 444. Jam ut latine dicitur mordicus tenere, in eundem intellectum poetae verbum graecum deflectunt. Oppianus Hal. II. 375. *ἔνθα μιν ἀμφιβαλὼν περιηγέϊ πάντοθεν ὁλκῷ ἴσχει ἐμπρίει τε*, de 427
quo Scholiastae multa commentantes unum afferunt quod ad veritatem dirigit, *ἐμπρίει* significare *πιέζει* id est arcte colligatum tenet; quomodo L. III. 314. *χεὶρ πριομένη* ***arcte constricta.*** Hinc etiam adverbio significatio firmae comprehensionis communicatur. Helladius Phot. p. 869. *ἄπριξ ἀντὶ τοῦ συμπεφυκότως ὥςτε μὴ διαπρῖσαι τὴν συμφυΐαν* [1]), quod declarabo Polybii exemplo XII. 11, 6. *οὐδὲν παρέλειπεν ἀλλ' ἄπριξ, τὸ δὴ λεγόμενον, ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν ἐπέφυ*, cui perpendiculo respondet *ἀμφιδακοῦσαι παλάμαι* Paul. Silent. LX. 4. pro quo *χεῖρες ἐμπεφυκυῖαι* dicitur Herod. IV. c. 91. Haec omnia confirmant Sophoclem verbis istis idem significasse quod Homerus Il. XXII. 399. *Ἕκτορα ἐκ δίφροιο ἔδησε*, et Alpheus Epigr. V. 4. *ἔκδετον ἐξ ἵππων Ἕκτορα συρόμενον*, vel ut Philostratus Heroicc. XII. 722. eum dicit *ἑλχθῆναι ἀνηρτημένον τοῦ ἅρματος*. Ed. Pr.

V. 1031. *Ἐγνάπτετ' αἰέν* — significat continua tractione laceratum, *Ἕκτορα δρυπτόμενον* Anth. Pal. c. VII. n. 2. [*ἐκνάμπτοντο* animo Appian. Civ. III. 51.] Codd. *ΔΘ*. Bar. B. Par. E. Harl. et alii *ἐγνάμπτετ'*, La. pr. Lb. Aug. B. Dresd. B. *ἐκνάπτετ'*, idemque vulgatum est ap. Suidan s.

---

[1]) Schol. ad Aj. 310. *ὃ οὐχ οἷόν τε πρίσαι διὰ σύμφυσιν*, eodemque modo Hesychius et Suidas.

Ἄντυγες, idemque scriptum in Suidae cod. Leid. s. Πρισθείς. Ceteri codd. et Edd. vett. cum Suida s. Τύχη exhibent ἐγνάπτετ', postremo ap. Suid. s. Πρισθείς editum ἐκνάμπτετ', qua forma Philostratus utitur V. Ap. VII. 12, 289. Ἰξίων ἐπὶ τροχοῦ μετέωρος κνάμπτεται, quanquam de eodem paullo ante VI. 40. p. 277. κάμπτεται legitur. Brunckius (Herm. Dind.) ἐκνάπτετ' praetulit Eustathio auctore, qui p. 150. Sophoclem verbo κνάπτω usum dicit, et quia Schol. Plut. 166. veteres Atticos κνάφος, κναφεύς, κνάφαλλον dixisse testatur, ex quo cum Hemsterhusio ad Lucian. Vocal. Jud. §. 4. colligit idem valere de verbo κνάπτω. Illa auctoritas pertenuis nec haec consequutio necessaria est. Ac si κνάπτειν et derivata in arte fullonia percrebuerunt, id ipsum fortasse
428 Tragicos impulit ut alteram formam γνάπτω vel γνάμπτω praeferrent Epicorum usu nobilitatam cf. Dorvill. Observ. Misc. Vol. IX. T. I. p. 118. Interpp. ad Thucyd. III. 58. Jacobs. ad Anth. Pal. p. 29. et p. 103. Schneider. ad Plat. Civ. T. III. 279. Postrema verba ἀπέψυξεν βίον affert Eustath. p. 622. Ed. Pr.

V. 1033. *Πρὸς τοῦδ' — πεσήματι*, leguntur ap. Suid. s. Πεσήματι, et qui subsequitur versus s. Ἐριννύων, ubi ἐχάλκευσε scribitur omisso ν̄ finali.

V. 1035. *Κἀκεῖνον Ἅιδης, δημιουργὸς ἄγριος.* Duo postrema verba affert Suidas. Glossa Brunckii supplet ἔπλεξε, κατεσκεύασε, quod Brunckius, praegressum ἐχάλκευσε soli gladio aptum, balteo inconveniens ratus, extrinsecus assumendum censet zeugmatis modo, cujus exempla plurima extant v. Dorvill. ad Charit. p. 395. (440.) Graev. ad Flor. III. 21, 26. Staveren. ad Nepot. Timoth. II. 2. Quidni vero balteus fibulis, clavis, bullis instructus χαλκευθῆναι possit? Deauratum balteum nominat Seneca Ep. LXXVI. p. 7. auratis fulgentia cingula bullis Auson. Id. VI. 49. cingula baccis aspera Claudian. de Laud. Stilich. II. 87. v. Heins. ad Valer. Fl. V. 579. et de ipso Sophoclei herois ornamento Epitom. Iliadis v. 631.

Accipit insignem vario caelamine balteum.

Num igitur huic verbum χαλκεύειν minus convenit quam zonae, de qua hoc ipsum verbum usurpavit Heliodorus III. 4. p. 112. Ed. Pr. — Haec non satisfecerunt Hermanno, qui δημιουργός pro verbo ἐδημιούργησε positum et eadem ratione cum accusativo ἐκεῖνον constructum esse sumit; sin aliter accipiatur, vehementer frigere hoc minime necessarium additamentum δημιουργὸς ἄγριος. Equidem, si Orcus ob solum Ajacis gladium ita vocaretur, appositionem hancce supervacaneam videri posse concederem. Ut nunc est, nihil admodum

offendor ejusmodi oratione: *illum ensem certe fabricavit Orcus,*
qui solet esse rerum mortiferarum faber, unde *ᾅδου μάχαιραι*,
ᾅδου δίκτυον et similia ducuntur. Praeterea, si ex illis, quae
Musgravius ad Antig. 788. Matthiae Gramm. §. 346. p. 655.
§. 422. p. 777. et Bernhardy Synt. p. 114. collegerunt huius
constructionis exemplis, omnia excerpseris quae aut ab re 429
aliena aut propter lectionem intuta sunt, ad summum vix tria
restabunt, quae cum *ἐκεῖνον δημιουργός* comparari possunt,
nullum quod cum *ἐκεῖνον δημιουργὸς ἄγριος*, quo epitheto
assumto dubito an verbale illud casum verbi adsciscere om-
nino non possit; quin etiam simplicibus quibusdam haec re-
ctio convenire non videtur; Apollonius de Synt. III. 32. p. 301.
ἔστι μὲν τὸ κόπτω τοῦτον, οὐ μὴν τὸ κοπεὺς τοῦτον, de quo
amplius quaerendum erit. Quoniam vero supra zeugmatis
mentio injecta est, addam hoc amplius, ejus figurae genera
accuratius distingui oportere. Nam quod Dissenius Explicc.
Nem. X. p. 466. et Comm. ad Nem. IV. 48. et 110. Pin-
darica *ἕλεν Οἰνομάου βίαν παρθένον τε σύνευνον* et *δῶρα*
καὶ κράτος ἐξέφανον ad zeugma refert, certe eum non latuit,
verba illa secundum duplicem quam habent significationem,
cum utroque nomine construi neque opus esse ut aliud ex-
trinsecus assumatur verbum. In Platonis autem verbis quae
Wyttenbachius ad Plut. p. 256. et Matthiae afferunt ad Hec.
290. *τί χρὴ χρῆσθαι τοῖς περιγενομένοις ἢ τοῖς ἐλλείπουσι*,
ne dici quidem potest, quodnam verbum supplendum sit,
sed *χρῆσθαι* tam late patet ut etiam *τοῖς μὴ οὖσι χρῆσθαι*
dici queat, fere ut Lys. p. Imbec. p. 741. *διὰ τὴν πονηρίαν*
αὐτοῦ οὔτε φίλῳ οὔτε ἐχθρῷ πώποτε ἐχρησάμην, ubi si quis
verbis adhaerescit, eadem illa existit repugnantiae species,
quae Eur. El. 407. *ἔν τε μικροῖς ἔν τε μὴ στέρξουσ' ὁμῶς*,
nam *στέργομεν ἐν μικροῖς*, non item *ἐν μὴ μικροῖς*, sed hoc
discrimine, quod haec oppositorum compositio ad emphasin
pertinet [1]) quae in superioribus nulla inest. Verum igitur
zeugma, ne dissimilia eidem subjiciantur nomini, illud dixe-
rim quod pertinet ad schema *τὸ ἀπὸ κοινοῦ* [2]) sed continetur
verbi cum nomine constructione. Cujus exempla ab aliis con- 430

---

[1]) Ad Arist. Plut. 280. (230.) *καὶ δικαίως κἀδίκως* Scholiastes adnotat: *τὸ ἀδίκως ἁπλῶς ἔῤῥιπται ἀντὶ τοῦ παντὶ τρόπῳ· οὕτως Ἀττικοί.* Eodem modo Latini *adversus fas ac nefas* Valer. Max. VI. 2, 8. Alia hujus oxymori exempla congessit Marklandus ad Lysiae Or. p. Mil. p. 239., alia ego ad Phryn. p. 754.

[2]) Nimis anguste Schol. El. 435. hoc nomen circumscribit, si tantummodo ejusdem verbi alium aut numerum aut personam *ἀπὸ κοινοῦ* comprehendi vult; quam late patuerit ostendit Porphyrii docta disputatio ad Il. *K.* 165.

quisita neque repetam neque augebo, sed tantummodo, ut ordinaria et quasi solemnia a fortuitis nullique certo generi adscriptis secernantur, admoneam. Nam frequentissime hoc fit ubi Grammatici *αἴσθησιν ἀντὶ αἰσθήσεως* poni ajunt ut Schol. ad Nic. Ther. 164. *ὅταν δοῦπον ἢ αὐγὴν ἀθρήσειε*, vel Callim. Del. 180. *οὐκ ἔτι μοῦνον ἀκουῇ ἀλλ' ἤδη περὶ νηὸν ἀπαυγάζοντο φάλαγγας δυςμενέων*, Hom. H. in Ap. 265. *εἰςοράασθαι ἅρματα καὶ κτύπον ἵππων.* Epist. Socr. XXVIII. 33. *αὐτήκοος ἐγενόμην τοῦ ἱεροῦ λόγου καὶ τῆς παγκάλης τοῦ Νείλου θέας*, Arrian. Alex. VII. 15, 5. *ὧν τά τε ὀνόματα καὶ τὰς σκευὰς τότε πρῶτον ὀφθῆναι*, quibus in locis similibusve non item ut in acyrologia [1]) verbo unius certi sensus proprio attribuitur significatio *percipiendi* et *sentiendi* generalis sed cum nomine notio verbi congeneris tacite comprehenditur. Deinde quod Demosthenes scripsit de Cor. 231, 23. *τοὺς μὴ λόγον ἀλλ' ἔργον παράνομον πεποιηκότας*, vix recte aestimabitur nisi ex comparatione similium: *χρηστὰ ἔργα καὶ ἔπεα ποιεῖν* Herod. I. 90. *οὔτ' ἔργον οὔτ' ἔπος ἐκτράπελον εἰπών* Pind. P. IV. 186. *οὔτι ἔπος εἰπὼν ἀποθύμιον ἠέ κεν ἔρξας* Hesiod. Opp. 708. *ὅ τι κεν ῥέξαι ἔπος ἠὲ καὶ ἔργον* Orph. Arg. 287. *ἐκ δ' ἄρα δεσποίνης οὐ μείλιχόν ἐστιν ἀκοῦσαι οὔτ' ἔπος οὔτε τι ἔργον* Odyss. XV. 374. unde patet eam quasi quandam esse dicendi formulam variando saepe turbatam. Quae vero generatim tractari non possunt, ea certe positura verbi distant, ut prozeugma Plut. Plac. Phil. II. 30, 416. *τὴν σελήνην περιοικεῖσθαι μείζοσι ζώοις καὶ φυτοῖς καλλίοσι*, ac remoto ad finem verbo Lucian. Asin. c. 40. p. 179. *ξίφη καὶ λόγχας ἐπ' ἐμὲ ἐσπάσαντο*, vel hypozeugma ut Eur.
431 Ion. 1065. *ἢ ξίφος ἢ λαιμῶν ἐξάψει βρόχον*, Paus. V. 5, 3. *τέμενος καὶ ἱερὸν καὶ ναὸν Ἀρτέμιδι ᾠκοδομήσατο.* Cicero p. Rosc. Am. c. VIII. *quum eodem tempore et ea quae praeterita sunt et ea quae videntur instare, praeparet.* Sed cavendum est, ne huic numero plus adscribatur quam opus est. Elmslejus ad Med. 672. *τί γὰρ σὸν ὄμμα χρώς τε συντέτηχ' ὅδε* ad zeugma refert, quia *ὄμμα συντέτηκε* non dici putat; sed dixit Theocritus Epigr. VI. 2. *εἰ κατατήξεις δάκρυσιν ὦπας* et Moschio Stob. Flor. CV. 22. *κάνθους ἐξέτηκε δακρύοις.* Alii utuntur Sophoclis El. 435. *ἀλλ' ἢ πνοαῖσιν ἢ βαθυσκαφεῖ κόνει κρύψον νιν*, quod tamen non aliter dictum videtur ac Theocr. XVII. 119. *ὅσσα μέγαν Πριάμοιο δόμον*

---

[1]) Loquor de notis exemplis *κτύπον δέδορκα, θᾶσαι ὡς καλὸν ὄζει* etc. quorum imitamenta quaedam sermo vulgaris admisit *τὸ κήρυγμα τῆς ἐλευθερίας θεώμενοι* Polyaen. IV. 7, 6. *ἐπειδὴ οὐχ ἑώρων τὸ ἆσθμα ἓν* — Lucian. Dial. Meretr. XII. 254. ubi loquitur mulier tenebris circumfusa cf. Bast. ad Aristaen. p. 670.

κτεάτισσαν ἑλόντες, ἀέρι που κέκρυπται, id est *ἠφάνισται*. Non meliore jure huc referri potest Sophocl. Androm. Fr. II. *ἵπποισιν ἢ κύμβαισι ναυστολεῖς χθόνα*, et quae Elmslejus affert ad Heracl. 312. *ἣν δώματ' οἰκήσητε καὶ τιμὰς πατρός*, ubi utrumque nomen verbo aptum est, prius proprie intellecto posterius translato, ut saepe *οἰκεῖν* dicitur pro *νέμεσθαι*, Iph. A. 1508. *ἕτερον αἰῶνα καὶ μοῖραν οἰκήσομεν.* Similiterque verba polysemanta *λαμβάνειν, αἱρεῖσθαι, χρῆσθαι, ποιεῖσθαι*, cum diversis nominibus ita conjungi solent ut non eadem utrique significatio congruat, sine ulla zeugmatis specie. De zeugmate nominum Grammatici nostri tacent, cujus exemplum praebet Pindarus Pyth. IX. 172. *νικάσαντά σε εἶδον ἄφωνοί θ' ὡς ἑκάστα φίλτατον παρθενικαὶ πόσιν ἢ υἱὸν εὔχοντο*, in quo nemo haerebit. Mirabilius Plutarch. V. Cim. X. 259. *Ἀθηναῖοι τό τε σπέρμα τῆς τροφῆς εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξέδωκαν ὑδάτων τε πηγαίων καὶ πυρὸς ἔναυσιν χρῄζουσιν ἀνθρώποις ἐδίδαξαν*, ubi Solanus *μετάδοσιν* addendum putat, Coraius *χρῆσιν*, Schaeferus nihil, sed pro *πηγαίων* scribendum esse *πηγάς*, quo vereor ut significari possit, quod Plutarcho propositum erat, Athenis execrationibus publicis sancitum esse, si quis quem *quaesitum ad fontem deducere* recusaret.

V. 1036. *Ἐγὼ μὲν οὖν* — Cod. *Θ*. Laud. Mosq. A. Aug. AB. et Ald. *ἐγὼ μὲν ἄν*, probante Hermanno. Ceteri et Suidas, qui s. *Μηχανοῤῥάφος* hunc et sequentem versum 432 recitat, id quod vulgatum est. Pro *ἀεί* Jen. *ὁμοῦ*.

V. 1039. *Κεῖνος τὰ κείνου* — Apud Suidan s. *Ὅτῳ γὰρ* antecedens versus, ut vulgo, scribitur, hic mendose *ἐκεῖνος τἀκείνου στεργέτω κἀγὼ ταῦτα,* sed in codd. *τε κεῖνα* vel *τ' ἐκεῖνα.* In cod. *Γ. ἐκεῖνα*, in ceteris *τἀκείνου* et *κἀκείνου.* In Edd. ante Hermannum *κεῖνός τ' ἐκεῖνα*, pro quo ille ascivit Monkii correctionem ad Alc. 545. quam dubitanter sequuti sumus. Eur. Suppl. 466. *σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ', ἐμοὶ δὲ τἀντία.* Evenus Epigr. App. N. 23. *σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ', ἔστω ἐμοὶ δὲ τάδε.*

V. 1040. *Μὴ τεῖνε μακρὰν — κρύψεις.* Eodem modo legitur hic versus ap. Moschop. in Lex. s. *Τείνω,* sed ap. Grammaticum Hermanni p. 390. *μακρὸν* et *κρύψῃς*, quorum posterius habent codd. *ΓΔ*. La. pr. Lb. Mosq. B. Lips. B. *Μακρὸν λόγον ἀποτείνειν* Plato Protag. 361. A. *μακροὺς τείνειν λόγους* Eur. Hec. 1117. et similia alii v. Boisson. ad Aristaen. p. 625. ad Philostr. 645. sed omisso substantivo Tragici semper *μακρὰν τείνειν* vel *ἐκτείνειν* v. Elmsl. ad Med. 1318. *μακρὰν ἀνιστορεῖν* Trach. 317. *περαίνειν* Eur. Hel. 1017. et quod memorabilius, *οὐ μακρὰν δέξεσθέ με* Troad. 462.

V. 1042. *Τάχ' ἂν κακοῖς γελῶν ἃ δὴ κακοῦργος ἐξίκοιτ' ἀνήρ.* Mosq. B. *τάχ' ἂν ἐν.* Eur. Troad. 407. *κακοῖσιν οἰκείοις γελᾷν.* Singulare est et olim addubitatum *ἃ δή* pro *ἅτε* vel *οἷα δή*, sed satis munitum Nicandri exemplo Alex. 215. *βοάᾳ ἅ τις ἐμπελάδην φὼς ἀμφιβρότην κώδειαν ἀπὸ ξιφέεσσιν ἀμηθείς.* Ed. Pr. Demosth. Ep. V. 1490. A. *ἃ δὴ ὑπολαμβάνων*, Schaeferus *οἷα δή* scribi malit. In Dion. Chr. Or. VII. 273. *ἐφθείροντο οἱ πολλοὺς* (scr. *πλείους*) *ἅγε οὐδαμῶς δαιμονίας τυγχάνοντες ἐπιμελείας* scrib. *ἅτε*. Verbum *ἐξίκοιτο* Scholiastae perperam reddunt *ἐξέλθοι* id est *διεξέλθοι, εἴποι.* In seq. versu Lips. B. *τίς ἐστιν.*

V. 1045. *Ὧι δὴ τόνδε πλοῦν ἐστείλαμεν.* Versis vicibus Philoct. 1038. *οὔποτ' ἂν στόλον ἔπλευσαν τόνδε.*

433 V. 1047. *Οὗτος, σὲ φωνῶ, τόνδε* — Schaeferum sequuti editores comma post *φωνῶ* sustulerunt, ut jungantur *φωνῶ σε μὴ ξυγκομίζειν*, *jubeo te;* neque tamen aut exemplum hujus constructionis verbi *φωνεῖν* afferunt aut cur imperiosum illud *μὴ ξυγκομίζειν*, si verbum jubendi vel vetandi desit, minus exaudiatur, apertum faciunt. Hermannus *συγκομίζειν*, ut *ΓΔΘ*. [*Σέ φημι* Lucian. I. 334.]

V. 1049. *Ἀνήλωσας.* Brunckius Valckenario suasore ad Phoenn. 591. *ἀνάλωσας* edidit ut magis atticum, non plus duo codd. sequutus, suum et August. B. ceteri omnes *ἀνήλωσας*, quod Hermannus revocavit. Apud Aeschylum et Sophoclem aliud hujus temporis exemplum non reperitur, apud Euripidem saepius *ἀνάλωσε, ἀναλώθη* legitur, nunquam *ἀνήλωσε* v. Matthiae ad Electr. 676. *Ἀνήλωσε* legitur ap. Lysian p. 155, 42. p. 157, 56. p. 161, 1. p. 176, 10. sed *ἀνάλωσε* p. 153, 18. p. 185, 21. illud saepius ap. Isocratem p. 3, 6. (cod. *ἀνάλ.*) p. 153, 67. p. 172, 67. 201, 60. p. 371, 113. (cod. *ἀνάλ.*) variant plerumque libri Demosthenis in hoc et in ceteris temporibus p. 228, 3. p. 247, 6. p. 264, 15. p. 274, 20. aliorumque Atticorum v. Poppo ad Xen. Cyr. I. 4, 5.

V. 1050. *Δοκοῦντ' ἐμοὶ δοκοῦντα δ'* — Pariss. CT. Aug. BC. D. *δοκοῦντά θ'*. Ceteri *δοκοῦντα δ'*, quod Elmslejus revocandum esse monuit. Mosq. B. *δοκοῦνθ' ὃς κηραίνει*, Jen. *δοκοῦνθ' ὃς κοιράνει.* In seq. versu Dresd. A. et Ald. *οὐκοῦν.*

V. 1053. *Ἄξειν — ξύμμαχον.* Laud. Ven. Aug. Dresd. B. Lipss. AB. *ἄγειν.* Nonnulli *σύμμαχον.*

V. 1054. *Ἐξεύρομεν ζητοῦντες.* Reiskius *συνόντες* corrigit, Eldickius in Spec. Crit. p. 3. *ζητοῦντ' ἔτ'*, immerito offensi participio illo quod saepe cum verbo *εὑρίσκω* conjunctum legitur. Arist. Plut. 105. *οὐ γὰρ εὑρήσεις ἐμοῦ ζητῶν ἔτ' ἄνδρα τοὺς τρόπους βελτίονα.* Rann. 91. *γόνιμον δὲ*

ποιητὴν ἂν οὐχ εὕροις ἔτι ζητῶν ἄν. Ac similiter alia; Pind. Ol. XIII. 161. *εὑρήσεις ἐρευνῶν.* Lucian. Necyom. c. 4. *εὕρισκον ἐπισκοπῶν.* Demosth. 469, 5. *οὐ δύναμαι σκοπούμενος εὑρεῖν.* Antiphanes Athen. XIV. 654. E. *χρηστὸν ἄνθρωπον ἐάν τις ἕνα μόνον ζητῶν ἴδῃ.* Ed. Pr. His subjiciam quae 334
prius ad v. 882. adscripseram non absimilis abundantiae exempla; Od. C. 252. *οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτόν*, Antig. 763. *σύ τ' οὐδαμᾶ τοὐμὸν προσόψει κρᾶτ' ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρῶν.* Trach. 907. *εἴ που φίλων βλέψειεν οἰκετῶν δέμας ἔκλαιεν ἡ δύστηνος εἰςορωμένη.* Aesch. Choeph. 738. *ἦ δὴ κλύων εὐφρανεῖ νόον, εὖτ' ἂν πύθηται* [cf. Doederlein Synon. T. IV. 316.] quibus adjungi poterit Nicostrati Athen. III. 118. E. *ὃν οὐκ ἂν καταφάγοιμεν ἡμερῶν τριῶν κατεσθίοντες.*

V. 1056. *Ὡς ἕλοι δορί.* Schol. *γράφεται ὡς ἐλοιδόρει, ὡς λοιδορούμενος ἐπηγγείλατο*, quo nihil ineptius fingi potest. Hermannus perspexit ab eo, qui hoc primum prodidit, significatam esse diversitatem scripturae *δόρει.* Id ipsum reposuit Dindorfius.

V. 1058. *Τήνδ', ἣν ὅδ' εἴληχεν τύχην θανόντες ἂν προὐκείμεθ' αἰσχίστῳ μόρῳ.* Cod. *Δ. ἀθλίῳ* pro *αἰσχίστῳ*, item *Γ.* sed adscripto *γρ. αἰσχίστῳ*, quod in plerisque extat; *ἐχθίστῳ* alii cum Triclinio; utramque lectionem interpretantur Scholiastae *αἰσχήμονι (ἀσχήμονι) θανάτῳ* et *ἐχθίστῳ*, neque dictu proclive est, utra potior. *Αἰσχίστῳ μόρῳ διαφθαρῆναι* Herodo. IX. 17. *αἰσχίστῳ ὀλέθρῳ τελευτῆσαι* Thucyd. III. 59. *αἰσχίστῳ θανάτῳ ἀποθανεῖν* Procop. H. A. VI. 20. D. *ἔχθιστος* vel *ἐχθρὸς μόρος* nunc non commemini, saepe autem legitur *οἴκτιστος ὄλεθρος* sive *θάνατος* Odyss. XI. 411. ac potissimum de iis, qui fame pereunt ib. XII. 342. Galen. Ther. ad Pis. I. 16, 954. B. Aelian. Hist. An. VI. 63. Procop. H. A. XXVII. 78. quod mortis genus Thucydides l. c. *αἴσχιστον* appellat. Atque his omnibus locis verbis pereundi adjunctus est dativus *μόρῳ, ὀλέθρῳ, θανάτῳ.* Sed non minus frequenter quartus casus; *ἀπόλωλε κακὸν μόρον* Od. I. 166. *ἄλγιστον ὀλλύμενοι θάνατον* Antipater Anth. Pal. VII. n. 745. *τὸν οἴκτιστον μόρον ἀπολέσθαι* Charito VI. 8, 146. Dionys. Antt. V. 27. vel *ἀποθανεῖν* II. 68. VI. 7. *θανεῖν βρόχιον μόρον* Nonn. Paraphr. VIII. 45. et Apollonius II. 881. *τοῦτον ὃν ἔλλαχον οἶτον ὄλοντο,* quem locum intuens dubito Hermanno accedere, qui post *ἣν ὅδ' εἴληχεν τύχην* statuit sequi debuisse *ἐλάχομεν*, sed poetam substituisse pro 335
eo alia ejusdem sententiae verba *θανόντες ἂν προὐκείμεθα.* Certe nihil impedit quominus dicatur: *ἀπεθάνομεν ἂν τὸν ὃν οὗτος εἴληχε θάνατον* vel *μόρον* vel *τύχην*, vel brevius *τὸν Αἴαντος ἂν θάνατον ἀπεθάνομεν,* ut *στρατηγοῦ θάνατον*

ἀποθνήσκειν et similia, quae in Dissert. de Figura Etym. congessimus. Hactenus non male Scholiastes *κατὰ ταύτην τὴν τύχην*, quanquam supplemento non opus est. [Idem C. Matthiae sensit in Quaest. Soph. p. 48. In nostro exemplo male comma remansit post *τύχην*.]

V. 1061. *Πρὸς μῆλα καὶ ποίμνας πεσεῖν.* Parum probabilis est Boissonadii conjectura ad Philostr. p. 531. vulgare proverbium *τὴν νόσον ἐς αἶγας τρέψαι*, ex hoc Sophoclis loco ductum esse. Ed. Pr.

V. 1063. *Τοσοῦτον ὥςτε σῶμα τυμβεῦσαι τάφῳ* La. Lb. *Θ. τοιοῦτον.* Hinc sumsit Lycophro v. 154. *ἐτύμβευσεν τάφῳ.* Eustathius p. 687, 59. *τὸ τυμβεῦσαι τάφῳ ἔχει διαστολὴν πρὸς ἑτεροῖα τυμβεύματα.* [Id. p. 19, 19.] Significat rite condere. *Τυμβεῦσαι αὐτὸν σῶμα* Scholiastes per *ὅλον κατὰ μέρος* explicat, neque aliter sentit Bernhardy Synt. p. 120. ut exempla ab eo apposita ostendunt. Sed haec diversissima sunt. Quemadmodum Thucydides scripsit *τὸν πόνον — ἀπέδειξα οὐκ ὀρθῶς αὐτὸν ὑποπτευόμενον*, ita Sophocles dicere potuisset *τὸν Αἴαντα οὐδεὶς τοσοῦτον σθένει ὥςτε αὐτὸν τυμβεῦσαι*, sed quum *αὐτόν* ab initio posuisset, nomen idem significans sed magis proprium *σῶμα* subjunxit. Nemo credat dici posse *ἐτυμβεύσαμεν αὐτὸν σῶμα* verbis tam arcte compositis ut in istis exemplis *τόνδε λίπ' ὄστεα θυμός* etc.

V. 1066. *Πρὸς ταῦτα μηδὲν δεινὸν ἐξάρῃς μένος.* Scholiastes in Parall. *μὴ ἀντάρῃς χαλεπὴν ἔνστασιν*, quibus multa de verbo *ἀνταίρειν* subnectit ut dubitari possit an ille *ἀντάρῃς* scriptum invenerit.

V. 1068. *Θανόντος γ' ἄρξομεν.* Particulam male omittunt Barocc. AB. *Δ.* et Triclin.

V. 1071. *Κακοῦ πρὸς ἀνδρὸς ἄνδρα δημότην.* Reiskius *ὄντα δημότην*, ad evitandam ejusdem vocis iterationem, qua veteres offensi non sunt. Aeschylus Ag. 1638. *οἰκουρὸς εὐνὴν*
436 *ἀνδρὸς αἰσχύνασ' ἅμα ἀνδρὶ στρατηγῷ τόνδ' ἐβούλευσας μόρον.* Eur. Ion. 578. *εἰς τὰς Ἀθήνας στεῖχε κοινόφρων πατρί, οὗ σ' ὄλβιον μὲν σκῆπτρον ἀναμένει πατρός.* Sed mirabilius est *κακοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστι* pro simplici *κακόν ἐστι* positum. Ed. Pr.

V. 1073. *Νόμοι καλῶς.* Jen. et Mosq. B. *καλῶς νόμοι.*

V. 1074. *Ἔνθα μὴ καθεστήκῃ δέος.* Apud Stobaeum XLIII. 14. qui hos sex versus 1071—1076. excerpsit, *παρεστήκει* legitur, in Aug. C. Schol. Rom. et Ald. *καθεστήκει*, in Harl. Barocc. AB. Bodl. Laud. Paris. D. Aug. B. et Dresd. A. *καθεστήκοι.* Paris. E. *καθέστηκε*, quod Brunckius recepit, ceteri *καθεστήκῃ*, quod posteriores.

V. 1075. *Στρατός γε σωφρόνως ἄρχοιτ' ἔτι.* Jen. et

Mosq. B. *στρατηγὸς σωφρόνων ἄρχοιτό τις*. Lips. B. *στρατόν γε σωφρόνως ἄρχοιτό τις*. *Φόβου πρόβλημα* Eustath. Opusc. XXI. 175, 96.

V. 1077. *Κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα*. Apte glossa Brunckii *φύσῃ*, cujus verbi exemplo poeta synonymum *γεννῆσαι* accommodavit, solus fortasse Graecorum, qui hodie restant. Perperam Spanhemius et Musgravius *κἂν σῶμα γεννηθῇ μέγας*. Brunckio aliquando in mentem venerat *κτήσηται*, quod defendit Euripidis auctoritate Ion. 1198. *οἰνηρὰ σκεύη* correpta vocali usurpantis. Sed scribendum est *τεύχη*, quod Moeris p. 371. atticis assignat et Tragici maxime frequentant *σκεῦος* funditus repudiantes, eodem arbitrio quo *λύχνος*, *ῥάβδος*, aliaque nomina vulgo usitata declinant. Tum in Troad. v. 1252. *τὰς μεγάλας ἐλπίδας ἐπὶ σοὶ κατέκαμψε βίου* pro *κατέγναψε* substitui oportet. Ed. Pr.

V. 1079. *Δέος γὰρ — αἰσχύνη θ' ὁμοῦ*. Eustathius hunc et sequentem versum affert [p. 111, 32.] p. 399, 33. p. 667, 48. et cum homerico *ἴσχε γὰρ αἰδὼς καὶ δέος* confert p. 1036, 13. Scholiastes: *Καὶ Ἐπίχαρμος, ἔνθα δέος, ἐνταῦθα καὶ αἰδώς*, quod vulgo tribuitur Cypriorum scriptori v. Henrichsen de Cypr. p. 69.

V. 1081. *Ὅπου δ' ὑβρίζειν*. Hunc v. et sex sequentes exhibet Stobaeus T. XLIII. 17. ubi *παρῇ* legitur ut in *Γ*. La. Lb. Aug. B. Dresd. B. Eur. El. 978. *ὅπου δ' Ἀπόλλων* 437
σκαιὸς ᾖ. Sic edidit Dindorfius.

V. 1082. *Ταύτην νόμιζε — χρόνῳ ποτέ*. Elmslejus et hiatus tollendi causa et ne soloeca sit oratio, *ποτ' ἂν* scribit; quod perspicue refellit Hermannus.

V. 1083. *Ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν*. Stobaeus l. c. *ἐξ οὐρίας*. Utrumque perinde in usu est: *διαδραμεῖν ἐξ οὐρίας* Aristod. Mech. s. VII. *πλεῖν ἐξ οὐρίας* Polyb. I. 47, 2. Aelian. V. H. II. 17. Synes. Ep. LXXXVIII. 230. C. Eustath. de Hysm. VII. 284. Himer. XIII. 224. *οὐρίᾳ ἐφείς* Plat. Protag. 335. A. *ἐξ οὐρίου* afferunt Hesychius et Suidas; *ὁλκὰς ἐν οὐρίῳ πλέουσα* Lucian. Lexiph. c. 15. p. 193. T. V. alii plurali usi sunt; *ἐξ οὐρίων θεῖν* Aristid. T. I. p. 23. et 273. pro quo *ἐξ οὐρίας κομίζεσθαι* legitur T. II. 143. [*θεῖν ἐξ οὐρίας* T. II. 309.] *ὅταν ἡ τύχη ἐξ οὐρίων φέρηται* Himer. Or. V. 16. 496. Liban. Epist. CLXXVIII. Decl. T. I. 456. ubi codd. nonnulli *ἐξ οὐρίας*. [*ἐξ οὐρίων πλεῖν* Liban. T. II. 421.] Theodor. Metoch. XXVII. 179. *οὔρια πλεῖν*, Aristoph. Lys. 549. *οὔρια θεῖν*. Scholiastes supplet *πνευμάτων*, quod res ipsa subjicit [nec video, quid causae Matthiae habeat cur h. l. duas constructiones confusas esse dicat *ἐξ οὐρίων ἐς*

βυθὸν πεσεῖν et οὐρίοις δραμοῦσαν ἐς β. π.] Eustathius p. 1452, 45. ὁ ἐξ οὐρίας πλοῦς καὶ πληθυντικῶς ἐξ οὐρίων ἤγουν πνευμάτων· ἐκεῖθεν καὶ οὐρίσαι τὸ ἀποκαταστῆναι εἰς οὔριον. Huic contrarium πρὸς πνεῦμα πλεῖν Aristaen. II. Ep. XVII. 178. πλεῖν πρὸς ἐναντίον ἄνεμον Pollux I. 110. ἐναντία τοῖς πνεύμασι πλεῖν Aristid. T. I. 306. et 329. unde transtulit Phocylides v. 112. καιρῷ λατρεύειν μηδ' ἀντιπλέειν ἀνέμοισι. sic enim scribendum est pro ἀντιπνέειν, quod ineptissimam reddit sententiam. Ad nostrum locum ejusque similes pertinet adnotatio Schol. Arist. Vesp. 59. ἀεὶ οἱ ποιηταὶ τὰς πόλεις πλοίοις παραβάλλουσι καὶ Σοφοκλῆς. sed et Plato Polit. p. 302. A. πολλαὶ πόλεις καθάπερ πλοῖα καταδυόμενα διόλλυνται. Ed. Pr. Εἰς βυθόν Hermannus, ut maxima pars codd. pro ἐς —

V. 1084. Ἀλλ' ἑστάτω μοι καὶ δέος. Perquam apte hoc Menelaus dicit ex Spartanorum institutis, qui Timoris aedem
438 consecraverunt juxta triclinium Ephororum, τὴν πολιτείαν μάλιστα συνέχεσθαι φόβῳ νομίζοντες Plutarch. V. Cleom. c. IX. 808. D. Sophoclis versu utitur Thomas M. p. 371. et Eustathius p. 1519, 17. Ed. Pr. δέους τι cod. Γ.

V. 1085. 1086. Μὴ δοκῶμεν δρῶντες — Affert haec verba Thomas p. 612. (234. R.) [Maxim. Plan. Anecd. Bachm. T. II. 35.] Μὴ οὐκ ἀντιτίσειν Jen. et Mosq. B. Pro αὖθις Stobaeus l. c. αὖτις. Pro ἂν ἡδώμεθα et ἂν λυπώμεθα codd. partim ἄν [ut Maximus l. c.] partim ἄν cum duplici semicirculo et accentu.

V. 1087. Ἕρπει παραλλὰξ ταῦτα. Haec afferuntur in Anecd. Bachm. p. 370, 20. Simplicis ἀλλάξ quis praeter Hesychium testis sit, nescio. Rarius est ἐπαλλάξ Diod. XIX. 30. Galen. de Comp. Med. p. Locc. I. 2, 430. T. XII. et suspectum propter crebram cum ἐναλλάξ commutationem v. Sturz. Lex. Xen. I. 238. Wyttenbach. ad Plut. T. I. 393. tritum vero παραλλάξ, id est οὐ κατὰ στοῖχον Thucyd. II. 102. Aristot. Meteor. V. 9. p. 385, 25. Aelian. H. An. X. 20. Philostr. Heroicc. I. 19, 793. Appian. Pun. VII. 53. Theophrastus H. Pl. VI. 2, 8. λέγω δὲ παραλλὰξ, ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ μέρους ἀλλὰ ἐναλλάξ, quod pro illo substituitur Xen. Cyn. IX. 12. plane ut appareat synonyma esse. Ac fortasse Aristidi T. II. 259. ὁ ἰσχυρὸς ἡττήσεται τοῦ ἀσθενοῦς — πάντα ταῦτα ἐναλλὰξ περιέρχεται, praesentis loci memoria obversabatur. Ed. Pr. Pro πρόσθεν cod. Δ. πρότερον.

V. 1088. Αἴθων ὑβριστής — immerito in suspicionem venit Purgoldo; αἴθων ἐπακτήρ Lycophr. v. 109. αἴθωσι θηρσὶ καὶ δεινοῖς Plat. Rep. VIII. 559. D. θυμὸς φλογώδης

Anonymus Suid. T. I. p. 159. *ignitum ingenium* Prudent. Hamart. v. 546. Ed. Pr. *μέγα φρονῶ* cod. *Γ.*

V. 1090. *Εἰς ταφὰς πέσῃς.* Hermannus cum codd. et Edd. vett. pro *ἐς. Ταφαί* hic et multo magis v. 1109. *τοῦτον ἐς ταφὰς θήσω*, pro *τάφοι* positum videtur vel enallage generis, ut ita dicam, ionica, vel potius quia loca sepulcris destinata *ταφαί* dici possunt, ut *proseucha*, *ambulatio*, *ταριχεία*, *βόσις*, *ἄροσις*, *ἐξαίρεσις*, *ἔμβασις*, de locis dici solent; *δείκνυται ἐνταῦθα ταφὴ τῶν τελευτησάντων* Strab. IX. 412. et 414. 439
Aelian. V. H. XII. 21. *ἐς τὰς πατρῴας ταφάς* cf. Epigr. Adesp. DCXXXII.

V. 1091. 1092. *Μενέλαε μὴ* — Hos versus transscribens Stobaeus Tit. CXXV. 13. in altero *εἶτ' αὐτὸς* pro *μήτ' αὐτός* dedit. *Ὑβριστὴς ἐν θανοῦσιν* ut *προδότης ἐν λέχει* Med. 206. Codices aliquot *ἐνθανοῦσι.*

V. 1093. *Οὐκ ἄν ποτ', ἄνδρες ἄνδρα* — cum tribus insequentibus ad se transtulit Stobaeus LXXVIII. 6. Eadem paronomasia usus Gregorius de V. S. v. 17. *ἀκούσατ', ἄνδρες, ἀνδρὸς ἀψευδεστάτου.* Verba *τὸν μηδὲν ὄντα γοναῖς* illustrat Eustathius p. 626, 55. Ed. Pr.

V. 1096. *Ἐν λόγοις ἔπη.* Thucydides III. 67, 6. *λόγοι ἔπεσι κοσμούμενοι*, quod satis est ad tuendam hujus loci integritatem, de qua Bothius dubitavit. Ed. Pr.

V. 1100. *Ποῦ σὺ στρατηγεῖς τοῦδε;* Glossa Brunckii *ἀντὶ τοῦ ἐστρατήγεις*, quod in Barocc. B. scribitur *'στρατήγεις*, temere probatum Valckenario ad Phoenn. v. 856. Pro *τοῦδε* in texto Scholiorum Rom. legitur *τῷδε*, sed in Schol. Laur. deest. *Στρατηγεῖν τοῖς ἐναντίοις* Paus. IX. 5. et saepe alii. Ed. Pr.

V. 1101. *Ὧν ὅδ' ἡγεῖτ' οἴκοθεν.* Porsonus ap. Kidd. p. 194. emendabat *ἦγεν* [ut Aesch. Pers. 340. *Ξέρξῃ χιλιὰς μὲν ἦν ὧν ἦγε πλῆθος*], Elmslejus ad Heracl. 371. minus apte *ἤγετ'*, uterque ea ratione ductus, quae quam infirma sit demonstravit Hermannus.

V. 1102. *Σπάρτης ἀνάσσων* — Hunc et quinque sequentes vv. affert Suidas s. *Ὕπαρχος.* Ultimo tertii versus vocabulo *ἢ καὶ τῷδε σέ*, accentum addidi. Scholiastes: *γράφεται ἢ καὶ τοῦδέ σοι*, quasi in praecedente legeretur *σὲ τῷδε.* Ed. Pr.

V. 1105. *Ὕπαρχος ἄλλων, οὐχ ὅλων στρατηγός.* Primum nomen Scholiastae in controversiam vocant, utrum sic vocetur *ὁ ὑπὸ ἀρχὴν ἄλλων ὤν* an *ὁ ἄρχων ἄλλων, τῶν Σπαρτιατῶν δηλονότι καὶ οὐχ ἡμῶν κρατῶν.* Posterius qui probarunt, haud dubie recordati sunt eundem hominem saepe et *ὕπαρχον* dici et *ἔπαρχον* v. Ellendt. ad Arrian. T. I. 258.

sed veterem de pleonasmo praepositionum errorem sequuti
440 non animadverterunt *ὕπαρχον* hic ut Eur. Hel. 1452. dici *τὸν ὑπ' ἄλλοις ἄρχοντα*, ut *ὑφηνίοχον τὸν ὑπό τινι ἡνίοχον*, de quo genere compositorum accurate exposuit Lehrsius de Aristarch. p. 115. [*Ὑποστρατοφύλαξ* Strab. XII. 177. *ἐπιστράτηγος, ὑποδιδάσκαλος, ὑφηγεμών* Meleag. XI. 8.] Id hoc loco significari apparet ex opposito *οὐχ ὅλων στρατηγός*, in quo ego antea *ὅλων* pro *πάντων* positum esse credidi, ut Sophronius dixit Anth. Pal. c. VII. n. 679. Anall. T. III. 126. *πολύολβος ὅλων πλέον ὧν τρέφε Κύπρος*, et Nonnus L. XLVII. 482. *ὅλας οἴστρησε γυναῖκας*, item Liban. Decl. T. IV. 596. *ὅλαις ἂν μηχαναῖς ἐθηρώμην*. cf. Dorvill. ad Char. p. 370. (424.) Corais in Bibl. Hell. Prodrom. p. 80. Postea autem Luciani verba de Luct. §. 6. 209. T. VII. *τὴν τῶν ὅλων δεσποτείαν ἔχουσιν*, et Diodori XII. c. 42. *τὴν ὅλην ἡγεμονίαν ἔχων*, admonuerunt potius genitivum nominis neutrius esse; neque id latuit Doederleinium Synon. T. IV. p. 359. Certe Erfurdtii emendatione *ὅπλων* supersederi potest. Quae sequuntur *ὥςτ' Αἴαντος ἡγεῖσθαί ποτε* profert Grammaticus Hermanni p. 374.

V. 1107. *Τὰ σέμν' ἔπη κόλαζ' ἐκείνους*. Ald. *κόλαζε κείνους*. Toupius ad Theocr. p. 338. *κόλαζ' ἐκεῖνα* scribendum esse pronunciat. Quanto rectius Triclinius ille: *ἐπεὶ ἐνταῦθα ἡ κόλασις διὰ λόγων ἦν, διὰ τοῦτο τὰ ἔπη κόλαζ' ἐκείνους φησίν*, et glossa Brunckii *κολάζων λέγε*. Simillime Oed. T. 340. *ἔπη ἃ νῦν σὺ τήνδ' ἀτιμάζεις πόλιν*, ac vel communis sermo verbis laudandi et vituperandi adjungit accusativum nominis neutrius. Thucyd. I. 42. *ἃ τὴν πόλιν ὕμνησα*. Demosth. de Cor. 1229, 4. *ἃ αὐτοὺς ἐνεκωμίασαν καὶ ὅσα εἰς ἡμᾶς ἐβλασφήμησαν*. Plato Rep. IX. 583. A. *κύριος γοῦν ἐπαινέτης ὢν ἐπαινεῖ τὸν ἑαυτοῦ βίον ὁ φρόνιμος*. Philostr. V. Ap. VII. 16. 297. *κρήνη ἣν ᾄδουσιν Ἕλληνες ὅσα τὴν τοῦ ἵππου κρήνην*. Plato Phaedr. p. 243. D. *ἃ ψέγομεν τὸν ἔρωτα*. Dionys. Art. IX. 7, 348. *ἃ ἐβούλετο καθάψασθαι τῶν βασιλέων*. Ed. Pr.

V. 1110—1112. *Οὐ τὸ σὸν* — In cod. *Γ*. *μή*. Duos sequentes affert Moschopulus ad Hesiod. Opp. v. 776. ubi *οὕνεκ'* legitur et *πλέω*, cod. *Γ*. et Dresd. A. *εἵνεκ'* quod me-
441 rito Tragicis abjudicari videtur cf. Interpp. ad Plut. v. 329. *Πλέοι* cod. *Δ*.

V. 1113. *Οἷσιν ἦν ἐνώμοτος*. Sic La. sec. Membr. Paris. DE. Mosq. A. Aug. C. Ald. Junt. Ceteri *ἐπώμοτος*.

V. 1114. *Οὐ γὰρ ἠξίου τοὺς μηδένας* — vel repetendum est *τοσούτου* vel *ἀξιοῦν* absolute positum pro *τιμᾶν* v. Musgrav. ad Heracl. 918. *Τοὺς οὐδένας* Iph. A. 371.

V. 1115. *Πλείους δεῦρο κήρυκας λαβὼν καὶ τὸν στρατηγὸν ἥκε.* Ridicule Schol. Bar. *πολλοὺς ὑπηρέτας λαβὼν ὁ Αἴας καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα ἦλθεν ἐνταῦθα.* Patet Menelaum unum aut plures secum adduxisse praecones, id quod in personarum indice significavi. Hos saepius in fabulis veterum ad pompam introduci Eustathius docet p. 780. *οἱ κήρυκες οὐδ' ὅλως πρόςφωνοῦνται ἀλλ' ἀργὰ καὶ νῦν παρειςάγονται πρόςωπα, ὁποῖα πολλὰ καὶ ὕστερον ποιοῦσιν οἱ σκηνικοί.* Talia Theseum, Thoantem, Theoclymenum sequuntur *ἀνώνυμα πρόςωπα*, ut Themistius vocat Or. XXI. 263. sive *κωφὰ δορυφορήματα* Plut. An seni resp. p. 791. C. T. II. de quibus v. Spanheim. ad Julian. Caes. p. 62. ed. Heus. Ed. Pr. In sequente versu cod. *Γ. καὶ τοῦ σοῦ* pro *τοῦ δὲ σοῦ.*

V. 1117. *Ὡς ἂν ᾖς οἷόςπερ εἶ. Ἧις* Jen. et Mosq. B. omittunt, pro *εἶ* Jen. *ὦ*, Mosq. B. *εἶ ὤν.* In *ὡς ἂν* omnes consentiunt, nisi quod in Aug. B. priori vocabulo superscriptum *ἕως*, quod in Aug. C. pro glossa apponitur: *ἀντὶ τοῦ ἕως.* Reiskius *ἔς τ' ἂν* correxit, quod Brunckius hic et Philoct. 1330. adoptavit, quia neque *ὡς* pro *ἕως* dici neque hoc pro monosyllabo cedere possit. Reisigius ad Oed. p. 357. *ὡς ἂν ᾖς* interpretatur *ut sis qualis es*, hoc est, *contemtus.* Quod si ita intelligi voluit *ut contemtus esse ne desinas* vel *ne tibi cedendo aliquid honoris tribuere videar*, et valde perplexe et justo arrogantius loquutus est Teucer. Matthiae: *ut sis actionibus tuis qualis es natura et ingenio, nimirum ἀλαζών.* Num igitur ille sperare potuit, Menelaum minus vanum fore, si ejus comminationes non parvi penderet? Hermannus, qui particulam finalem ab hoc loco alienam esse sensit, isto modo: *utcunque sis, qualis es*, significans, nisi 442
fallor, *quantumlibet ferocias*, quae sine dubio perapta est sententia, sed *ὡς* non videtur pro quantumlibet dici posse, neque hoc idem valere quod utcunque; nam prius mensuram significat, *wie sehr du auch so seyn magst wie du bist* i. e. *wie sehr du dich auch ereifern magst*, alterum vero modum, *wie du auch seyn magst wie du bist*, quod nescio quomodo repugnat. Idem ad Ant. 215. et Hec. 328. *ὡς ἂν* h. l. *dummodo, si modo* reddit. Quantum ego sentio, nihil aliud significatur quam quod Plato dicit Phaedr. 243. E. *ἕωςπερ ἂν ᾖν, ὃς εἶ*, Aelian. V. H. XIV. 9. *ἔςτ' ἂν εἶ* (sic) *τοιοῦτος·* neque adhuc adduci potui ut in Philoct. l. c. *παῦλαν ἴσθι μή ποτ' ἐντυχεῖν, ὡς ἂν ἥλιος ταύτῃ μὲν αἴρῃ κ. τ. λ.* eorum rationem improbarem, qui solum *quamdiu* convenire existimant. Apud Platonem de Rep. IV. 423. *ἕως ἂν ἡ πόλις οἰκῇ* et Tim. 78. D. *ἕωςπερ ἂν ἡ πόλις ξυνε-*

στήκῃ nuper demum e paucis codd. substitutum pro *ὡς*, quod in Quint. Cal. XIII. 200. *ὡς ἔτι κάρτος ἀέξεται, οὔτιν' ἐάσω*, neque in *ἕως* (*εἷος*) mutari neque commode ***siquidem*** verti potest cf. Wex *de usu particularum ὡς ἄν* ad Antig. T. II. p. 112.

V. 1118. 1119. *Οὐδ' αὖ τοιαύτην — δάκνει.* Hos versus sublegit Stobaeus Serm. XIII. 3. priorem Menelao, alterum, quo Eustathius utitur p. 801, 57. Teucro subjiciens, quomodo ante Brunckium dispescebantur. Idem pro *οὐκ αὖ* e codd. et Stobaeo restituit *οὐδ' αὖ*. [Hephaestio I. 3. p. 8. vitiose *οὐδ' ἂν τοιαύτην.*]

V. 1120. *Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὰ φρονεῖν* La. pr. *σμικρόν*, Γ. *μικρόν* (*γρ. μικρά*) ceteri codd. *σμικρά* ut Schol. Arist. Ach. 710. et Eustath. p. 851, 60. Mirum tamen ni Sophocles *σμικρόν* scripserit ut Euripides Heracl. 387. in eodem loco senarii *καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν*, ceterique Atticorum Isocr. Pan. §. 151. p. 72. Demosth. Synt. p. 173, 23. Aristot. Rhet. III. 351. T. IV. ed. Buhl. et multi recentiorum Plutarch. V. Dem. p. 21. D. V. Rom. c. VIII. Philop. c. XVI. etc. Contrarium *μέγα φρονεῖν* illis tritum et familiare est, rarissimum *μεγάλα φρονεῖν* Arist. Ach. 955. quod deteriore aetate invaluit Plut. Ages. c. XX. Dio Cass. XLII.
443 46. Dionys. Antt. V. c. 68. p. 1012. Artemid. II. 32, 198. Xen. Ephes. I. 1. Compositum *μεγαλοφρονεῖν*, quod unus cod. praebet Plat. Protag. 342. D. pro *μέγα φρονεῖν*, et receptum est Alcib. I. 104. C. Xenoph. Hell. VI. 2, 27. tacito judicio damnat Pollux III. 114. *μεγαλοφροσύνη, μεγαλοψυχία, μεγαλογνωμοσύνη· ῥήματα δὲ ἀπὸ μὲν τῶν οὐκ ἔστιν, ἀπὸ δὲ τῶν παμπόνηρα*, ac Reiskius ad Dion. Chr. LXXIX. 432. graecum esse praecise negat, sed hunc redarguit frequentia exemplorum, Plutarchi Ages. c. XXX. Joseph. Antt. XIX. 7, 3. Aelian. V. H. XII. 22. (paulo ante c. 6. *μεγάλως φρονεῖν*) Liban. Decl. T. I. 283. Enap. V. Liban. p. 92. Boiss. Diog. II. 38. Charit. V. 4, 112. et, quod Reiskium meminisse decebat, Dionis ipsius XVIII. 482. Antiquiorum scriptorum nullus eo verbo usus videtur praeter Xenophontem, qui dicitur, Hellenicorum conditorem VI. 2, 27. (al. 39.) nam ap. Isocratem Areop. 154. D. et Plat. Alcib. I. 104. C. Bekkerus *μέγα φρονεῖν* substituit, hic unum Bodl. sequutus, illic Urbinatem, ipsiusque rhetoris usum perpetuum v. Benseler. p. 356. Media forma *μεγαλοφρονεῖσθαι* legitur Plat. Rep. VII. 528. C. Plut. V. Dion. XL. [Appian. Civ. IV. 66.] Philostr. V. Ap. I. 39. p. 47. VIII. 5, 326. Dion. Cass. XLIII. 14. XLIX. 32. Euseb. ap. Stob. Flor. IV. p. 58. ed. Cant. Nec raro librarii huc et illuc impelluntur, ut

Lucian. Bis Acc. c. 28. duo codd. pro *μεγαλοφρονήσας* exhibent elegantius *μέγα φρονήσας*, et Dionys. Antt. VIII. 83. p. 1712. pro illo in cod. Vat. *μεγαφρονήσας* sub uno accentu scriptum invenitur; quod verbum Lexicographi quidem receperunt et Kappius adeo Aristoteli impertivit de Mund. I. 3. sed ubique vel *μέγα φρονεῖν* corrigi oportet vel *μεγαλοφρονεῖν* ut ap. M. Anton. X. 10. Xenoph. Eph. III. 2, 7. et Hesych. *κατειρωνεύεται*, *μεγαφρονεῖ*, pro quo Photius *μεγαλοφρονεῖ*; nec tutius est adjectivum in Hesychii glossa *Μεγάφρονες*, *μεγαλήφρονες ἢ μεγάλως ἄφρονες*. His rationibus olim Sophoclem *σμικρὸν φρονεῖν*, quod Hermannus et Dindorfius receperunt, scripsisse suspicatus sum, non propter productionem minus legitimam, cujus ipse duo exempla produxi, unum Eur. Iph. T. 503. *τί δὲ φρονεῖς ταῦτ'*, quod nunc 444
librorum Mss. indiciis exemtum est, alterum Aesch. Pers. 779. *Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέα φρονεῖ.* Hic Reisigius Comm. Cr. in Oed. C. 694. *νεοφρονεῖ*, verbum fictitium reponit, alii *φρονεῖ νέα*, quo tollitur chiasmus auribus gratissimus, alii *νέον φρονεῖ*, quod Hermannus veretur ne neque dixerit quisquam neque dicere potuerit, ego non magis legi quam *νεώτερον φρονεῖν* [1]), *φίλον φρονεῖν* vel *δίκαιον φρονεῖν*, sed in numero plurali et haec ponuntur et pleraque similium, *ἐλεύθερα*, *σκολιά*, *πλάγια*, *μέτρια φρονεῖν* etc. *Νέα ἐφ' ἡμέρᾳ φρονεῖν* Heraclitus dixit Plut. Symp. III. Quaest. VI. 4. sed alio atque Aeschylus intellectu, atque hoc fortasse reponendum est in Aesch. Fragm. N. 282. ed. Dind. *τὸ γὰρ βρότειον σπέρμ' ἐφ' ἡμέρᾳ φρονεῖ*, *in diem consulit*, pro *ἐφήμερα*, quanquam Porsoni canonem nequaquam a Tragicis accurate observatum arbitror. [V. Dobr. in Arist. Plut. 1020.] Ceterum sagittarios heroicis temporibus non minore quam ceteros bellatores dignitate fuisse docent Schol. Il. Δ. 385. In contrarium venit Procopius Pers. I. 1. p. 6. C. *τοῖς παρ' Ὁμήρῳ τοξεύουσι καὶ ὑβρίζεσθαι ἀπὸ τῆς τέχνης ὀνομαζομένοις ξυνέβαινε*, illo ipso Paridis convicio ductus, quod veteres Homeri interpretes huc valere negant; quanquam sunt etiam, qui nomen *ἰόμωροι* hunc in modum interpretentur. Sed jam bellis Persicis hoc genus armaturae fere ex usu recessisse et postremo apud solos restitisse Cretenses, Pausanias testatur I. 23, 4. Hinc artis contemtus, quem prae se fert Laco ap. Plutarch. Apophth. Lacc. p. 874. T. VI. *οὐ μέλει μοι τοῦτο ὅτι ἀποθανοῦμαι, ἀλλ' ὅτι ὑπὸ γυνίδος*

---

[1]) Crebrum est *νεώτερα φρονεῖν* vel *βουλεύειν* Herodo. I. 200. Philemon. Inc. LXXXVIII. 423. Plutarch. V. Othon. c. V. etc. et singularis addito *τὶ* vel *οὐδέν*.

τοξότου, quemque Tragici et Philostratus Her. p. 676. ad priscam aetatem transferunt. Ed. Pr. [Cavillatur Schaeferus ad Eur. Orest. 64.]

V. 1121. *Οὐ γὰρ βάναυσον* — Hunc versum affert Etym. M. s. *Βάναυσος*.

V. 1122. *Μέγ' ἄν τι κομπάσειας* — afferunt Thomas M. p. 544. et Eustathius p. 851, 59. ubi *λάβῃς* pro *λάβοις* scribitur. Ed. Pr.

445 V. 1124. *Τὸν θυμὸν ὡς δεινὸν τρέφει.* Hic et sequens versus extat ap. Stob. Serm. XIII. 4. Pro *δεινόν* codd. Tricliniani *μέγαν*. Ed. Pr.

V. 1126. *Τόνδ' εὐτυχεῖν κτείναντά με.* Elmslejus, posteaquam ad Heracl. 1063. multis verbis disseruerat, cur *κτείνοντα* scribi oporteat, re melius consulta intellexit hanc emendationem refutari Teucri responso, in quo si quis idem scriberet *κτείνοντα*, sententiam prorsus perverteret.

V. 1127. *Εἰ καὶ ζῇς θανών* — affert Eustathius p. 1256, 48. In cod. *Γ.* *ἦ καὶ ζῇς θανών*; Apposite Scholiastes: *Κτείναντα ὁ Μενέλαος εἶπεν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ὁ δὲ τῆς φωνῆς ἀντιλαμβάνεται· τὸ δὲ τοιοῦτο κωμῳδίας μᾶλλον, ἢ τραγῳδίας* neque invenietur facile, cui haec Teucri responsio non subfrigida videatur. Quanquam non sum nescius, dicendi aeque ac sentiendi rationem temporibus immutari facileque adducor, ad ea, quae nos sicci legimus, tota saepe theatra conclamasse, id quod de postrema hujus fabulae parte tradit Libanius Decl. p. 454. T. IV. *ἅλωσις μὲν πόλεως* (Mileti) *ἐν δράματι θρηνοῦντα τὸν δῆμον ἔδειξεν, Αἴας δὲ ἀφαιρούμενος παρὰ Σοφοκλεῖ ταφῆς ταὐτὰ ποιεῖ.* Quem sepulturae honorem ut concedo Graecis gravissimum visum esse, ita vereor ne concertatio illa de Ajacis corpore ultra ducentos versus producta animos in languorem verterit. Vetus est haec vituperatio, neque unius fabulae; *ὁ Σοφοκλῆς πολλάκις ἐκ πολλοῦ τοῦ μεγέθους εἰς διάκενον κόμπον ἐκπίπτων οἷον εἰς ἰδιωτικὴν παντάπασι ταπεινότητα κατέρχεται* Dionys. Jud. Script. p. 69. Idem fuit Longini, elegantissimi arbitri, de Sophocle judicium c. XXXIII. 5. *ὁτὲ μὲν πάντα οἷον ἐπιφλέγει τῇ φορᾷ, σβέννυνται δ' ἀλόγως πολλάκις*, cujus summam Plutarchus de Audit. c. VII. p. 45. B. nomine *ἀνωμαλίας* complectitur; de quo fallitur Wyttenbachius T. I. 391. Sed excusatur poeta argumenti simplicitate, quod qui praeter eum tractarunt, repraesentando armorum judicio fabulam ad justam magnitudinem extendisse videntur; hoc autem reciso Sophocli nihil restabat nisi ut alios litigatores nec minus verbosos induceret. Postremo ad excusandam Menelai irrisionem dixerit aliquis, poetam gentilicio civium suorum odio velificatum esse neque

id eum sine exemplo et auctore fecisse; nam illa Spartani 446
herois convicia *μαλθακὸς αἰχμητής* Plat. Symp. 174. C. Max. Tyr. XXIX. 1, 71. A. totaque illa timiditatis fama, quam Athenaeus V. 188. A. ab Homero alienam esse ostendit, longe lateque fluxisse videtur, auctoribus, ut credere libet, poetis Atticis. Ed. Pr.

V. 1128. *Τῷδε δ' οἴχομαι.* Eodem modo in Epigr. de Bianore Anth. Plan. N. 276. *κτεινόμεθ' ἀνθρώποις, ἰχθύσι σωζόμεθα.* Herodo. I. 124. *κατὰ μὲν τούτου προθυμίαν τέθνηκας, κατὰ δὲ τοὺς θεοὺς περιεῖς.* Eur. Alc. 666. *τέθνηκε τοὐπὶ σέ.* Xen. Cyr. V. 4, 11. *τὸ ἐπ' ἐμοὶ οἴχομαι, τὸ δὲ ἐπὶ σοὶ σέσωσμαι.* Philostr. V. Ap. IV. 35. p. 176. *ἀπέθανε δ' ἂν ἐπὶ τῷ δήσαντι.*

V. 1129. *Μή νυν ἀτίμα θεούς.* Unicam hoc verbi *ἀτιμᾶν* exemplum est, quod apud Tragicos invenitur; quare Elmslejus *ἄτιζε* vel *ἀτίμου* corrigit, idque etiam confirmat Scholio in Parall. *ἀτίμους ποίει· ἀτιμάζω τὸ καταφρονῶ, ἀτιμῶ δὲ ἄτιμον ποιῶ*, quo magis vocabuli usus forensis quam hujus loci intellectus declarari videtur. Nec obsequuti sunt nuperi editores. Deterior est Burgessii conjectura ad Suppl. 916. *μὴ μὴ σύ, τίμα θεούς.* Pro *νῦν* jam in Ed. Pr. scripsi *νυν*, quod Schaeferus metro adversari dicit. [V. Ellendt. Lex. Soph. I. 179. Lehrs. Quaestt. Epp. p. 130.]

V. 1130. *Ἐγὼ γὰρ ἂν ψέξαιμι δαιμόνων νόμους.* Cod. *Γ.* et Aug. B. *γένος*, *Δ.* *νόμους γρ. γένος*, Lips. B. *γράφεται καὶ γένει.* Illud non spernit Hermannus; mihi parum aptum videtur. Optativi usus idem Arist. Avv. 819. *ἐγὼ θείμην ἄν;* Vesp. 1160. *ἐγὼ γὰρ ἂν τλαίην;* Strabo XIV. 952. *ἐγὼ ταύτην θαῤῥήσαιμ' ἂν λέγειν νοσεράν;* Liban. Decl. T. I. 191. *τὸ — λέγειν μέμψιν ἂν ἐνέγκῃ;* scr. *ἐνέγκαι.*

V. 1131. 1132. *Θάπτειν παρών.* Barocc. AB. *παρόν.* Pro *αὐτοῦ Γ.* La. Bar. B. Mosq. A. *αὐτοῦ.*

V. 1134. *Μισοῦντ' ἐμίσει.* Barocc. AB. Mosq. Jen. Paris. C. Harl. *ἐμίσουν*, quod Brunckius [Bothius, Erfurdtius] probavit, vulgato deterius; *φιλοῦντ' ἐφίλουν* Aristid. T. I. p. 89. *μισεῖν τοὺς μισοῦντας* Dionys. Antt. VIII. p. 506. *μισοῦντες μισοῦνται* Plat. Legg. III. 677. D. Pro *ἠπίστασο* Aug. B.
Dresd. B. *ἐπίστασο*, in Aug. C. glossa *ἤγουν ἐγίνωσκες*, quod 447
ferri posset, si legeretur *μισοῦντ' ἐμίσουν, εὖ σὺ τοῦτ' ἐπίστασο*, ut Herod. VII. 39. *εὖ σύ νυν τόδ' ἐξεπίστασο.* Antig. 305. *εὖ τοῦτ' ἐπίστασο.* Ed. Pr.

V. 1135. *Κλέπτης ψηφοποιός.* Si Sophocles, ut Hermannus suspicatur, de praestigiatoribus sive caucularii cogitavit, conferri poterit Lysiae verbum ap. Poll. VII. 260. *ψηφοπαικτοῦσι τὸ δίκαιον.*

V. 1136. *Ἐν τοῖς δικασταῖς κοὐκ ἐμοί.* Sic La. Lb. *ΔΘ.* et alii cum Edd. vett., Herm. et Dind. Quatuor Brunckii codd. Bar. A. Harl. Aug. B. Mosq. B. Jen. *οὐκ ἐμοί*, quod Brunckius praetulit. In Heracl. 773. *σύ τοι βραδύνεις κοὐκ ἐγώ*, Elmslejus jubet *οὐκ ἐγώ*. Utrumque peraeque probatur; [*συνέγνω ἑωυτοῦ εἶναι τὴν ἁμαρτάδα, καὶ οὐ τοῦ θεοῦ* Herodo. I. 91.] *ὥςπερ ἐν ἄλλοις τισὶν κρινόμενον καὶ οὐκ ἐν ὑμῖν* Demosth. 363, 29. *μᾶλλόν τι αὐτοῖς καὶ οὐ Λακεδαιμονίοις προςήκοι* Paus. III. 26, 2. *ἄλλην καὶ οὐ τὴν Ἀττικήν* I. 28, 9. Alia utriusque generis exempla affert Fritzschius ad Marc. I. 22. In seq. versu Ald. *λάθρᾳ.*

V. 1141. *Σὺ δ' ἀντακούσει τοῦτον ὡς τεθάψεται.* Schol. Laur. *Ἀλλ' ἀντακούσῃ, γρ. σὺ δ' ἀντακούσῃ.* La. Dresd. B. *ἀλλ' ἀντακούσῃ.* Valckenarius ad Phoenn. 1651. dubitans num veteres futuro medii usi sint, scribi jubet *ἀντάκου' ἓν τοῦτό γ'*, quia *ἕν σοι φράσω* praecedit. Sed Philostr. Imagg. I. XXVIII. 804. *διατωθάζω τοὺς ἀκούοντας καὶ δοκῶ τι ἀντακούσεσθαι*, idemque Reiskius apte restituit Aristidi Or. LI. 726. *ὁποῖ' ἄττ' ἂν εἴπῃς, τοιαῦτ' ἂν ἀκούσεσθαι χρὴ προςδοκᾶν*, quos si Valckenarius spernit ut Atticistas magis quam Atticos, nimis scrupulose facit. Ed. Pr. Non admodum crebra sunt illa attractionis exempla: *ἤκουσα αὐτὸν, ὅτι* vel *ὡς τέθνηκεν* Philoct. 549. Or. 1557. Xenoph. Apomn. IV. 2. 23. Athen. I. 16. F. *κορσήεντα λίθον κλύεν οὕνεκα — εἴργει* Orph. Lith. 492. etc. neque conferenda cum verbis, quae vel extra attractionem cum accusativo personae construi possunt; atque in his omnibus simplex verbum reperitur, non compositum; neque tamen idcirco *ἀντάκουε τοῦτον ὡς* — in suspicionem vocandum est. Idem verbum nescio an reddi
448 debeat Aristaeneto II. 20, 189. *κλᾶται σοῦ μᾶλλον ἢ γλῶττα καὶ φληναφᾷν μόνον ἐθέλει· πλὴν ὁποῖον εἴρηκας ἄκουε*, quo multo saepius in hac formula legitur compositum v. Abresch. Animm. ad Aesch. III. p. 22. sed pro *μᾶλλον* certe *ἄλλως* scribi conveniet.

V. 1143. *Ναύτας ἐφορμήσαντα — τὸ πλεῖν.* Duo Barocc. Bodl. Paris. T. Dresd. A. *ναύταις.* Accusativus duplex verbo adjunctus est ut *παρορμᾷν τινά τι, παρακαλεῖσθαι, ἐνάγειν τινά τι* v. ad Phryn. 439.

V. 1144. *Ὧι φθέγμ' ἂν οὐκ ἂν εὗρες.* Aristoph. Lys. 361. *φωνὴν ἂν οὐκ ἂν εἶχε*, quo convincitur Vauvilliersii emendatio *οὐκέθ' εὗρες.* Appian. Civ. I. 95. *οὐδὲ φωνὴν ἔτι οὐδενὸς ἔχοντος ὑπ' ἐκπλήξεως.* Ed. Pr. Verba *ἐν κακῷ χειμῶνος εἴχετο* versus ratio tuta praestitit a mendo consueto, quo librarii ap. Libanium Decl. T. I. 295. *ἐν τούτῳ σχήματι* scripserunt pro *σχήματος*, et ap. Plat. Civ. IX. 579. B. *ἐν*

παντὶ κακῷ, quod legitur ap. Dion. Cass. Exc. L. XXXIV. 29. p. 14. Plutarch. de S. N. V. c. XXII. 276. T. X. εἰς πᾶν κακὸν προελθοῦσα Parthen. XI. 31. neque ego audeam ubique genitivum substituere, quo alii propendent v. Schaefer. ad Bos. p. 223. qui in Plut. V. Fab. XXV. 470. recepit Reiskii correctionem ἐπὶ πᾶν δέους ἄγων τὴν πόλιν. Id non convenit in Xen. Cyr. VII. 2, 22. εἰς πάντα κίνδυνον ἦλθον. Julian. Caes. 326. B. εἰς ἔσχατον ἐλαύνει κίνδυνον. Sed Eur. Phoenn. 982. ἐν ὡραίῳ καθίσταμαι βίῳ potius βίου scribendum videtur. [Athen. IV. 146. A. εἰς πᾶν κακοῦ ἀφίκετο cod. κακόν. Niceph. Greg. V. 3, 66. D. ἐν παντὶ φροντίδος ἐχώρει. Onosander ἐν ὀξεῖ καιρῷ et ἐν τῷ ὀξεῖ τοῦ καιροῦ v. Schwebel ad II. 1. 23. (pro ἐν ὀξεῖ τὸ δυνάμενον φασθῆναι καιρῷ XI. 63. scribendum δεόμενον φρασθῆναι.)] [Pausan. VII. 8, 5. ἐς πλείστην ὠμότητα ἀφικόμενος Lucian. Asin. 9. 40. εἰς ἔσχατον κίνδυνον ἤνεγκε, codd. κινδύνου.]

V. 1145. Ὑφ' εἵματος κρυφείς. Dio Chr. III. 122. ὅταν καταλάβῃ χειμών, ἐγκαλυψάμενοι περιμένουσι τὸ συμβάν. Κρυφθείς Jen. Mosq. B. Heidelb. et Δ. Κρυφείς codd. Θ. La. Bodl. Laud. Aug. C. Dresd. B. Lips. B. Γ. (superscripto theta) et plerique Brunckiani cum Ald. ceteri κρυβείς, quam formam a Brunckio retentam, postea repudiatam, in universum damnat Elmslejus ad Suppl. 543. causam interserens, quod hic aoristus et futurum secundum semper reddant praesentis thematici consonam characteristicam, praesens autem κρύφω fuisse appareat ex nominibus κρυφῇ [1]), κρύφιος, κατα- 449
κρυφή. Contrariam sententiam Schaeferus profitetur ad Plutarch. Vol. II. 133. κρυφείς barbarum dicens, sed falso. Ἔκρυφε et composita leguntur in Epigr. Diodori Anth. Pal. VII. n. 700. aliisque locis ad Phryn. p. 318. prolatis, quorum ad exemplum Graefius κατέκρυφε Nonn. XLVIII. 626. restituit pro κατέκρυβε. Hinc passivum ducitur ἀποκρυφείς Aristot. de Coel. II. 12, 362. B. ubi Bekkerus ἀποκρυφθείς edidit, κρυφείς Plut. Sull. XXII. 215. quod Corais et Schaeferus in κρυβείς vertunt; συγκρυφῆναι Edd. vett. Dion. Cass. LXXVII. 2. Illius principium est κρύβω, cujus exempla illo loco congesta sunt plurima; adde ἀποκρύβουσι in codd. Diod. III. 24. ἐγκρύβοντες Galen. de Aliment. Facult. II. 38, 357. T. VI. κρύβομαι Irenaeus adv. Haer. I. 15, 83. Epiphan. c. Haer. L. I. T. III. 251. Andr. Cret. Or. in Circumc. p. 110. A. T. XIII. Bibl. Gall. et quae hinc manant ἀποκρυβή Phot.

[1]) Ἐν κρυφῇ legitur in versione Alexandr. et Epiphan. Anc. p. 240. B. T. II. et hyphen ἐγκρυφῇ Eustath. Or. II. p. 11, 60. et apud Suidan. s. h. v. omissum a Kuestero. Ἐγκρυφῆς Eustath. Opusc. XIII. 93, 43.

Cod. CCLIII. 787. Eustath. p. [974, 46. p.] 1178, 26. Opusc. p. 309, 40. *κρυβάζειν* et *κρυβηλός* apud Hesychium. Patet igitur utramque aoristi formam habere quo nitatur. Sed quaeritur Atticorum consuetudo. Dissentiunt hoc loco codices; alibi autem aoristus secundus non legitur; nam in Eur. Bacch. 953. neque *κρυφῆναι*, quod cod. exhibet, neque *κρυβῆναι*, quod Gregorius, metro convenit, sed *κρυφθῆναι*, quod Schol. Eur. Hec. 880. tuetur: *οἱ Ἀττικοὶ ἐκρύφθην γράφουσιν, οἱ δὲ πεζογράφοι ἐκρύβην.* Illo non solum Tragici utuntur, etiamsi ad metrum nihil interest, ut Orest. 43. sed et Thucyd. II. 39. VIII. 50. Hippocr. de Nat. Mul. p. 546. T. II. aliique veterum et Polyb. IX. 127, 5. sed apud posteriores alter praevalet aoristus praesenti conveniens, *ἐκρύβη* Apollod. III. 2, 5. Alciphr. III. Ep. 47. *ἐγκρυβείς* Galen. de Fac. Alim. I. 2, 311. T. VI. Dioscor. Eup. V. 235, 217. *ἀποκρυβείς* Zosim. I. 34. *συγκρυβείς* Tzetz. ad Hesiod. Opp. 780. Futurum secundum semel legitur *κρυβήσονται* Eur. Suppl. 543. (553.) quod Elmslejus contra codd. omnes in *κρυφήσονται*
450 mutat, saepius apud inferiores: *ἀποκρυβήσεται* Galen. de Usu Part. X. 12, 548. Cleomed. Cycl. I. p. 14. A. (cod. *ἀποκρυφθ.*) Plutarch. de Gen. Socr. II. 301. T. X. Ergo, si exempla numeramus Atticorum, duo sunt, unum ob codd. dissensionem ambiguum, alterum Elmsleji sententiae contrarium. Ratio vero, quam adjungit, tum demum aliquid valebit, si demonstratum fuerit, omnes illos, qui verbo *κρύβω* usi sunt, ab analogia graeci sermonis defecisse. Sed quod dicit hanc analogiam ex vocabulis conjugatis cognosci, ad huc temporis parum exploratum est, qua lege et regula labiales in verbis nominibusque utriusque sermonis inter se permutentur. A *καλύπτω*, cujus verbi aoristus secundus non comparet, ducuntur *περικαλυφή*, *ἀκαλυφής*, *ἀκάλυφος* Diog. La. IX. 72. p. 536. *κάλυβος*, *καλύβη*, a *κάπτω*, *κάπη*, *ἔγκαφος*, a *ῥίπτω*, *ῥιφή* et *ῥίπη*, et ab eadem stirpe unde graeca *ἅπτω* (*ἁφή*), *κλέπτω*, *λάπτω*, *γλύφω* [1]) orta sunt latina ***apo***, ***clepo***, ***lambo***, ***labium***, ***glubo***, ***clupeus***, neque errare videntur, qui *κύπη*, *κύβη*, *κυφός*, ***cubo***, *κύπτω*, inter se cognata putant. Verbum *κύφω* Scholiastes Arist. Plut. 476. affert ad explicandam nominis *κύφων* originem, atque *ἀνακύφειν* legitur ap. Epiphan. c. Haer. L. I. T. III. 271. B. *δρύφω* veteres Lexicographi afferunt, unde *ἀποδρύφω* compositum; *γνάφω* in arte ponitur

---

[1]) *Γλύπτω* a Buttmanno Gramm. §. 92. Adn. 13. aut omittendum erat aut certo auctore approbandum; *γλάπτω* Schol. Hom. Il. II. 88. Schol. Od. IV. 438. *ἔγλαψεν* Hesych.

Schol. Plut. 166. unde ducitur aoristus *γναφῆναι* ap. Hesychium. De ceteris dixi in commentariis Phrynichi [1]).

V. 1146. *Τῷ θέλοντι ναυτίλων.* Barocc. A. Bodl. Harl. Θ. Laud. Jen. Aug. C. Lips. B. Mosq. AB. et Ald. *ναυτίλῳ* [quod in Schol. ad Hesiod. Th. p. 252. legi adnotat Hermannus] ceteri melius *ναυτίλων.* Plutarch. V. Cim. X. *τῶν* 451 *δημοτῶν τῷ βουλομένῳ,* V. Eum. XVIII. *τῷ βουλομένῳ τῶν φίλων,* Eur. Iph. A. 340. *τῷ θέλοντι δημοτῶν,* idemque casus ponendus videtur Ion. 1167. *κῆρυξ ἀνεῖπε τὸν θέλοντ᾽ ἐγχώριον εἰς δαῖτα χωρεῖν.* Vel Sophoclis versum vel proverbium vulgo tritum Plato expressit Theaet. p. 135. A. *ἐὰν δὲ πάντῃ ἀπορήσωμεν, ταπεινωθέντες τῷ λόγῳ, παρέξομεν ὡς ναυτιῶντες πατεῖν τε καὶ χρῆσθαι ὅ, τι ἂν βούληται,* et aperte imitatur Synesius Ep. IV. 163. D. *μεθῆκεν ὁ κυβερνήτης τὸ πηδάλιον καὶ καταβαλὼν ἑαυτὸν πατεῖν παρεῖχε τῷ θέλοντι ναυτίλων.* Ed. Pr.

V. 1147. *Καὶ σὲ καὶ τὸ σὸν λαβρὸν στόμα.* Non solum epexegetica sunt postrema verba sed etiam ad significantiam conferunt, ut Iph. A. 393. *ἢ σὺ καὶ τὸ σὸν σθένος,* quod Pindarico *Κλεάνδρῳ ἡλικίᾳ τε (αὐτοῦ)* similius est quam quae interpretes afferunt. Schol. Ven. ad Θ. 496. *Δημοσθένης αὔξων τὴν Μειδίου κακίαν φησὶ, καταδείσαντες τοῦτον καὶ τὸ τούτου θράσος.* Demosth. c. Aristog. II. 801, 27. *οὐδεὶς ἀντιλέγειν ἐπιχειρήσει πλὴν Ἀριστογείτονος τουτουὶ καὶ τῆς τούτου τόλμης καὶ πονηρίας.* Agatho Athen. X. 445. C. *ἀπολεῖς μ᾽ ἐρωτῶν καὶ σὺ χὠ νεὸς τρόπος.* [Aristid. XLV. 278. T. II. *κατὰ σὲ καὶ τὴν σὴν ψῆφον.*] Lucretius I. 7. *te fugiunt venti adventumque tuum.* Sed nonnunquam *φράσεως ἕνεκα* adjicitur; Eur. Or. 544. *σὲ σήν τε λυπήσειν φρένα,* quam ineptam, ut Matthiae judicat, tautologiam Critici corrigendo tollunt. Quid vero differt Plaut. Trin. II. 2. (3.) 364. *me atque animum meum,* Sallust. Cat. LII. 8. *mihi atque animo meo?* Adde Zosim. III. 9, 219. *τοῖς θεοῖς ἑαυτὸν καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον ἐκδοῦναι.* Verbum *κατασβέσαι* eodem traduxit Xenophon Hell. V. 3, 8. *ὅπως τὸ φρόνημα τῶν νενικηκότων κατασβέσειε.*

V. 1154. *Ἄνθρωπε* — Sic quatuor codd. Brunckii, Mosq. AB. Lips. AB. et Eustath. p. 681, 5. ceteri *ὦ 'νθρωπε* sive

---

[1]) Adde *ψύγω* Suid. s. *Ξηραίνω* et in Testam. XII. Patriarch. Benj. VIII. 737. [*ψυγεῖον-ψύγεται* Hesych.] *ἔψυγον* Etym. M. 366, 47. *ψύγεται* Schol. Od. IX. 219. (cod. *ψύχεται*) *ἀποψυγείη* Dio Chr. III. 127. *ἀποψυγεῖσα* Heliod. II. 3, 55. *μὴ περιψυγῇς* Arrian. Epict. III. 22, 460. *ἡμιψυγής* Geopp. II. 17, 169. *Ὑποσμύγει* Hesych. et *ὑπεσμύγη.* Lucian. Dial. Mort. VI. 3. Hemsterhusius adspiratam reponit. Apud eundem Hesychium *Κατέθυψας, περιέπλευσας,* scribendum *περιέφλευσας.*

ὤνθρωπε minus apte, ut Hermanno videtur, qui illud minitantis esse dicit, hoc miserantis et contemnentis, sed ad Ion. 1121. et Nubb. 411. *ὦ ἄνθρωπε* gravius et cum affectu quodam dici ait, *ἄνθρωπε* vero in simplice allocutione. In mo-
452 nimentis sepulcralibus, ubi viatores appellantur et admonentur, modo *ὤνθρωπε* legitur ut Anth. Pal. c. VII. n. 37. n. 79. n. 198. modo *ἄνθρωπε* n. 534. n. 507. et saepius in Theognidis gnomis v. 603. etc. nec raro codd. inter utrumque fluctuant v. Jacobs Nott. p. 340. *Ὦ ἄνθρωπε* cum gravissima indignatione dicitur Plut. V. Philop. XVII. idemque est indignantis et contemnentis verbum Plat. Hipp. 292. D. Protag. 330. D. Plut. Symp. I. Quaest. I. 5. (quo in sensu interjectio omittitur Plat. Gorg. 518. E. Plut. V. Cat. Maj. IX.) irridentis Herod. VIII. 125. admirantis Gorg. 452. B. (sed *ἄνθρωπε* Arist. Eqq. 793.) gaudentis Strab. XIV. 626. sed simpliciter alloquentis Herod. III. 62. et contra Plut. V. Mar. XXXIX. aliquis occisorem suum compellat *ἄνθρωπε*. Apud Xenophontem Hell. VI. 3, 4. Callias ita infit *ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι,* et similiter Callistratus §. 10. sed Autocles §. 7. *ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι* et eodem modo Herodo. III. 83. et 173. VI. 11. Archidamus vero Thucyd. II. 72. *ὦ ἄνδρες Πλαταιῆς*, ubi vid. Interpp. et Winckelmann. ad Plat. Euthyd. p. 89. In Athenaei libris semel, si memini, legitur, *ὦ ἄνδρες φίλοι* V. 211. A. et *ὦ ἄνδρες δαιταλεῖς* XIV. 658. E. sed saepissime *ἄνδρες φίλοι, ἄνδρες δαιτυμόνες, ἄνδρες γάστρωνες* etc. nullo affectus discrimine; ac Longinus XXII. 1. Herodoti locum afferens interjectionem addit ab illo hyperbati causa omissam. Nec puto facile a nobis dignosci posse ubi *τῆς μωρίας* convenientius sit quam *ὢ τῆς μωρίας*, licet veteres senserint; nam illud interdum plus affectus habere potest, quam hoc.

V. 1156. *Ἄνολβον ἄνδρ' ἐνουθέτει παρών.* Haec totidem verba affert Eustathius p. 1364, 6. Ex v. 1158. Suidas *Ἠνιξάμην* affert cum scholio cf. Zonar. T. I. 998.

V. 1159. 1160. *Αἰσχρὸν εἰ πύθοιτό τις.* Aristides T. I. 420. *αἰσχρὸν γὰρ ἐάν τις ἀκούσῃ.* Apud Stobaeum, qui utrumque versum affert Tit. II. 28. (non 23.) legitur *παρῇ*, ut in *ΓΔ*. La. pr. Lb. Aug. B. probante Blomfieldio ad Sept. 243. In seq. pauci codd. *ἄφερπε νῦν* pro *νυν*.

V. 1163. *Ἔριδός τις ἀγών.* Genitivus additur ad distinguenda varia certaminum genera, ut *μάχης ἀγών* Eur. An-
453 drom. 725. Heracl. 798. [*ἔρις πολέμου* Wern. ad Thryphiod. v. 4.] *certamen pugnae* Liv. XXXVI. 19. Lucret. IV. 841. *ἀγὼν πολέμου* Plut. V. Sull. c. IV. Lucull. XV. *λόγων ἀγών*

Phoenn. 944. sed *ὑσμίνη πολέμου* Mimnerm. Fr. XIII. 46. illuc pertinet quo *πῆμα κακοῦ*, *πέρας ἀπαλλαγῆς* etc. Ed. Pr.

V. 1164. 1165. *Ταχύνας σπεῦσον.* Triclinius: *οὐκ ἐκ παραλλήλου ἀλλὰ σπεῦσον ἰδεῖν*, *ταχύνας τοῦτο*, qui huic verbo transitivam potestatem tribuere videtur ut Schol. *ὁ χορὸς ταχύνει τὸ ταφῆναι.* Hunc intellectum habent composita *ἐπιταχύνειν*, *καταταχύνειν*, *συνταχύνειν.* Sed h. l. significatur *σπεῦδε ταχέως* Arist. Eqq. 495. Thesm. 277. *Κοιλὴν κάπετον* affert Eustathius ad Il. *O*, 356. (p. 1019, 62.) ad quem locum Schol. Ven. adnotat *Ἀργεῖοι τὴν τάφρον κάπετον ὠνόμαζον.* Scholiastes ad h. l. *κάπετον*, *τάφον*, ut Hesychius *Κάπετος*, *τάφος*, *σορὸς*, *οἱ δὲ σκάπετον.* Fieri potest ut uterque *τάφρος* scripserit, sed evidens et necessaria correctio non est. *Τύμβου τάφρος* Eur. Alc. 900. *θανόντων κατασκαφαί* Antig. 920. *fossa sepulcri* Prudent. Apoth. 1137. et *fossarii* iidem qui vespillones v. Reines. Synt. p. 988.

V. 1167. *Τάφον εὐρώεντα*, *tabifluum*, *horridum*, *squalidum.* Hermannus *εὐρὺν* intelligit, ut multi veterum *τάρταρα εὐρώεντα* interpretantur *πλατέα*, quanquam e paucis illis adjectivis in *ῦς* macroparalectis nullum aliud huc circumducitur. Achillis *τύμβος εὐρώεις* Quint. Cal. XIV. 241. *amplus* verti potest, sed fossae tumultuariae id minus convenit, ipseque Hermannus non latum sed vastum intelligi vult.

V. 1168. *Οἵδε πλησίον πάρεισιν.* Hunc versum et duos sequentes Aug. C. choro tribuit, ut vulgo chorus episodiorum ingressum significare solet. Schol. Rom. *ΓΘ.* La. Lb. Dresdd. Aug. B. *πλησίοι* pro *πλησίον.* Nihil interest; *πλησίος πάρεστι* vel *ἔστη* Soph. El. 640. Trach. 897. Iph. A. 638. sed *πλησίον* Herc. 523. Trach. 1076. El. 927. Phil. 371. Bacch. 473. Arist. Eccl. 9. et 305. ubi cod. adjectivum praebet. Similiter *ἀντία* et *ἀντίοι ἕζοντο* v. Interpp. ad Herodo. V. 18. ceteraque adjectiva hujus generis indiscrete variant. 454
Pro *περιστελοῦντε* Wakefieldio Silv. II. 127. collibuit *περιστελοῦντι* optare.

V. 1173. *Θάκει δέ* — Haec et quae sequuntur usque ad *ἱκτήριον θήσαυρον* Suidas apposuit s. *Προςτρόπαιος*, verba *ἐν χεροῖν ἔχων κόμας ἐμάς* Eustathius p. 1293, 31. *Ἱκετήριον* orditur senarium iambicum Aesch. Suppl. 189. sed ibidem v. 474. *ἱκτήριον.*

V. 1175—79. *Εἰ δὲ — πλόκον.* Hunc locum transscripsit Suidas s. *Ἐξημημένος*, ubi in vett. Edd. recte *αὔτως ὅπωςπερ* legitur perinde ut in Sophoclis codd. et apud Eustathium p. 413, 46. qui vv. 1177—79. affert; Kuesterus illic nescio quo prolubio *οὕτως* scripsit; Hermannus h. l. *αὔτως.*

V. 1182—84. *Ὑμεῖς τε* — Primum versum Eustathius

promit p. 668, 64. et 1261, 49. Pro *ἀρήγετ'* Dresd. A. *ἀρήγεσϑ'*, Steph. Cant. *ἀρήγεϑ'*, nec tamen sequens *ἕςτε* dorice adspirant. Sequentia *ἕςτ' ἐγὼ μόλω τάφου μεληϑείς* invertit Etym. M. 382, 5. *ἕς τ' ἐγὼ μολὼν τάφου μεληϑῶ.* Ed. Pr. Haec Schaefero vera videtur lectio, sed convincitur a cod. Leid. in quo non *μεληϑῶ* sed *μεληϑείς* scriptum; ergo *μολών* istud nihil est aliud quam *μολῶ* mendoso accentu notatum ut in cod. *Γ*. Quod etiamsi non esset, tamen meminisse oporteret, ut scriptoribus ipsis, ita librariis consuetum esse modos inter se permutare; quod genus Dionys. Antt. VII. c. 10. p. 1334. *ἐσκόπει ὃν τρόπον λάϑωσιν ἀναιρούμενοι* cod. Vat. exhibet *λαϑόντες ἀναιρεϑήσονται*, et Athen. I. 20. B. *οὐκ ἄν τις σκοποῦ πόῤῥω τοξεύων λέγοι* legitur et *τοξεύοι λέγων*, alibi *διατελῶν λέγω* pro *διατελῶ λέγων* v. Wyttenb. ad Plut. T. I. 141. similiaque hypallagae exempla ad Phryn. p. 55. congesta. — Pro *τῷδε* Dresd. B. *τοῦδε*, Aug. C. *ὧδε*.

V. 1185. *Τίς ἄρα νέατος ἐς πότε λήξει;* Libri nonnulli comma post *νέατος* positum omittunt approbante Hermanno, *quia usitatum est Graecis duas interrogationes una comprehendere*, *πῶς ἐκ τίνος νεὼς ἥκετε.* Id dubitationem nullam habet in tali verborum conformatione; *ἤρισαν τίς τίνα νικήσειε* Nonn. XI. 413. *πόϑεν μεϑέπεις τίνα παρϑένον* I.
455 118. quomodo Euripides scribere potuit Iph. A. 356. *τίνα πόρον εὕρω πόϑεν;* pro vulgato *ποϑέν* et *τίς τίνος ἐστὶ χρόνος* Lucill. Ep. LI. 4. cf. Meinek. ad Menandr. p. 159. Cicero: *quos numeros cum quibus misceri oporteat, nunc dicendum est*; Quintilianus: *considera quis quem fraudasse dicatur.* cf. Heindorf. ad Horat. II. 3, 201. Neque aliter statuendum de Demosth. c. Aristocr. 656, 9. *οἱ Ὀλύνϑιοι τί πεποιηκότος αὐτοῖς Φιλίππου πῶς αὐτῷ κέχρηνται*, ubi distinctiones nuper recte sublatae sunt. Sed id minus necessarium videtur, si alteri utri interrogationi verbum, quod deest, aut extrinsecus aut *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* addi eoque propria species duplicis interrogationis restitui potest, *τίς, πόϑεν εἷς ἀνδρῶν*, vel *τίς, τίνος ἐσσί, τίνος πατρίδος*; Simonid. Epigr. LXVIII. *ποῖ σὸν πόδ' αἴρεις, δέσποτ', ἐς ποῖον φόνον*; Eur. Hel. 1627. *τίς εἶ, πόϑεν, τίνος*; ib. 86. [Anthol. VII. 470. *τίς καὶ τίνος ἐσσί.*] Ac similiter *πῶς, ἐκ τίνος γῆς ἥκεις*; et *τίς ἄρα νέατος, ἐς πότε λήξει ἀριϑμός*, ubi priori inciso ex sequentibus *ἀριϑμός*, extrinsecus *ἔσται* adjungi potest. Item, si interrogationi indefinitae subjicitur magis definita, commodius videtur interpunctione uti; Plaut. Cist. II. 2, 2. *ut hodie, quot modis sibi moderatrix fuit!* Lucian. Navig. c. 13. p. 165. T. VIII. *οἷον ἄν, ὡς εὐδαίμονα βίον ἐβίωσα!* ubi *καί* inserendum esse ante *ὡς* Jacobsio ad Philostr. p. 596. non concesserim; Dem. c.

Phil. II. 66. οἷα ποιεῖ, ὡς δεινὰ καὶ παράνομα; cf. Wolf. ad Lept. c. 75. qui quod graecis assimilavit exemplum: *intelligitis quot locos quam foede vitiaverit*, id ab eo loco alienum similiusque illis est, quibus hypostigmen addendam esse negavi.

V. 1186. Πολυπλάγκτων. Codd. ΓΔ. Aug. BC. πολυπλάκτων. In sec. ἄπαυστόν γ' Dresd. A. et Edd. Triclin.

V. 1188. Δορυσσόντων μόχθων. Suidas s. h. v. τουτέστι τῶν κατὰ πόλεμον μόχθων, ἐξ οὗ τῶν πολεμικῶν. Eustathius p. 1292, 19. δορύσσειν cum verbis θωρήσσεσθαι et αἰχμάσσειν sive αἰχμάζειν comparat; quod si ita se habet, a bellatore translatum est ad bellica negotia, ut substantiva solent, ἀσπισταὶ μόχθοι Eur. El. 442. ἀσπίστορες κλόνοι, λόγχιμοι καὶ ναυβάται ὁπλισμοί Aesch. Ag. 393. 456
Non multum distat δορυσσόος πόνος Theognidis v. 965. Δορυσσοήτων, quod Neuius ex La. recepit, scribentis errori imputandum, quum neque δορυσσοέω neque aliud simile verbum extet.

V. 1190. Ἀνὰ τὰν εὐρώδη Τροίαν. Ultimo vocabulo cod. Δ. Jen. Mosq. B. addunt ἠνεμόεσσαν. Musgravius εὐρυεδῆ conjecit ex Simonidis Fragm. CXXXIX. 398. εὐρυέδους χθονός, tacite mutato accentu. Εὐρώδη, quod Scholiastae ab εὐρώς arcessunt, vix dubitari potest quin ab εὐρύς propagatum sit ut βραχώδης et τραχώδης v. ad Phryn. p. 541. quanquam haec a primitivo ipsa significatione differunt. Versui antistrophico accommodavi olim verbis transponendis τάνδ' ἂν εὐρυεδῆ Τροίαν. Bothius metri defectum asterisco notavit, Dindorfius ἀν' εὐρώδη Τροΐαν corrigit, cf. Lachmann. de Syst. p. 154. Hermannus post ἀνά inserendum putat γε, sed in universum de metris hujus strophae nihil decernit. Aliorum locorum correctiones, quas in Ed. Pr. subjeci, hae sunt. Philostratus V. Ap. IV. 25, 165. de Lamiis narrat ἐρῶσιν ἀφροδισίων μὲν οὔ, σαρκῶν δὲ καὶ μάλιστα ἀνθρωπείων, καὶ πάλλουσι τοῖς ἀφροδισίοις, οὓς ἂν ἐθέλωσι πάσασθαι· ubi Valckenarius ad Herod. VII. 602. πιαίνουσι corrigit, Jacobsius Exercc. Crit. T. II. 86. αἰκάλλουσι, Corais ad Heliod. p. 199. σφάλλουσι, quibus omnibus praestat παλεύουσι, *inescant*, *allectant*, δειναὶ παλεῦσαι καὶ γοητεῦσαι Philo de Somn. I. p. 67. ed. Pfeif. v. Wyttenbach. ad Plut. T. I. 438. sq. Intt. ad Hesych. s. Παλεύσας, Jacobs. ad Philostr. Imag. p. 341. Apud Libanium Decl. p. 837. T. IV. τίς ἡ τὸν σκληρὸν τοῦτον κατακλείσασα scrib. κατακηλήσασα. Aelian. H. Ann. I. 2. ἡ ἱέρεια γυμνὴ παρθένος πάρεισι μόνη καὶ τροφὴν τοῖς δράκουσι κομίζει scr. γυνή, ut παρθένος γυνή Plutarch. de

Virt. Mul. p. 50. VII. *παρθένος κόρη* Eur. Heracl. 409. Paus. IV. 19. *γραῦς γυνή* Arist. Thesm. 345. *παῖς κόρη* Lysistr. 595. Demosth. 540, 30. Philostr. Iconn. II. 864. Ed. Pr.

V. 1192. *Ὄφελε* — usque ad *Ἄγην* affert Suidas s.
457 *Ὤφελε.* La. Lb. et sex alii *ὤφελε*, ut in lemmate Schol. Rom.

V. 1194. *Κεῖνος ἀνὴρ ὃς στυγερῶν.* Perperam Brunckius hic et Philoct. 213. *ὡνήρ*, Bothius *ἀνήρ.* Syllaba prima producitur in melicis Aesch. Suppl. 440. Eum. 312. Pers. 644. Philoct. 709. Oed. T. 869. Ed. Pr. Suidas l. c. *στυγερόν.*

V. 1195. *Ἔδειξ' ὅπλων Ἕλλασι κοινὸν Ἄρη.* Pro *ἔδειξ'* Hermannus restituit *ἔδειξεν*, quod Suidas l. c. et Barocc. B. Aug. BC. Dresd. B. Mosqq. Lipss. cum codd. *ΔΘ.* La. Lb. exhibent; *Ἕλλασι Δ.* Lipss. Ald. *Ἕλλησι* Aug. BC. *Ἄρη* Laud. Jen. Aug. C. Dresd. AB. ceteri *Ἄρην. Κοινὸς Ἄρης* utrum bellum Trojanum denotet an quaecunque unquam a Graecis communiter gesta sunt, in ambiguo relinquitur.

V. 1197. *Ὦ πόνοι πρόγονοι πόνων.* Pro *ὦ*, quod Brunckius et Bothius retinent, Hermannus cum plerisque codd. et Ald. *ἰώ.* Dindorfius *ἰὼ πόνοι πρόπονοι* scripsit, quo et metra exaequaret et insolentiam tolleret dictionis; nam *πόνοι πρόγονοι πόνων* plus quam *ποιητικόν* esse, illud autem dici ut *κακὰ πρόκακα* apud Aeschylum. Perparvum tamen hinc distat, quod Plato dixit, *ξυμφοραὶ ἔχθρας ἔκγονοι* Legg. XI. 928. C.

V. 1198. *Κεῖνος γὰρ ἔπερσεν ἀνθρώπους* — ut *νόσος μ' ἔπερσε* Oed. T. 1456. *Τελαμὼν ἔπερσε Λαομέδοντα* Pind. Nem. III. 62. *πέρσαι στρατόν* Ol. X. 45. *πέρσε Γέτας* Anth. Pal. VII. n. 332. et in vulgari quoque sermone Sext. c. Eth. §. 129. p. 714. *ὡς ὑπὸ μείζονος κακοῦ πορθεῖται τῆς τοιαύτης προλήψεως* cf. Heindorf. ad Protag. p. 340. A. Schwebel. ad Frontin. Strat. I. 6. p. 47. Ab animatis contra ad inanimata translatum est *πόλις ἐναίρεται* Oed. C. 842. *νὺξ ἐναριζομένα* Trach. 94. pro *ἀφανιζομένη*, ut Hom. Od. *Τ.* 263. *μηκέτι χρόα καλὸν ἐναίρεο* Eustathius interpretatur *ἀφάνιζε.* Ed. Pr. [*δεδαϊγμένον ἄστυ* Quint. Cal. XIV. 17.

V. 1199—1201. *Ἐκεῖνος οὔτε στεφάνων οὔτε βαθειᾶν κυλίκων νεῖμεν ἐμοὶ τέρψιν ὁμιλεῖν.* Cod. *Δ.* Bar. duo, Dresd. A. *κεῖνος.* Hermannus pro priore *οὔτε* correxit *οὐ*, quod
458 receptum est. Barocc. A. Aug. C. et Ald. *βαθεῖαν.* Lips. B. *βαθειῶν*, ceteri *βαθειᾶν*, ut *ἐπετειᾶν* Agam. 988. *δαμιᾶν* Eum. 808. Infinitivus *ὁμιλεῖν* ex abundanti additus est ut

δῶκεν ἔχειν etc. Pind. Nem. X. 135. Χαλεπὰ δ' ἔρις ὁμιλεῖν κρεισσόνων. [Βαθεῖαν κυλίκων displicet Ellendtio T. I. 287. cui assentior τέρψιν βαθεῖαν quo audacius hoc gratius esse.]

V. 1202—1206. Οὔτε αὐλῶν ὄτοβον οὔτ' ἐννυχίαν τέρψιν ἰαύειν ἐρώτων· ἐρώτων δ' ἀπέπαυσεν. Priora verba Suidas affert s. Ὄττοβος, quomodo hoc nomen in ΔΘ. aliisque scribitur et ap. Moschopulum, qui in Lex. s. Πάταγος scholion transscripsit. Ἐρώτων primo loco omittunt Lips. B. Dresd. B. et Dorvill.; Bothius et Hermannus puncto post ἰαύειν posito sequentia per anadiplosin junxerunt ἐρώτων δ', ἐρώτων ἀπέπαυσεν, quod sequuti sunt, praeter Wunderum, omnes.

V. 1207—1210. Κεῖμαι δ' ἀμέριμνος — λυγρᾶς μνήματα Τροίας. Ἀμέριμνος passivam h. l. significationem habet ut in Posidonii parodia ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος ἔσσεαι, nec pro πολυμέριμνος, ut Schol. Rom. et Bothius statuebant, positum est. Ante Brunckium legebatur κόμας λυγράς. Wakefieldius Silv. T. II. 153. τεγγόμενος κόρας, λυγρά —

V. 1211. Καὶ πρὶν μὲν ἐννυχίου. In ΓΔΘ. et Dresd. A. deest καί. Triclinius correxit καὶ πρὶν μὲν οὖν, quo additamento rejecto Hermannus syllabam strophico detraxit versui.

V. 1214. Ἀνεῖται στυγερᾷ δαίμονι. La pr. ἀγκεῖται (sic) Lb. Δ. Lips. B. ἐγκεῖται sive ἔγκειται, unde Schaeferus ἄγκειται scribendum esse suspicabatur.

V. 1218—22. Ἵν' ὑλᾶεν — προςείποιμεν Ἀθάνας. Cod. Γ. et Turn. ὑλῶεν ut θυώεις dicitur et θυήεις, δενδρώεις et δενδρήεις, δινώεις et δινήεις. Illud tamen nusquam legi, neque horum omnia satis certa sunt. Pro ἄκραν Eustathius p. 649, 53. ἱερήν, pro προςείποιμεν cod. Brunck. προςείποιμι, Brunckius προςείποιμ' ἄν, addita particula, quam Hermannus ostendit necessariam non esse. Ac jam veteres libros discordasse testis est Philoponus de Mund. Creat. L. IV. 6, 548. T. XII. 459
Bibl. Gall. qui h. v. ita affert τὰς ἱερὰς ὅπως προςείποιμι Ἀθήνας.

V. 1225. 26. Δῆλος δέ μοί 'στι. Hermannus μοὐστί, Elmsleji admonitu. Ἐκλύσων στόμα ut λέλυκα τὸ στόμα Isocr. Panath. p. 252, 96. Schol. Laur. Δίδυμος καὶ δῆλός ἐστιν ὥς τι σημανῶν νέον. qui versus ab hoc loco alienus similitudinis causa adscriptus videtur. In seq. pro σὲ δὴ τὰ δεινὰ hoc est *atrocia illa*, Musgravius σὲ δῆτα δεινά, Wakefieldius Silv. III. 103. σὲ δῆτα δεννά proposuit.

V. 1227. Ὧδ' ἀνοιμωκτεὶ χανεῖν — expressisse videtur

Attius in Armorum judicio *Hem vereor plus quam fas est captivum hiscere*, matris Hesionae captivitatem ad filium transferens Teucrum, quia *partus uterum sequitur. Ἀνοιμωκτί* Hermannus cum ΔΘ. Paris. C. Aug. A. Jen. Dresd. A. et Eustath. 723, 28. Retinui *ἀνοιμωκτεί* propter potiores testes Membr. Γ. La. Lb. nam rationibus, quantum equidem video, res confici nequit. Neque tamen horum adverbiorum ratio adeo abdita est, ut quibuslibet librariorum et conjectorum commentis indulgeri oporteat. Barbara sunt quae Sturzius Opusc. p. 244. 264. et Goettlingius ad Theod. p. 229. receperunt, *ἐξηπήχυστί* et *ἁμαξεί*, non solum quia forma, sed etiam quia notio ipsa repugnat; barbarum est *ἀλατεί*, quod Ottfr. Muellerus Aeschylo tribuit Eum. 76. non minus quam *τιμητεί*, *προφητεί*, *πλανητεί* et quidquid hujusmodi contra analogiam fingi poterit. [*ἐγκονητί* Pind. Nem. III. 35. v. Spitzner. de V. Her. p. 47.]

V. 1228. *Σέ τοι τὸν ἐκ τῆς αἰχμαλωτίδος.* Aug. B. *σέ τοι σὲ τὸν ἐκ τῆς*, Aug. C. et Mosq. B. *σέ τοι τὸν τῆς*, Dorv. B. *σέ τοι σὲ τόν*, omissis *ἐκ τῆς*, Dresd. B. *σέ τοι σὲ τὸν τῆς*, quod Hermannus adscivit.

V. 1229. *Ἦ που τραφεὶς ἄν.* Affert hunc versum cum sequenti Schol. Arist. Ach. 638. ubi *εἴ που* scriptum. Ed. Pr.

V. 1230. *Ὑψήλ' ἐκόμπεις κἀπ' ἄκρων ὡδοιπόρεις.* Plus auctoritatis a codd. habet *ἐφώνεις*, quod Bar. B. Bodl. Laud. La. sec. Harl. Θ. Paris. D. Lips. AB. Ald. repraesentant; nam eodem referendum *ἐφρόνεις* apud Suidan s. *Ὑψηλοτέρας*, ubi hic versus et tres sqq. afferuntur, et in
460 ΓΔ. La. pr. Lb. Aug. BC. Heidelb. nonnullisque Brunckianis; nec minus *ἂν φρονεῖς* et *φρόνεις* in Jen. et Mosq. B. Ceteri *ἐκόμπεις*, quod Schol. Aristoph. l. c. tuetur. — *Ἐπ' ἄκρων πορεύεσθαι* Liban. Decl. p. 162. T. IV. *ἀκροβατεῖν* Philo de Somn. L. I. p. 60. T. V. et Anon. Suidae T. I. 575.

V. 1231. *Τοῦ μηδὲν ἀντέστης ὕπερ.* Codd. Γ. Jen. Aug. C. et Suid. l. c. *τοῦ μηδενός*, quo Wakefieldii conjectura aberraverat *τοῦ μηδενὸς ἀνέστης* scribentis Silv. T. II. 25. *Τὸν οὐδέν* Phoenn. 601. *τὴν μηδέν* Soph. El. 1166. *ὁ τὸ μηδέν* Plato Epigr. III. p. 103. T. I. Ed. Pr. V. Siebelis ad Paus. T. I. p. 108.

V. 1232. *Ναυάρχους* Codd. Δ. Lb. *ναυάρχας.* Sic in codd. Oed. C. 1085. *πάνταρχε* et *παντάρχα* miscentur, *πολεμάρχους* et *πολεμάρχας* Sept. 814. *τόξαρχος* et *τοξάρχης* Pers. 554. Sed *μόναρχος* et *πολίαρχος* hoc uno modo scribuntur apud Tragicos, quod Blomfieldio satis visum, cur

alteram formam prorsus rejiceret ad Sept. 828. Sed *ταξιάρχας*, *στρατάρχας*, *ἑκατοντάρχας* Aeschylus Palam. 168. junctim memorat.

V. 1233. *Διωμόσω.* Schol. *γράφεται διωρίσω*, quod Heathius comprobat. Pollux V. 152. ut synonyna componit *διαβεβαιοῦμαι*, *διισχυρίζομαι*, *διορίζομαι*, *διατείνομαι.* Hesychius (post *διορίζει*) *Διωρίζετο*, *διεβεβαιοῦτο*, *διισχυρίζετο.* Demosth. p. Cor. 263, 25. *ὃ νῦν οὗτος διέβαλλε καὶ διωρίζετο.* Dio Cass. XLV. 37, 444. *αὐτὸν τῆς ἐλευθερίας ἐχθρὸν γεγονέναι διορίζομαι.* Polyb. XVIII. 29, 2. *διοριζόμενοι ὅτι ἀποστήσονται.* Plutarch. V. Nic. VII. 363. *προςδιωρίσατο ἀποκτενεῖν.* Et ap. Demosth. c. Phil. III. 18. *λέγω καὶ διορίζομαι* cod. Paris. praebet *διισχυρίζομαι*, quo minus mirum Valckenarium Athenaeo III. 83. D. et Wolfium Dionysio Hal. de Isocr. XVIII. 576. id pro *διορίζομαι* restitutum ivisse; quod prioribus exemplis refellitur. Apud Sophoclem tamen *διωμόσω* Suidae l. c. et codicum consensu satis firmatum est, neque insolitum Graecis *διόμνυσθαι* pro asseverantius affirmare, *διόμνυσθ' εἰδέναι τὰ δαιμόνων* Eur. Philoct. Fr. VI. v. Dio- 461
nys. Antt. VIII. 2, 1742. Dio Chr. XV. 448. Lucian. pro Imagg. c. 20.

V. 1237. *Ποῦ βάντος ἢ ποῦ στάντος, οὗπερ οὐκ ἐγώ.* Cod. Brunck. et Dresd. B. *ποῖ βάντος*, Ven. *πῇ*, Heidelb. *ἧπερ*, *Δ. ἧπερ ἐγώ*, omissa negatione. Verba ista eodem modo copulavit Philoct. 833. *ποῦ στάσει, ποῖ δὲ βάσει*, Eur. Hec. 1057. *πᾷ βῶ, πᾷ στῶ*, atque hic quidem magis proprie, illic ex usu quodam quotidiani sermonis, fere ut nos dicimus *wo er gieng und stand.* Neque Agamemno quidpiam aliud dicit nisi hoc, *ubicunque Ajax fuit, ibi ego haud defui*, hoc est, nihil ille sine me gessit. Hermanno quidem ad v. 1260. (1281. Br.) haud veri simile videtur hoc Agamemnonem dicere voluisse, ut quo aequiparaturus magis sibi Ajacem quam, quod volebat, postpositurus fuisset. Sed quum paullo ante distincte dixisset, Teucrum omnem sibi auctoritatem et omne imperium abrogare

κοὔτε στρατηγοὺς οὔτε ναυάρχους μολεῖν
ἡμᾶς Ἀχαιῶν οὔτε σοῦ διωμόσω

hanc Teucri sententiam ita refutat ut Ajacem omnia quae egerit, secum gessisse dicat; quod quum imperator dicat, facile intelligitur hoc ab eo significari, *quid tandem fecit Ajax nisi meis auspiciis?* Neque mihi persuadere possum, illa Teucri verba v. 1281. *ὃν οὐδαμοῦ φῄς οὐδὲ συμβῆναι ποδί* huic interpretationi contraria esse, quibus verbis vir gravissimus permotus est ut eandem sententiam huic loco subjiceret, *nusquam fuit Ajax ubi ego fui*, id est, *rerum gestarum omnino*

particeps non fuit, sic ut negatio *οὖπερ οὐκ ἐγώ* ad speciem abundet. Equidem assentiar antiquis interpretibus, quorum judicium Triclinius affert: *φασὶν ἐνταῦθα ὡς συκοφαντεῖ Τεῦκρος Ἀγαμέμνονα, οὐ γὰρ ἐν τοῖς πρόσθεν αὐτοῦ λόγοις τοιοῦτόν τι εὕρηται ἀλλ' ἔφη ποῦ βάντος ἢ ποῦ κ. τ. λ.* Ejusmodi sycophantia priscis causidicis perquam familiaris fuit, neque a Teucri animo commoto alienum crediderim, si adversarii dictum aliorsum detorqueat et, quum Agamemnon dixisset Ajacem nihil nisi secum gessisse, hic nullam rerum gestarum partem ei tribui queratur, quae *δείνωσις* non ultra quam fas est exaggerata videtur, praesertim si cogitamus
462 haec ab homine impense irato dici, iram autem brevem perhiberi insaniam. Eadem haud dubie sententia fuit perdocti grammatici, qui ad Euripidis versum Hec. 1219. *τὸν χρυσὸν ὃν φῂς οὐ σὸν ἀλλὰ τοῦδ' ἔχειν*, haec disserit: *ἐνταῦθα ἡ Ἑκάβη διαβάλλει τὸν Πολυμήστορα· οὐ γὰρ ἐμνημόνευσεν οὗτος τούτου, ὅτε περὶ τοῦ Πολυδώρου ἀπελογεῖτο· εὑρήσεις δὲ καὶ ἕτερα τοιαῦτα παρά τε Σοφοκλεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις.* [Mentitur Electra in Soph. El. 360. *δῶρ' ἐφ' οἷσι νῦν χλιδᾷς.*] Cur autem Graeci soleant post *οὐ μᾶλλον ἢ* adjicere negationem, docte et sollerter explicuit Nitzschius ad Ion. p. 74. idque magis clarescet, si ipsa exempla nobis proponamus. Ergo quod Herodotus dicit IV. 118. *ἥκει γὰρ ὁ Πέρσης οὐδὲν μᾶλλον ἐπ' ἡμέας ἢ οὐ καὶ ὑμέας*, hoc significat: ***non fiet ut Persa nos aggredi malit**, **quam vos non aggredi.*** Si omisisset negationem, ambiguum erat, utrum Persa ad neutros an ad utrosque venturus diceretur; nam si quis ita loquitur *ἥκει οὐ μᾶλλον ἐφ' ἡμᾶς ἢ ἐφ' ὑμᾶς*, intelligi potest neque ad nos veniet neque ad vos; adjecta autem negatione patet aliquem sperasse quod eventurum esse negatur: *οὐκ ἔσται, ὅπερ ὑμεῖς ἐλπίζετε, ἐφ' ὑμᾶς οὐχ ἥξειν αὐτὸν, ἐφ' ἡμᾶς δέ.* Demosth. c. Timoth. 1185, 7. *οὐ περὶ πλείονος ἐποιήσατο περιουσίαν χρημάτων μᾶλλον ἢ οὐ Τιμοθέῳ ὑπηρετῆσαι*, ***non maluit dives esse quam Timotheo non succurrere.*** Haec igitur dubito num Sophoclis loco conveniant. Veteres, qui *ἧπερ* scripserunt, *ποῦ* pro *πότε* acceperunt. Bothius *ἥπερ* edidit, quod Hermannus substitui posse dixerat.

V. 1238—1239. *Οὐκ ἄρ'* — Jen. Mosq. B. *ἄρ' οὐκ.* *Ἔοιγμεν*, quod legitur etiam Eur. Cycl. 99. Heracl. 676. miram perperit Eustathii opinationem p. 885, 9. *ἀττικὸς ἀνὴρ ἀγμῆτας ἂν εἶπε καὶ κεγμηότες κατὰ τὸ ἔοιγμεν.* Etym. M. 350, 54. et Zonar. T. I. 786. *ἔοιγμεν ὡς δέδοιγμεν*, quod Tittmannus ad h. l. refert. Ed. Pr.

V. 1240—1243. Pro *τότε* Cod. *Γ.* *ποτὲ γρ. ὅτε.* Pro *φανούμεθ'* idem et Dresd. A. Paris. T. *φαινοίμεθ'*, *Θ.* Mosqq.

Dresd. B. Jen. *φανοίμεθ'*. V. 1242. pro *ἀρκέσει* Dresd. A. Paris. T. *ἀρκέσοι*, in seq. pro *ἤρεσκεν* Aug. C. *ἤρκεσεν*, Aug. B. *ἤρκεσκε*.

V. 1244. 1245. *Βαλεῖτε* — Paris. C. *βάλοιτε*. *Σὺν* 463
δόλῳ κεντήσετε ut Eur. Suppl. 240. *οἱ δ' οὐκ ἔχοντες καὶ σπανίζοντες βίου εἰς τοὺς ἔχοντας κέντρ' ἀφιᾶσιν κακά*. Brunckius *ξύν*, cod. Jen. *δόλοις*, *ΔΓ*. *κεντήσεσθ'*. In simili oratione Alcaei Fragm. LXIII. *ψέγουσιν ἐκ τοῦ ψόφου τοξεύοντες* scrib. *ψέφους*. Pro *ἡμᾶς* Hermannus *ἥμας*.

V. 1246—1254. *Ἐκ τῶνδε — πορεύεται*. Hunc locum exscripserunt Stobaeus Serm. III. 5, 74. et Maximus Eclog. T. II. p. 535. Pro *εἰρκτέον* v. 1250. Stobaeus mendose *εἰκτέον*.

V. 1252. *Ἀλλ' οἱ φρονοῦντες εὖ* — Eustathius p. 880, 2. *οἱ γὰρ* —. Chria Anonymi in Rhetor. Gr. T. I. 602. inscripta est *οἱ φρονοῦντες εὖ, φησὶ Σοφοκλῆς, κρατοῦσι πανταχοῦ*. Post hunc versum Maximus interserit similem *ὁ γὰρ φρονῶν εὖ πάντα συλλαβὼν ἔχει*, quem Villoisonus ad Longum IV. p. 275. ex praecedenti effictum, Schowius ad Stob. III. 70. aliunde adscriptum putat. Ed. Pr. Hermannus eum ab Apostolio Sophocli, a Stobaeo Chaeremoni tribui ostendit.

V. 1253. *Μέγας δὲ πλευρὰ βοῦς* — Duo Barocc. Paris. CK. Membr. Aug. BC. et Ald. *πλευράς*, *Θ*. La. sec. Harl. Bodl. Laud. Jen. Mosqq. Dresd. B. et Juntt. *πλευράν*, quod Schol. legit et probavit Musgravius. *Πλευρᾷ* Maximi ed. Coisliniana, *πλευρά* Paris. D. Dresd. A. Antonius Exc. XXV. p. 73. Eustathius p. 1524, 51. quod Porsono auctore ad Hec. 820. receptum est, auribus magis quam codicibus consultis.

V. 1259. *Οὐ σωφρονήσεις; οὐ μαθὼν ὃς εἶ φύσιν*. Jen. *οὐκ εὐφρονήσεις*, Mosq. B. *Δ*. *οὐκ εὖ φρονήσεις*. Verba *οὐ μαθὼν — λέξει τὰ σά* affert Moschopulus ad Il. II. 58. *Ὃς εἶ* pro *οἷος εἶ* positum ut saepius v. Schneider. ad Plat. Civ. T. II. p. 139.

V. 1263. *Τὴν βάρβαρον* — citat hunc versum Schol. Hom. Il. XV. 232.

V. 1266. *Ὡς ταχεῖά τις βροτοῖς*. *Τοῖς βροτοῖς* cod. *Δ*. Aug. C. Dresd. B. Lips. B. et Stob. Serm. CXXVI. 3. ceteri codd. et Stobaei ed. princeps cum Maximo Tit. CCLXXI. 464
877. *τις* exhibent.

V. 1268. *Οὐδ' ἐπὶ σμικρῶν λόγων* — Dresd. A. Paris. T. et Edd. Triclinianae *πόνων*, quod merito improbat Brunckius. Is reddit *ne minimum quidem*, nec dissentit Hermannus. Praeferam *ne verbulo quidem*, fere ut Stephanus voluit ac nos

dicimus *nicht mit einem armseeligen Worte gedenkt er deiner.* Τούτων ἐπὶ σμικρῶν μνημονεύει Julian. Or. III. 128. A. Sic ἔπος σμικρόν dicitur Oed. C. 443. Idem significaret οὐδ' ἐπὶ σμικρὸν λόγου, ut El. 414. οὐ κάτοιδα πλὴν ἐπὶ σμικρὸν φράσαι.

V. 1270—1272. Δορί. Dindorf. δόρει. Πάντα ταῦτ' — ordine inverso Aug. B. Dresd. A. Lips. ταῦτα πάντ', de quo dixi ad v. 1023. In sequenti versu Membr. Bodl. Paris. E. Dresd. AB. Lips. B. Lb. Θ. κἀνόητ' pro κἀνόνητ'. Hoc neque Sophocles praeter v. 758. ubi libri discrepant, usus est neque Aeschylus; Euripides saepius sed intellectu proprio, non, ut ἀχρεῖος et ἀνωφελής, per contemtum pro *futilis*. Quapropter illud vulgato antepono.

V. 1274. Ἑρκέων ποθ' ὑμᾶς οὗτος ἐγκεκλεισμένους. Pro οὗτος Lc. Bar. A. ἐντός, in quod Musgravius conjectura incidit, sed vulgatam satis defendit Abreschius Animm. T. I. 173. Euripidis exemplo Phoenn. 454. τόνδ' εἰςεδέξω τειχέων. Similiter γῆς εἰςδέχεσθαι Oed. T. 238. unde pendet Eur. El. 394. τοῦδ' ἀνδρὸς εἰσδοχὰς δόμων. Sed apud Aesch. Ag. 444. μυχοῦ ἄφερκτος controversum est, utrum, ut Scholiastes interpretatur, κατάκλειστος περὶ τὴν εἱρκτήν an exclusus penu significetur. Certatur etiam de Thucyd. V. 83. κατέκλησαν Μακεδονίας Ἀθηναῖοι Περδίκκαν, ubi Valckenarius ἐγκατέκλησαν, alii aliud scribendum putant, Bernhardy Synt. p. 137. pro ἀπέκλησαν accipit, quam sententiam Poppo in antecessum damnavit; nihiloque certius est in Euripidis Pel. Fragm. III.

οὐκ ἔστιν ἀνθρώποισι τοιοῦτο σκότος
οὐ δῶμα γαίας κλειστὸν, ἔνθα τὴν φύσιν
ὁ δυςγενὴς κρύψας ἂν εἴη (fort. ἐξίοι) σοφός.

genitivum γαίας ab adjectivo regi; videtur potius κατάγαιον
465 κλειστόν significari, simile illis, in quibus Epimenides, Pythagoras aliique miraculorum fabri aliquamdiu delituisse feruntur. Pro ἐγκεκλεισμένους La. et Bar. A. ἐγκεκλειμένους, quae forma servata est in omnibus codd. Aesch. Suppl. 934. Androm. 495. sicut altera ἐγκεκλεισμένος Trach. 579. Elmslejum notum est Tragicis ubique vel contra codd. κλῄς, κλῇθρον, κλῇσαι, restitui voluisse, idque plerosque alios esse sequutos v. Matthiae ad Hec. 482. ad Bacch. 1253. ad Phoenn. 64. ut et hoc loco Herm. et Dind. ἐγκεκλῃμένους scripserunt. Par inconstantia in Platonis libris v. Schneider. ad Civ. T. III. p. 70. et apud oratores atticos Demosth. p. 22, 27. p. 442, 26. p. 803, 28. Aeschin. p. 410, 87. v. Interpr. ad Isocr. Paneg. 47, 43. qui κέκλειμαι praeferunt, non dissentiente Baitero p. 26. [Quod in codd. nonnullus scriptum est κε-

κλειμένον Ellendtius T. I. 964. nihil aliud esse putat quam quod grammatici antiquae Atthidi tribuunt κεκλῃμένον.] [κέκλειται v. Reisk. ad Aristid. T. II. 470.]

V. 1275. Ἐν τροπῇ δορός. Sic vulgo interpungitur; Erfurdtius et novissimi editores comma post δορός omiserunt. Ἐν τροπῇ δορός Rhes. 82. sed ἐν μάχης τροπῇ Agam. 1238. utrobique in exitu senarii sequente consona. Frequentius tamen nomen primarium alteri praeponitur: μάχῃ δορός Agam. 427. Eur. Erechth. Fragm. I. 29. Cycl. 5. Antig. 674. quanquam hic interpretes dissentiunt. — Ad hunc locum retuli versus ignoti poetae ap. Charis. IV. 252.

Vidi te, Ulysse, saxo sternentem Hectora,
vidi tegentem clypeo classem doricam,
ego tunc pudendam trepidus hortabar fugam.

quae apertum est ab Ajace per irrisionem dici.

V. 1277. Ἄκροισιν — φλέγοντος. Affert Suidas s. Ἐδώλια et Ἐδωλιάσαι, ubi his vocabulis lenis spiritus ut in cod. Flor. Herodo. I. 24. additus est, quem ex hoc genere solum ἔδαφος habet; πωλικῶν θ' ἐδωλίων Aesch. Choeph. 69. De eodem incendio Virgilius Aen. V. 662. *furit immissis Vulcanus habenis transtra per et remos.* Ed. Pr.

V. 1281. Ὃν οὐδαμοῦ φῄς. Schol. πρὸς τὸ ποῦ βάντος ἢ ποῦ στάντος, de quo ἐξουθενισμῷ dixi ad v. 1237. Φής sine iota Jen. et Mosq. B. Συμβῆναι Hermannus interpretatur *adstitisse tibi*, ut συμβέβηκε accipitur a Matthiae ad Hel. 1007. Brunckius vero, *nusquam hosti contulisse pedem*, quo intellectu est συμβεβηκέναι Polyb. XI. 24, 6. sed 466
mendose scriptum pro συμβεβληκέναι. Idem tamen hoc loco significari videtur. Aoristi ἔβλην extat participium βλείς v. Etym. M. imperativus συμβλήτω ἀπάντησον Hesych. (si ita scribendum pro ἀπήντησεν) optativus βλείης Schol. Ven. *N.* 288. infinitivus ξυμβλήμεναι. Apud Tragicos tamen solum συμβαλεῖν invenitur. In seq. versu Bothius ὕμιν, ut in Ed. Pr. scripsi.

V. 1283—84. Χὤτ' αὖθις. Utraque Junt. χὤςτ', cod. Γ. χ' ὦτ', γρ. ἀποφαντικῶς ὅτι. In seq. versu ἦλθ' ἐναντίος Jen. Dresd. A. Mosq. B. Aug. BC. Ald. Ceteri ἦλθεν ἀντίος.

V. 1285—87. Οὐ δραπέτην τὸν κλῆρον — Laudat hunc locum Eustathius p. 361, 28. tanquam exemplum ἀναχρονισμοῦ εὐμεθόδου. Etenim Cresphontis dolus significatur, quo in sortitione provinciarum Messeniam obtinuit; v. Apollod. II. 8. Paus. IV. 3. Plaut. Asin. II. 6. 46. quos Stolbergius in testimonium adhibuit. Ad demonstrandum nominis βῶλος genus masculinum Thomas p. 170. (p. 53.) profert verba

ὑγρᾶς ἀρούρας βῶλον ὃς ἔμελλε, ob aliam causam Eustathius p. 675, 32. *ἔμελλε πρῶτος ἅλμα κουφιεῖν.* Ed. Pr. *Εἰς μέσον* Edd. vett. Deest hoc loco adjectivum quod in hac constructione plerumque addi solet: *οὐράνιον πήδημα κουφίζειν* Eur. El. 1057. *δύστηνον αἰώρημα κουφίζειν* Suppl. 1057. *ὑγρὸν ἀναῤῥίπτειν ἅλμα* Archias Anth. Pal. VII. 214. In seq. versu Aug. B. *παρῆν* pro *παρών*.

V. 1290. *Ποῖ βλέπων.* Triclinius *ποῦ*.

V. 1292. *Πέλοπα βάρβαρον Φρύγα.* Tzetzes Chil. V. 448. *πῶς Σοφοκλῆς τὸν ἄνδρα Φρύγα φησὶν οὐκ οἶδα, λέγων ἀρχαῖον ὄντα Πέλοπα βάρβαρον Φρύγα.* Sed eodem modo Herodotus VII. 11. *Πέλοψ ὁ Φρύξ* et Orosius I. 12. *Tantalus rex Phrygiorum*; aliique Phrygum et Lydorum nomine promiscue utuntur v. Markland. ad Maximum XXXVI. 1. p. 179. Ed. Pr.

V. 1293. *Ἀτρέα δ', ὃς αὖ σ' ἔσπειρε, δυςσεβέστατον.* Elmslejus *δυςσεβέστατον δεῖπνον* jungenda putat; Hermannus, qui hoc epitheton, sive Atreo tribuatur sive coenae
467 Thyesteae, nimis languere censet, retulit se ad Edd. veterum interpunctionem *ὃς αὖ σ' ἔσπειρε δυςσεβέστατον.*

V. 1295. *Μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης.* *Cressa* proprium est et usitatum Aeropes cognomen v. Burmann. ad Ovid. Trist. II. 391. a Teucro autem contumeliose ita dicitur ob communem Cretensium infamiam v. Dorvill. ad Charit. p. 332. Plato comicus ap. Schol. Arist. Avv. 798. *τὸν μαινόμενον, τὸν Κρῆτα, τὸν μόγις Ἀττικόν.* Menelaus ipse propter conjugium cum Aerope initum *ἡμίκρης* vocatur Lycophr. 150. Ed. Pr. Schol. Laur. *αὐτὸς γρ. αὖθις*, pessime quidem.

V. 1296. *Ἐφ' ᾗ λαβὼν ἐπακτὸν ἄνδρ' ὁ φιτύσας πατὴρ* — afferunt Thomas M. p. 907. (387.) et Moschopulus *Λεξ.* s. *φυτεύειν.* *Ἐπακτὸν ἔξωθεν ἄνδρα* Dionys. Antt. II. c. 58. Eodem accentu adjectivum notatur Pind. Ol. X. 107. Plat. Rep. III. 405. B. Thucyd. VI. 20. Aristot. Meteor. IV. 5. p. 382, 12. Theophr. de Ign. 66, 728. Isocr. ad Dem. 6, 23. Socrat. Epist. VI. p. 9. Hippocr. de Aer. et Locc. p. 540. T. I. de Insomn. p. 10. T. II. Diod. II. 54. Paus. VIII. 8, 6. Plut. Comp. Pericl. c. Fab. c. III. Galen. T. I. p. 59. Alciphr. I. Ep. 24. Long. Past. III. 15, 114. [*σῖτος ἐπακτός* Thucyd. VII. 28. Stob. Flor. III. 74. Strab. XVI. 295. *κακὸν ἐπακτόν* Aristid. T. II. 533.] etc. saepiusque apud Tragicos. Atque huic notationi accommodata est motio; *ἐπακτή* Schol. Eur. Hipp. 318. pro quo apud poetam ipsum h. l. *ἡ ἐπακτός* legitur, *ἡμέραι ἐπακταί* Epiphan. c. Haer. L. II. T. II. 826. A. *ἐπακτὰν ἄταν* Phoenn. 345. quo loco Porsonus *ἐπα-*

κτόν edidit ut in Flor. A. legitur, eaque usitatissima est femi-
nini scriptura Plat. Rep. IX. 573. B. Aristot. de Gener. An.
III. 1. p. 750, 9. Soph. Trach. 491. Isocr. Hel. Enc. 215, 37.
(vulgo ἐπείςακτος) Plut. V. Arat. XVI. Aristid. T. I. 535.
(cod. ἐπείςακτος) Plotin. [Enn. III. L. II. 258. Cr. τάξει ἐπακτῷ.]
Enn. IV. L. VII. 9, 463. Appian. Civ. II. 71, 273. Mithr.
c. XCIX. 790. (vett. Edd. ἐπακτή) quae cum ἡ μέσος, ἡ
μεμπτός[1]) et similibus conferri debet. Verum idem femini- 468
num nonnunquam proparoxytonos scribitur ἡ ἔπακτος Hip-
pocr. de prisc. med. p. 53. T. I. Herodo. VII. 102. conve-
nienter masculino et neutri τὸ ἔπακτον Philem. Fragm. VIII.
396. sed multi propter contraria exempla hunc tenorem sin-
cerum esse negabunt, neque sane diversitas significationis,
qua Grammatici ἐξαίρετος et ἐξαιρετός, ἔκλεκτος et ἐκλεκτός,
aliaque syntheta et parasyntheta distinguunt, in illo adjectivo
intelligi potest; tum περίακτον, sive versatile significat ut apud
Athenaeum XIV. 637. C. Plut. Sol. Anim. c. XXI. 177. et
Pollucem, sive id quod circumfertur ut Plut. Comp. Lys. c.
III. semper proparoxytonon est ut ἐπείςακτον, de quo Wyt-
tenb. ad Plut. T. I. 319. seq. et contra συνακτὸν ὕδωρ Anon.
Stad. in Geogr. Min. T. II. 444. ed. Gail. συνακτή Hesych.
s. Συμφερτή. Verum de summa hujus universi generis in-
constantia in Append. dicetur.

V. 1296. Ὁ φιτύσας πατήρ. Cod. ΓΔΘ. et alii φυτεύσας. Moschopulus l. c. δῆλον ὅτι ἐνταῦθα τὸ φι γράφεται. Participium sententiae aliquid ponderis addit, *ipse pater*, ut Iph. A. 1177. ἀπώλεσέν σ' ὁ φιτύσας πατήρ, Iph. T. 360. ἱερεὺς ἦν ὁ φιτύσας πατήρ, Phoenn. 1595. ὁ σπείρας πατὴρ κτείνει με, et cum iteratione ὁ φύσας χὠ τεκὼν ὑμᾶς πατὴρ ἀπώλεσε Herc. 1339. qua synonymorum congerie nemo non sentit animum, quo crebrius, hoc fortius percuti. Idem observatur in nomine matris: φονεὺς μητρὸς ἥ σ' ἐγείνατο Soph. Fragm. Alcm. II. κλύων γόον (periturae) ματρὸς ἅ σ' ἔτικτε Eur. El. 1213. ἐπὶ φόνῳ ματρὸς ἅ νιν ἔτεκε Orest. 1491. αὐτά σ' ἔκτεινε μάτηρ ἅ σ' ἔτεκεν Antip. Thess. Ep. XXVI. eaque ambage utuntur etiam in invocatione: ὦ τεκομένα με μᾶτερ Orest. 195. Phoenn. 195. ὦ τεκοῦσα μῆτερ Phoenn. 1276. Iph. A. 1338. quibus locis apparet, activam formam et mediam promiscue poni, et nonnunquam etiam imperfectum succedere in locum aoristi, ut Eum. 318. Sed interdum pluribus verbis non plus significari videtur quam uno: ὁ φιτύσας πατήρ Trach. 311. ὁ φυτεύσας π. Oed. T. 1514. ὁ φύσας Helen. 87.

---

[1]) Eustathius p. 793. τὸ ἀνεκτὸς ἰωνικῶς ἀντὶ τοῦ ἀνεκτὴ καθ' ὁμοιότητα τοῦ μοῖρα διαιρετὸς καὶ νόσος ἐπακτός (cetera aliena sunt).

ὁ γεννήσας π. Oed. T. 1412. τὴν τεκοῦσαν ἥ μ' ἐγείνατο Eur.
469 El. 964. [1]) Eademque abundantia modo parentis nomen additur Αἰγίνα θυγάτηρ Ἀσωποῦ πατρός Iph. A. 697. παῖς Ἐχίονος πατρός Bacch. 983. modo nati Ὀρσιλόχοιο τὸν Ἀλφειὸς τέκε παῖδα Hom. Od. III. 489. XV. 187. Μήδειον τέκε παῖδα Hesiod. Theog. 1000. ἣν Ἶφις παῖδα φυτεύει Eur. Suppl. 996. ἅ μ' ἔτικτε κούραν El. 1181. τὸν τέκε παῖδα Μίκων Epigr. Ἀδεσπ. CXXXVIII. p. 145. T. II. τῷ ὕπο Πύῤῥα τέκεν παῖδα Νεοπτόλεμον Heliodor. in Anth. Pal. IX. n. 485. His, quae in Ed. Pr. p. 381. attuli, conferri poterit Λυχνιδὸν, ἣν Φοῖνιξ Κάδμος ἔδειμε πόλιν Christodor. ibidem VII. n. 697. Postremo nescio an Eur. El. 678. οἴκτειρε δ' ἡμᾶς — οἴκτειρε δῆτα σούς γε φύντας ἐκγόνους adversus eos, qui σοῦ γε φύντας correxerunt, satis defendatur hisce exemplis: ἐμούς γε συγγενεῖς πεφυκότας Orest. 1329. Ξούθου παῖδα μ' ἐκπεφυκότα Ion. 1533. ex quo colligitur, recte dici σὸς παῖς sive ἔκγονος πέφυκα.

V. 1297. Ἐφῆκεν ἐλλοῖς ἰχθύσιν διαφθοράν. Cod. Δ. ἀφῆκεν. Wakefieldius Silv. T. III. 143. διατροφήν corrigit. Athenaeus VII. 277. C. Σοφοκλῆς ἐν Αἴαντι μαστιγοφόρῳ τοὺς ἰχθῦς ἐλλοὺς εἶπε Ἐφῆκεν — διαφθοράν, quo loco nominis scriptura variat ἐλλός, ἑλλός et ἔλλος. Hoc loco La. Lb. ἔλλοις scribunt, Membr. Bodl. Laud. Dresd. A. Aug. AB. ἐλλοῖς, Jen. ἐλοῖς, Mosq. B. ἑλοῖς. [Non magis in spiritu sibi constat nomen ἔλλοψ sive ἕλλοψ et latinum helops sive hellops sive ellops v. Schneider. Gramm. T. I. p. 196. Perfacete Hermannus, ***singulari,*** inquit, ***felicitate pisces tragici adhuc spiritum asperum a Gellio*** II. 3. ***imminentem effugerunt***; quo significat apud hunc: ***Satis notum est, atticos*** ἰχθύν ***et*** ἶρον (εἱρμόν?) ***citra morem gentium Graeciae ceterarum inspirantes primae literae dixisse***, pro ἰχθύν scribendum esse ἐλλόν, neque tamen in Sophoclis verbis spiritum immutavit]. Ad rem pertinet Scholiastae adnotatio: ἡ ἱστο-
470 ρία ἐν ταῖς Κρήσσαις Εὐριπίδου [2]) ὅτι διαφθαρεῖσαν αὐτὴν λάθρα ὑπὸ θεράποντος ὁ πατὴρ Ναυπλίῳ παρέδωκεν ἐντειλάμενος ἀποποντῶσαι· ὁ δὲ οὐκ ἐποίησεν ἀλλ' ἐνεγγύησε Πλεισθένει. Hic igitur statuit ἐπακτὸν ἄνδρα significare illum obscurum corruptorem, ὁ φιτύσας πατήρ ipsum Aeropae patrem Catreum (cujus nomen urbi Creticae Catrae sive Ca-

---

[1]) Γενέτωρ πατήρ Ion. 135. Troad. 1280. γενέθλιος ἀκτίνων πατήρ Pind. Ol. VII. 129. γενέταο τοκῆος Nonn. XL. 287.

[2]) Fugit hoc Solanum ad Lucian. Salt. §. 39. ubi vel Ἀερόπης κλοπή Achill. Tat. I. 8, 5. id est furtum velleris aurei, vel adulterium et poena significatur.

treae assimilatum videtur v. Anecd. p. 1175.) Sed Dio Chr. XV. 446. et alii Thyesten adulterum designant; Scholiastes Libanii T. IV. p. 65. *Ἀερόπην τὴν τοῦ Ἀγαμέμνονος μητέρα ὁ ἀνὴρ αὐτῆς Ἀτρεὺς μοιχευομένην λαβὼν τῷ Θυέστῃ εἰς θάλασσαν ἔῤῥιψε*, atque hoc ab ipso Sophocle traditum dicit Schol. Eur. Or. v. 800. *Ἀτρεὺς τὴν Ἀερόπην τιμωρεῖται, ὅτι ἐμοιχεύετο Θυέστῃ, ῥίψας αὐτὴν ἐς τὴν θάλασσαν*, quod si ex hoc loco hausit, haud dubie fallitur, veriorque Scholiastes Sophoclis. Aeropen undis periclitatam esse significat epitheton *Ἀερόπη διερή* in Nicomedis Smyrn. Epigrammate III. p. 91. T. III. Anth. P. VI. n. 316. Ed. Pr.

V. 1298. *Τοιῷδ' ὀνειδίζεις σποράν.* Mosq. B. *τοιάνδ'*, quod Hermannus et Dindorfius receperunt, etsi vulgata concinnior est et testatior.

V. 1300. *Ὅςτις στρατοῦ* — Pisander Telamonem ab Hercule poculum *ἀριστεῖον* accepisse tradidit Athen. XI. 783. C.

V. 1303. *Δώρημα κείνῳ ἔδωκεν Ἀλκμήνης γόνος.* Brunckius *δώρημ' ἐκείνῳ*, ut in eodem senarii loco legitur Trach. 603. codd. omnes *δώρημα 'κείνῳ* vel *κείνῳ*, quod Hermannus revocavit. *Τόκος* Bodl. Bar. B. Harl. Dresd. A. Lips. B. et Edd. Turnebb. ceteri *γόνος*. Idem *Ἀλκμήνης γόνος* dicitur Eur. Alc. 508. et *Ἀλκμήνης τόκος* Herc. 929. codicibus inter utrumque fluctuantibus. [Ellendtius T. I. 944. *δώρημ' ἐκείνῳ* praefert ratione sat gravi sed contra codices.]

V. 1304. *Ἄριστος ἐξ ἀριστέοιν δυοῖν.* La. pr. *ἀριστέων*, quod si plures haberet testes, locum obtinere posset; *δυοῖν μιασμάτων* Aesch. Eum. 570. *ἐν δυοῖν οἰμώγμασι* Agam. 1357. 471
δύο ἄρσενας Phoenn. 56. *κασίγνηται δύο* 388. *δύο ἡλίους* Bacch. 877. *δύο ῥοπάς* Hel. 1090. *δύο ἅμαξαι* Thucyd. I. 93. *δύο ἀνδριάντας* ib. c. 134. *δύο κεραιῶν* II. 76, 3. *τὰς δύο τάξεις* c. 79, 5. *δύο ἱππάρχους* Demosth. p. 47, 11. *πλεονεκτημάτων δυοῖν* 63, 1. *δύο Ἀβυδηνούς* 687, 29. *δύ' ὀβολούς* Plat. Gorg. 511. D. *δυοῖν ὀνόμασι* Protag. 355. B. *ἐν δυοῖν γένεσι* Legg. IX. 864. B. cujus enallages exempla tot ex omni genere scriptorum atticorum afferri possunt, ut nesciam qua *προςωποληψίᾳ* viri docti Buttmanno potius Gramm. §. 70. Adn. 8. quam mihi Phryn. p. 211. assenserint ap. Thucyd. VIII. 101. *δυοῖν ἡμέραις* corrigenti. Hoc Sophoclis loco codd. omnes et Suidas s. *Πρὸς αἵματος* in *ἄριστος* consentiunt, sed Porsonus ad Med. v. 5. *ἀριστεύς* emendat, quod aequabilitatis ratione commendari potest, ut *εὐγενὴς ἀπ' εὐγενοῦς* Orest. 1676. *εὐγενὴς κἀξ εὐγενῶν* Philoct. 874. *βέλτιστε βελτίστου πατρός* Arist. Plut. 234. *ἐσθλὸς ἐσθλοῦ* Rhes. 833. *ἀγαθοὶ ἐξ ἀγαθῶν* Andocid. Myst. p. 14, 109. Plato Phaedr.

274. A. Philostr. V. Apoll. IV. 12, 249. *κάκιστος κὰκ κακῶν* Philoct. 384. cf. Engelhardt. ad Plat. Menex. p. 291. sed ille magis sententiae causa praetulisse videtur, aptius ratus si Teucer se *ἀριστέα* diceret quam si *ἄριστον*. At primum nomina haec saepe indiscreta sunt, ut ostendit diple loco homerico Il. *N.* 740. adscripta *ὅτι ἀρίστους τοὺς ἀριστέας εἶπε*, et Eur. Alc. 940. *εὐπατρίδαι καὶ ἀπ' ἀμφοτέρων ὄντες ἄριστοι*, ut a Romanis optimates nonnunquam vocantur ***optimi***, neque facile ubique *ἀγχιστεῖς* et *ἄγχιστοι* discerni possunt. Deinde quaeri potest an Teucro non convenientius sit, se optime natum quam optimatem dicere; quod Hermannus quoque minus aptum esse judicat. [*Γραῦς ἐκ δυοῖν Αἰξωνέοιν* Menand. in Mein. Com. Gr. IV. 144.]

V. 1305. *Βλαστὼν ἂν αἰσχύνοιμι τοὺς πρὸς αἵματος. Βλαστῶν* Lb. Aug. BC. Dresd. B. *αἰσχύναιμι* Mosq. B. *ἐξ αἵματος* Dresd. A. In seq. versu pro *ἐν πόνοισι* Musgravius temere *ἐν φόνοισι*.

V. 1307. *Οὐδ' ἐπαισχύνει λέγων* La. Lb. *ΓΔΘ*. Aug. B. *ἐπαισχύνῃ*, vel quod idem est, *ἐπ' αἰσχύνῃ*. Eldickius
742 Spec. Suspic. p. 6. *ἐπαισχύνῃ 'γγελῶν*. Non melius Erfurdtius *ψέγων*. Intelligitur *ταῦτα λέγων*.

V. 1308. *Εὖ νῦν τόδ' ἴσθι*. Idem senarii exordium Eur. Med. 593. *εὖ νῦν ἐπίστω* Soph. El. 614. quo utroque loco novissimi editores encliticum posuerunt, quod Hermannus hic cum Steph. Cant. Turn. praetulit. Pro *πού* Brunckius maluit *ποί*, sequutus falsam Scholiastae interpretationem *τοῦτον εἰ ῥίψετέ που*. Pro *ξυγκειμένους* Hermannus cum La. *ΔΘ*. *συγκειμένους*. Schol. Laur. et cod. La. addit *γρ. συνεμπόρους*, nomen consuetum Tragicis sed ab hoc loco alienissimum. Quinam sint *οἱ τρεῖς*, inter veteres non convenit. Triclinius *ἐμὲ καὶ σαυτὸν, συγκειμένους ὁμοῦ τῷ Αἴαντι τρεῖς*, Schol. in Parall. *ἑαυτὸν λέγει καὶ Τέκμησσαν καὶ Εὐρυσάκην*, quod indubitate praefero, licet aliter sentiat Schol. Rom. *ἐμὲ καὶ σαυτὸν καὶ Μενέλαον· οὐ γὰρ λέγει περὶ τῆς Τεκμήσσης καὶ τοῦ παιδός·* quibus quae proxime adjuncta sunt *ἐλεεινὸς γὰρ ὁ λόγος, οὐκ ἀπειλητικός*, alius sunt interpretis.

V. 1310. *Ὑπερπονουμένῳ θανεῖν προδήλως* — affert Suidas s. *Προδήλως*. La. *γρ. ὑπερπονουμένους* et in Lb. syllaba *ους* superscripta est vulgatae, quod, si vel pro *μοι*, ut Neuio placet, *τοι* scriberetur, ferri non posset; sed accusativo singularis locus erat. — *Πρόδηλος θάνατος* Dionys. Antt. X. 552. Zosimus III. 716. Ed. Pr.

V. 1312. *Ἢ τοῦ σοῦ γ' ὁμαίμονος λέγω*. Vulgatam, quam Dindorfius retinuit, *τοῦ σοῦ θ'* — Brunckius interpretatur, ***aut tui etiam fratris***. Hermannus, qui particulam *τε*

hanc vim habere negat ad Oed. T. 1001. *σοῦ γ'* scripsit; sic et Bothius in Ed. Pr. nunc *σοῦ δ'*. Doederleinius ad Oed. p. 517. *τοῦ σοῦ 'ὐθομαίμονος*. Ex Eustathii verbis p. 754, 21. *ἐντεῦθεν* (Il. IX. 327.) *ὁ Σοφοκλῆς μεθοδευθεὶς ποιεῖ τὸν Τεῦκρον λέγοντα τῷ Ἀγαμέμνονι, ὅτι ὁ Αἴας διὰ τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ἐν Τροίᾳ ἐμάχετο, ταὐτόν τι λογισάμενος τὸ διὰ τὴν αὐτοῦ καὶ τὸ διὰ τὴν τοῦ Μενελάου τοῦ ἀδελφοῦ*, non apparet quid ille legerit. De cetero Brunckius: ***haesitatio illa et simulata ignorantia utrius uxor causa sit belli, irati et contemnentis est.***

V. 1313. *Πρὸς ταῦθ' ὅρα μὴ τοὐμόν.* Aristides T. II. 473
237. *πρὸς ταῦτα μὴ σκόπει τοὐμὸν ἀλλὰ καὶ τὸ σὸν, Τεῦκρὸς ἔφη.* In seq. Lb. *πημανεῖ* supra scripto sigma.

V. 1315. *Ἢ 'ν ἐμοὶ θρασύς.* Lb. *Γ.* Bar. A. *ἢ ἐμοί*, Lips. B. Ald. *ἤ γ' ἐμοί.* Aug. C. *ἤ μοι*, Dresd. B. *ἢν ἐμοί*, ceteri *ἢν 'ν ἐμοί.*

V. 1317. *Εἰ μὴ ξυνάψων ἀλλὰ συλλύσων πάρει.* Schol. Jen. *μεθ' ἡμῶν λύσων*, quod Hermannus probat sed nescio an chori personae minus conveniat. *Συλλύειν* significat ortas inter alios discordias componere, pacem conciliare, ut *Διόνυσος συλλύων τὰ νείκη τῶν πόλεων πολλὴν εἰρήνην παρεσκεύαζε* Diod. III. 63. sed *συνάπτειν μάχην, πόλεμον νεῖκος*, [*ἅπτειν πάλην* Aesch. Choeph. 853.] est capessere v. Dorvill. ad Char. p. 382. Siebelis ad Paus. IV. 13, 3. quod si quis ab hoc loco alienum judicat, quia Ulixes gurgio jam dudum coepto intervenit, tamen concedet non ineptam esse hujusmodi orationem *Si non rixaturus sed rixam sedaturus venisti.* Aliquanto concinnius foret *si non ad alendam et accendendam iram* etc. sed significationis hujus exempla non reperio.

V. 1320. *Οὐ γὰρ κλύοντες* — affert h. v. Scholiastes Oed. T. 74.

V. 1323. *Κλύοντι φλαῦρα.* In farragine vocabulorum ex hac fabula decerptorum Anecd. Bachm. p. 370. *ἄφερπε* (v. 1161.) *κάπετον* (v. 1165.) *εὑρίσκει* (v. 1054. conf. Schol. Parall.) *κἂν ὑπέρδικα* (v. 1119.) ad hunc locum pertinet illud *φλαῦρα ἤγουν φλύαρα.* In *Γ.* legitur *φαῦλα*, quorum adjectivorum permutatio perfrequens: Demosth. p. 427, 25. p. 553, 11. p. 740, 10. Plutarch. V. Gracch. c. X. discrimine modo nullo, modo ad agnoscendum summe difficili. Sed hoc loco promta est dijudicatio; nam proprie dicitur *φλαύρως ἀκούειν* Herodo. VII. 7. *ἤκουσα φλαύρως ὑπὸ τῶν ἰητρῶν* Hippocr. de Articc. p. 735. T. III. *φλαῦρον ἀκοῦσαι* Aristid. T. II. p. 7. pro quo in cod. Coisl. minus recte *φαῦλον* scriptum; *οὐδὲν φλαῦρον ἐρῶ* et *φλαῦρόν τι εἰπεῖν περί τινος* vel *περί τινα* Demosth. p. 488, 8. p. 554, 24. p. 581, 19. Xenoph.

Cyr. VIII. 2, 12. Arist. Lys. 1044. Julian. Misop. 366. D.
474 Philostr. Vitt. Soph. II. 27, 617. Lucian. Philop. §. 17. p.
255. [Aelian. V. H. VIII. 17. Aristid. Or. XLV. 89. T. II.]
Isocr. Panath. c. 7. p. 391. cui idem in Philipp. p. 141. *οὐδὲν ἂν λέγοι περὶ αὐτοῦ φαῦλον* ex Ald. restituendum videtur. Nec tamen decernam de hujusmodi locis: Plutarch. V. Arist. c. XXV. *οὔτ' ἔπραξέ τι οὔτ' εἶπε φαῦλον.* Dio Cass. Excc. XXXIV. 22, 3. *φαῦλον ἐς οὐδένα οὔτε ἔλεγεν οὔτε ἔπραττε,* pro quo alibi *φλαῦρόν τι ποιεῖν ἢ λέγειν περί τινος* legitur v. Ruhnken. ad Tim. p. 271. Discrimen vero illud, quod traditur in Schol. ad Plat. Min. p. 336. ed. Bekk. et ad Lucian. Philop. l. c. *φλαῦρον τὸ μικρὸν κακὸν, φαῦλον τὸ μέγα,* aut commenticium est aut tam subtile ut parum nos adjuvet. Plato Polit. 273. C. *σμικρὰ μὲν φλαῦρα, μεγάλα δὲ ἐνέτικτεν ἀγαθά* et saepe conjuncte *μικρὸν καὶ φαῦλον* Dem. p. Cor. 312, 9. Ol. III. 37, 11. de Synt. 173, 22. c. Aristocr. 621, 5. [Aristid. XLVI. 224. T. II.] etc. Dionys. de Isaeo c. 18, 624. T. V. Antiqq. X. 5, 1994. Julian. Or. III. 126. C. Liban. Decl. T. I. 252. et T. IV. 753. eodem ubique ordine verborum. — *Συμβαλεῖν* Lips. B.

V. 1324. *Ἤκουσεν αἰσχρά.* In Jen. Dresd. A. Ald. hic versus tribuitur Teucro, quo facto aequabilis diverbii ordo perturbatur.

V. 1329. *Ξυνηρετμεῖν.* Bar. A. Laud. *ξυνερετμεῖν.* Paris. T. Lb. Lc. *Γ.* *ξυνηρεμεῖν*, Harl. et ceteri *ξυνηρετμεῖν.* Exemta litera, quam librarii saepe de suo inseruerunt, in Ed. Pr. scripsi *ξυνηρετεῖν*, quia hujus verbi et substantivi, quod ei praestructum est, exempla certa extant; Hesychius *Ξυνηρετίσεις, συνήσεις, συζυγήσεις·* scrib. *ξυνηρετήσεις, συνοίσει.* Photius *Ξυνηρέτης, σύμφωνος, ὡς ἐναντίος ἀντηρέτης,* pro quo *ἀντερέτης* affert Etym. M. s. h. v. et *ἀντηρετεῖν·* tertium Photius *Ὁμηρίταις* (scr. *ὁμηρέταις*) *ὁμοψήφοις, ἀπὸ τοῦ ὅμου ἐρέσσειν, ὁμογνώμοσιν. Ξυνηρετμεῖν* vero nusquam legitur, nisi quod Dindorfius in Euripidis versibus Athen. X. 473. D. id ex duobus codd. reposuit; quo loco convenientius videtur, quod Matthiae praetulit ad Fragm. p. 101. *ἐξυπηρετεῖν.* Neque puto aliud verbum reperiri ab adjectivo ductum, etsi horum magna copia est, *ἐπήρετμος, εὐήρετμος, ἰσήρετμος, φι-*
475 *λήρετμος, λευκήρετμος*, et nonnullorum ea significatio ut verbis ortum dare possint. *Ξυνηρετμεῖν* non magis graecum est quam *ὑπηρετμεῖν* cf. ad Phryn. p. 704.

V. 1330. *Εἴπ', ἦ γὰρ εἴην.* Cod. *Δ.* *γὰρ ἂν εἴην.* cod. *Γ.* *ἦ που γ' ἂν γρ. εἴπ' ἦ γ' ἄν.* La. pr. *ἐπεί γ' ἂν εἴην*, Lb. *εἶπ' ἦ γ' ἂν εἴην.* La. sec. *εἶπ' ἦ γὰρ εἴην.*

V. 1331. *Φίλον σ' ἐγώ* — Barocc. B. *φίλων.*

V. 1332. *Ἄκουέ νυν* — Lips. B. *γοῦν*, Lips. A. et Ald. *νῦν*. Legitur modo *ἄκουε τοίνυν* Ion. 936. et 987. Lucian. Icarom. §. 4. Gall. §. 3. modo *ἤδη ἄκουε* Eunuch. §. 5. p. 207. T. V. modo *ἄκουε δή* Aesch. Prom. 630. Plat. Hipp. 289. A. Gorg. 522. E. modo *ἄκουσον δὴ νῦν* Plat. Legg. III. 693. D. *ἄκουε δὴ νῦν* Hec. 816. (Mosq. *τοίνυν*) Cycl. 440. Suppl. 857. Phoenn. 925. Iph. A. 867. Hel. 1044. Herc. 1255. Arist. Eqq. 1020. Avv. 1500. Soph. El. 935. aliisque locis, quibus Matthiae, Dindorfius et anglicorum Criticorum plerique encliticam scribunt v. Blomfield. ad Sept. 228. Monk. ad Alc. 1082. Hermannus autem orthotonumenon retinet, nec mihi saepe sciri posse videtur utrum *nunc* an *igitur* significetur. Schol. Arist. Lys. 285. *μή νυν παροξυτόνως ἀντὶ τοῦ μὴ δή*. Schol. ad Il. I. 421. *ἐν τῷ σὺ μὲν νῦν μήνιε τὸ νῦν ἀντὶ τοῦ δή· διὸ καὶ Τυραννίων ὀξύνει αὐτὸ (τὸ μέν) οὐκ εὖ* cf. Lehrs. Quaest. Epp. I. 37. Pariter controversa sunt Eur. El. 1245. *δίκαια μὲν νῦν ἤδ' ἔχει*, Oed. C. 96. *ἔγνωκα μέν νυν*. etc. nec minor inconstantia codicum in collocatione particularum *νῦν δή* et *δή νῦν*, ut Plat. Theaet. 162. A. *πάντως καὶ δὴ νῦν ἐφαίνετο*, Parm. 130. B. *ὅσα δή νῦν ἤκουες*, Phaedo p. 61. E. 62. E. *ὅπερ δὴ νῦν ἦρον*, Soph. 224. D. *ὅπερ νῦν δὴ ἔλεγον*, quibus omnibus locis multisque praeterea aliis *νῦν δή* partim editum partim in codd. scriptum est.

V. 1334. *Μήδ' ἡ βία σε* — Hunc et sequentem versum affert Stob. Serm. IX. 5. ubi *μήθ'* editum.

V. 1338. 39. Pro *ἔμπας ΓΔ. ἔμπης*. Pro *οὔκουν*, quod Harl. Membr. Dresd. B. Mosq. A. Lips. A. Ald. exhibent, Brunckiusque recepit, in *ΓΔ*. La. pr. Lb. Lips. B. *οὐκ ἄν* legitur, quod Dindorfius revocavit v. Praefat. Scenn. p. VII. Hermann. Opusc. T. IV. p. 379. *οὔκοῦν* (sic) Aug. C. in 476
quinque aliis *οὐκ ἄν γ'*, probante Hermanno; Elmslejus *οὐτἄν* praefert; Bothius *οὐκ ἀντατιμήσαιμ' ἄν*.

V. 1340. *Ἕν' ἄνδρ' ἰδεῖν ἄριστον*. Ajax in celebri Scolio et Alcaei Frag. XXVI. 27. dicitur *ἐς Τροίαν ἄριστος ἐλθεῖν Δαναῶν μετ' Ἀχιλλέα*. Timocreon ap. Plut. V. Themist. T. I. 122. D. *ἐγὼ δ' Ἀριστείδαν ἐπαινέω ἄνδρ' ἀπ' Ἀθανᾶν ἐλθεῖν ἕνα λῷστον*. Virgil. Aen. II. 246. *cadit et Rhipheus justissimus unus qui fuit in Teucris* cf. Valcken. ad Herod. VI. c. 127. Bentlej. ad Hor. A. P. v. 32. Ed. Pr.

V. 1342. *Οὐκ ἂν ἐνδίκως γ'* — particulam omittit Lb.

V. 1344. *Ἄνδρα — τὸν ἐσθλόν*. Brunckius *τιν'* praeoptat.

V. 1347. *Ἔγωγ'. ἐμίσουν δ', ἡνίκ' ἦν μισεῖν καλόν.* Lips. B. *ἔγωγ' ἐμίσουν — δέον*, cum glossa *πρέπον*.

V. 1348. *Καὶ προςεμβῆναί σε χρή.* Affert haec verba Eustathius p. 1040, 42. et 1047, 29. ubi *προςεμβαίνειν* scribitur. *Προςεπιβαίνειν insultare* significat, ut Dio Chr. XXXIX. 485. C. *βαρύτερον ἐπεμβαίνειν* Aristaen. II. Ep. 12. p. 165. *οὐδὲν ἐπετόλμησεν οὐδ' ἐπενέβη τῇ τύχῃ τοῦ ἀνδρός* Plut. V. Flam. p. 381. A. *τοῖς πρότερον ἠδικηκόσι κειμένοις μὴ ἐπεμβαίνειν* Rhetorr. Gr. T. IV. 756. quomodo etiam scribendum Liban. Decl. T. IV. 226. pro *ἐπανέβη κακῶς πράσσοντι.* Philostr. Soph. II. 31. 625. *ἐπεμβαίνειν κειμένῳ παντός ἐστι.* In eandem sententiam dicitur *ἐνάλλεσθαι τοῖς νόμοις* Synes. Ep. LXXIII. p. 221. *ἐπισκιρτᾶν τῷ νεκρῷ* Plut. V. Dem. c. XXII. et *ἐμπεριπατεῖν τινι* T. II. p. 98. *ἐπορχεῖσθαι τοῖς πολεμίοις* Appian. Pun. VIII. 67. Tot numeris Romanum sermonem superat Graecus. Ed. Pr.

V. 1349. *Μὴ χαῖρ' — κέρδεσιν τοῖς μὴ καλοῖς.* Particulae *μή* in Jen. superscriptum *οὐ*. Simillimam Sophoclis sententiam profert Stobaeus Tit. V. 14. *χαίρειν ἐπ' αἰσχραῖς ἡδοναῖς οὐ χρή ποτε*, sed eam ex nostro loco, ut Gaisfordus significat, verbis paullum conversis depromtam esse, parum probabile est.

V. 1350. *Τόν τοι τύραννον* — afferunt Stobaeus XLIX.
477 12. et Eustathius p. 1514, 27. adjuncta interpretatione *εὐσεβεῖν ὅ ἐστιν ἀεὶ δικαιοπραγεῖν, ὡς πᾶσιν ἀρέσκειν καὶ, ὡς εἰπεῖν, σεβαστὸν εἶναι.*

V. 1352. *Κλύειν τὸν ἐσθλὸν* — ab eodem Stobaeo profertur V. 12. Eustathius p. 800. *ὁ παραβάτης ἔν τινι τῶν ἐπιστολῶν ἀρξάμενος οὕτως Τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα — καὶ μηδέν τι πλέον προςθεὶς ὡς πρὸς εἰδότα λαλῶν· ἦν δὲ τὸ πλῆρες, τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα χρὴ κλύειν τῶν ἐν τέλει.* Ista scripsit Julianus in exordio Epist. LXXXIII. *μὴ λίαν ᾖ κοινὸν τὸ προοίμιον τὸ Ἐσθλὸν ἄνδρα.* De auctore errat Valckenarius ad Herod. IX. 106, 4.

V. 1353. *Παῦσαι· κρατεῖς τοι τῶν φίλων νικώμενος.* Marklandus in App. ad Suppl. p. 249. *πάσαις* emendavit, non ineleganter, ut Musgravius judicat, scilicet quia *παῦσαι*, ut ad regem, parum reverenter dictum videatur. Sed eodem modo in Oed. T. 630. chorus Creontis et Oedipi altercationes interpellat: *παύσασθ' ἄνακτες*, et Androm. 692. *παύσασθον ἤδη.* Aristides T. I. 356. *δεῖ τῶν μὲν πολεμίων πάντως ἐθέλειν κρατεῖν, τῶν δὲ ἐπιτηδείων ἡττᾶσθαι. Μεστὴ δὲ ἡ τραγῳδία ταῦτα παραινούντων· Κρατεῖς τοι τῶν φίλων ἡττώμενος*, pro vulgato *νικώμενος*, quod Eustathius p. 1318. 63. haec verba

afferens fideliter servavit. Isocr. Evag. p. 197, 46. *πολλὰ τῶν χρωμένων ἡττώμενος, ἅπαντα δὲ ἐχθρῶν περιγιγνόμενος.* Procop. Bell. Pers. I. 9. p. 30. B. *οὗτοι ἂν μάλιστα νικῷεν, οἵ γε προςόντος αὐτοῖς τοῦ δικαίου εἶτα ἐλασσούμενοι ἑκόντες εἵνεκα τῶν φίλων ἡσσῶνται.* Thucyd. IV. 20. *τοῖς ἑκουσίως ἐνδοῦσιν ἀνθησσᾶσθαι, vicissim cedere.* Sed altero verbo usus est Pindarus Nem. IX. 5. *ξείνων νενίκανται θυραί.* Ed. Pr.

V. 1355. *Ὅδ' ἐχθρὸς ἁνήρ.* Brunckius incuriose legens *ἀνήρ* metro laboranti trajectione succurrit *ἀνὴρ ὅδ' ἐχθρός.* Incertus Stobaei Ecl. I. 4, 30. p. 122. *ἐχθρὸς μὲν ἁνήρ, ἀλλὰ τὴν δίκην σέβω,* quod h. l. convenit. In seq. *ΓΔΘ. αἰδῇ.*

V. 1357. *Νικᾷ γὰρ ἡ ἀρετή* — In plerisque codd. scribitur *ἡ 'ρετή,* in *ΓΔ.* Bodl. Laud. Dresd. A. Mosq. B. plene *ἡ ἀρετή,* ut ap. Eust. p. 842, 10. p. 1198, 38. et sic Hermannus scripsit; sine articulo *ἀρετή* ap. Stob. Serm. XVII. 478
(XIX.) 10. p. 168. quare *ἀρετή* dedit Dind. quomodo etiam Eur. Suppl. 596. pro *ἡ 'ρετή* scribunt, et *ἄμπελος* Cycl. 567. pro *ἡ ἄμπελος* sive *ἡ 'μπελος.* Sophoclem imitari videtur Dionysius Antt. X. 52. *τῷ ὑπάτῳ εἰς τὸ λοιπὸν διαλλάττομαι· νικᾷ γὰρ ἡμᾶς χρηστὸς ὤν.* Eustathius p. 842, 11. *πολύ* pro *πλέον* positum opinatur, et hoc ipsum pro sincero *πολύ* suscepit Lips. B.

V. 1358. *Τοιοίδε φῶτες ἔμπληκτοι βροτοῖς.* Jen. et Ald. vitiose *ἔκπληκτοι.* Barocc. AB. Laud. Bodl. Membr. Paris. D. Mosq. A. Lipss. *βροτοῖς,* ceteri et Ald. *βροτῶν,* quod Suidas s. *Ἔμπληκτοι* et Zonaras T. I. 698. retinent. Ferri potest *βροτοῖς inter homines,* cui multitudo codicum [et Hermannus] patrocinatur; sed genitivus usitatior, *ὦ κενοὶ βροτῶν* Eur. Suppl. 744. cui v. 949. *ὦ ταλαίπωροι βροτῶν* e cod. restituendum videtur pro *βροτοί,* ut paullo ante 250. *ἐν νέοις ἀνθρώπων,* Iph. A. 922. *οἱ τοιοίδε βροτῶν* Med. 753. *οἱ δυςσεβοῦντες βροτῶν.* Similiter scriptores: *οἱ τοιοῦτοι τῶν ἀνθρώπων* Lycurg. c. Leocr. p. 166, 135. *οἱ εὐσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων* Aelian. V. H. III. 22. Pleonasmus ille *φῶτες ἔμπληκτοι* — *βροτῶν* sive *βροτοῖς,* quem poeta facile evitasset, si scripsisset quomodo Euripides Bacch. 398. *μαινομένων οἵδε τρόποι φωτῶν,* Graecis non tam insolens fuit quam nobis videtur. Primum Homerus Odyss. XXIII. 187. *ἀνδρῶν δ' οὐ κέν τις ζωὸς βροτός,* tum Xenophon Cyrop. II. 2, 4. *ἀνὴρ τὸν τρόπον τῶν στρυφνοτέρων ἀνθρώπων,* et proxime ad h. l. Sophocles ipse Oed. C. 281. *φωτὸς ἀνοσίου βροτῶν.* *Ἔμπληκτος* idem valet quod *ἄστατος εὐμετάβολος,* ut Hesychius et Eustathius p. 1886, 40. interpretantur. Plato

Gorg. 482. A. ἡ φιλοσοφία τῶν ἄλλων παιδικῶν πολὺ ἧττον ἔμπληκτος, quod male reddunt *pervicax* [v. Heindorf. ad Lys. §. 25.]. Plutarch. V. Eum. p. 584. E. ἔμπληκτος ὢν καὶ φορᾶς μεστὸς ἀβεβαίου. Idem V. Dion. 965. C. cum ὀξύῤῥοπος conjungit, Galenus T. V. p. 472. cum ἄλογος, Jamblichus de Myst. VI. 5. 147. cum ἀστάθμητος. Ἐμπλήκτως καὶ ταραχώδως Isocr. Areop. p. 145, 31. pro quo paullo ante ἀνωμάλως καὶ ἀτάκτως. Ed. Pr.

479 V. 1360. Δῆτα σὺ κτᾶσθαι φίλους. La. pr. δὴ σύ, Δ. σὺ δή, Aug. C. συγκτᾶσθαι. Hermannus, Non male, inquit, legeretur σοὶ κτᾶσθαι.

V. 1362. Τῇδε θἠμέρᾳ v. ad v. 756.

V. 1366. Ἦ πάνθ᾽ ὁμοῖα πᾶς ἀνὴρ αὑτῷ πονεῖ. Jen. et Mosq. B. ὅμοια, quo accentu hoc adjectivum notatur supra v. 551. et quinquies apud Aeschylum, sed ὁμοῖος Adj. 1153. nec minore inconstantia in una eademque fabula Euripidis Or. 912. properispomenon sed v. 1064. proparoxytonon scribitur. Pro πονεῖ iidem codd. φιλεῖ cum glossa ἀποδέχεται. Pro ὁμοῖα parum apte Corais ad Theophr. XXIX. 332. ὄνεια corrigit, quod Suidas et Hesychius ὠφέλιμα interpretantur. Nec recte Bothius ὁμοῖα pro ὁμοίως accepit et ἑαυτῷ πονεῖ pro *suis commodis servit*, Scholiastae assensus τὸ φίλαυτον τῶν πολλῶν notari, quasi Ulixes, quum pro Ajace mortuo pugnaret, suis officeret commodis. Verum enim vero Agamemnon inconstantiam Ulixis leniter perstringit, quod nunc ejus hominis suscipiat patrocinium, cui olim plurimum adversatus fuerit. Οὐχ ὅμοια σαυτῷ πονεῖς idem est quod Aristides dicit T. I. 414. ἐναντία σεαυτῷ ποιεῖς, sed lenius dictum, *quae nunc agis, moribus tuis convenientia non sunt*. Plato Rep. VIII. 549. D. οἷα φιλοῦσιν αἱ γυναῖκες ὑμνεῖν — ὅμοια ἑαυταῖς. Arist. Thesm. 174. ὅμοια ποιεῖν ἀνάγκη τῇ φύσει. Philostratus V. Soph. II. 30, 621. πρᾶος καὶ ἑαυτῷ ὅμοιος. Idem V. Apoll. IV. 18, 196. παραπλησίως αὑτῷ ἀπεκρίνατο. Phalaris Ep. LXV. 197. ὅταν δανείζω καὶ ὅταν ἀπαιτῶ, εἷς εἰμι καὶ ἐμαυτῷ παραπλήσιος. Agamemnoni Ulixes ita respondet ut, quae parum consequenter agere videatur, ea sibi maxime consentanea esse profiteatur. Ed. Pr. Cf. Wex. ad Antig. T. II. 116.

V. 1368. Σὸν ἆρα τοὔργον. Lips. AB. Lb. Mosq. B. σὸν γὰρ ἆρα vel ἄρα, quod probat Heindorfius ad Prot. p. 315. D. Porsonus γ᾽ ἆρα, Elmslejus τἄρα, Hermannus ἆρα, adjecto ad ultimum signo interrogandi.

V. 1369. Πανταχοῦ χρηστός γ᾽ ἔσει. La. Lb. Paris. D. Aug. B. Mosq. A. Lips. A. et utraque Junt. πανταχῆ vel πανταχῇ, ut Scholiastes; ceteri et Ald. πανταχοῦ, quod

apud Thomam legitur s. Ὡς p. 934. (409. Ritsch.) Nota est 480
Grammaticorum praeceptio *πανταχῇ πάντα τρόπον*, *πανταχοῦ ἐν παντὶ τόπῳ* Phot. nec minus notum, quam saepe neglecta sit.

V. 1370. *Ἀλλ' εὖγε μέντοι τοῦτ' ἐπίστασ'* — Thomas s. *Ἐπίστω* p. 355. (p. 127. Ritsch.) *ἐπίστω κάλλιον ἢ ἐπίστασο· Σοφοκλῆς ἐν Αἴαντι μαστιγοφόρῳ Εὖ μέντοι τοῦτ' ἐπίστω.* Probabilius erravit in seq. v. Bothius, *τήνδε καὶ μείζω χάριν* corrigens, sed errasse eum testatur Sophocles Oed. T. 763. *ἄξιος φέρειν τῆςδε καὶ μείζω χάριν.* Ed. Pr.

V. 1372. *Ἔμοιγ' ὁμῶς ἔχθιστος ἔσται* —. Aug. BC. Dresd. B. Lips. B. Flor. *Γ.* *ὅμως.* *Ὁμῶς* hoc uno loco usurpavit Sophocles, saepius Aechylus atque Euripides: Eum. 366. et 689. Prom. 742. Hipp. 79. ubi codd. complures *ὁμοῦ*, et El. 407. ubi olim legebatur *ὅμως*, quod librarii etiam apud scriptores inferioris aetatis saepius illi substituerunt. Geopon. V. 26, 377. *ἐνιανσίας δὲ κοπρίζουσι καὶ διετεῖς δὲ ὅμως γενομένας μέχρι πενταετίας*, id est *ὁμῶς.* Artemid. V. 78, 426. *ἐπεὶ δὲ πάλιν κατήει, ὅμως προςιόντος ἐπαύσατο, καὶ τρίτον ὁμοίως·* prius in *ὁμῶς* mutat Reiffius, quod si concedendum est Jamblicho V. P. XXVIII. 138. p. 290. a vulgato *ὅμως* propius certe distat, quam Kiesslingii conjectura *ὁμοίως.* Sed Strab. L. XII. 536. *ἱερωσύνη οὐ λειπομένη ταύτης, ἀξιόλογος δ' ὅμως*, hoc postremum quod Tzschuckius pro *ὁμοίως* dictum accipiebat, probata Coraji emendatione, in *ὁμῶς* converti necesse non est, quo scriptores antiquiores omnino usi non sunt.

